C.Valgio, Pompeio Leneo, Seſtio Nigro qui græce ſcripſit,Iul.Baſſo, qui itẽ, Antonio Caſtore.M.Varrone.Cor.Celſo.

Externis

Theophraſto,Democrito,Orpheo, Pythagora,Magone, Menandro, qui biocbreſta ſcripſit,Nicandro,Homero,Heſiodo,Muſæo, Sophocle,Anaxilao.

Medicis.

Mneſteo, Callimacho, Phania phyſico,Simo, Timariſto, Hippocrate, Chryſippo, Diocle. Opione, Heraclide, Hiceſio, Dionyſio,Apollodoro Citienſe, Apolloduro Tarentino, Praxagora,Pliſtonico medico,Dieuche, Cleophanto, Philiſtione, Aſclepiade, Crateia, Petronio,Diodoro,Iulla, Eraſiſtrato,Diagora, Andrea, Onorca, Mneſicle, Epicharmo, Demione,Datione, Coſimene, Theopolemo, Metrodoro, Solonẽ Lycio, Olympiade Thebana, Phillino, Petrino, Myctione, Glaucia, Xenocrate.

LIBRO VIGESIMOQ. V.AR To continentur medicinæ ex arboribus ſyl ueſtribos.

Lotos ca.i.
Glans ca.ii.
De coco ilicis & galla & uiſco pilulis glande, de cerri radice & ſubere ca.iii.
De fago & eupreſſo & cædro magna, de cædride galbano ca.iiii.
De hámoniaco & ſtyrace & ſpondylio & ſphano & terebintho & camæpyte & picio & reſinis & picea & lentiſco ca.v.
De pice ſpiſſa & liquida & palimpiſſa & piſſaſephaltos & zopiſſa & tæda & lentiſco ca.vi.
De platano & fraxino & acere & alba populo & ulmo & tilia & ſãbuco & iunipo. ca.vii.
De ſalice & amerina & uitilibos & eriſtro ca.viii.
De uirga ſanguinea & ſilere & liguſtro & alno & hedera & cyſtho & ciſſo & erythrano & chamæciſſo & ſmilace & de clematida ca.ix.
De arundine & papyro & hebeno & rhododẽdro,de rhuſeŋ & hydro et cachrye & ſabina et ſelagine et ſamulo et gummi medicinæ ca.x.
De ſpina ægyptia et ſpina alba & achanto & acatia ca.xi.
De uulgari ſpina & ſilueſtri,& de ſyriſceptro, & de appendice ſpina & pyrachãto & paliuto aqfolia & taxo & rubis medicĩæ cap.xii.
De cinosbato & ideo rubo & rhãno & lytio ſarcocolo & oporice medicinæ ca.xiii.
De chamædrye & chamædaphne & chamælea et chamæſice et chamæciſſo et chamæleuce et chamæcipariſſo et ampeloptaſo et ſtachye et chlinopodio et cẽtũculo et clẽmati de ægyptia medicinæ ca.xiiii.
De aron et dracũculo dracõtio et eri et millefolio et hærba eiuſdem noĩs et pſeudonĩo et myrrhi et onobtiche medicĩæ ca.xv.
De coriaceſia et callicia et menaicle, et aliis. xxiii.et medicinis eaꝝ q̃s qdam magicas eſſe dicunt,et de confidia et de aproxi et recidiuis morborum ca.xvi.
De eriphia et lanaria et ſtratiori medicinæ. ca. xvii.
De herba q̃ naſcitur ĩ capite ſtatuæ et de herba de fluminibus et herba lingoa et cribro et ſimetis et impia et ueneris pectine et nodia et philanthropo et canaria lappa et tordyle,et de gramine et dactylo et fœnogræco medicinæ ca.xviii.
Summa medicinæ et hiſtoriæ et obſeruationes.M.cccc.xviii.

Ex auctoribus.

C.Valgio,Pompeio Leneo,Sex.Nigro, q græce ſcripſit,Iulio baſſo,q item, Antonio Caſtore.M.Varrone.Cor.Celſo,Fabiano.

Externis.

Theophraſto, Apollodoro, Democrito, Orpheo,Pythagora,Magone,Menandro, q biochreſta ſcripſit, Nicandro Homero, Heſiudo, Muſæo,Sophocle,Anaxilao.

Medicis.

Mneſteo,Callimacho, Phania phyſico, Simo,Timariſto,Hippocrate,Chryſippo,Diocle, Opione, Heraclide,Hiceſio, Dionyſio, Appolludoro Citienſe, Appollodoro Tarentino,Praxagora, Pliſtonico medico, Dieuche Gleophanto, Philiſtone. Aſclepiade, Crateia, Petronio, Diodoro, Iolla,Eraſiſtrato, Diagora,Andrea,Enorta, Mneſicle, Epicharmo, Demione, Soſimene, Theopolemo, Solone Lycio,Metrodoro, Olympiade. Thebana, Phillino, Petreio Mictione, Glaucia, Xenocrate.

LIBRO VIGESIMO QVINTO continentur naturæ herbarum ſponte naſcentium, auctoritas herbarum & de origioe uſus earum.

Qui latine uſus herbarum ſcripſerint, & quando ad Romanos noticia earũ puenerit, & q primi græcorum de his compoſuerint. & de herbarum inuẽtione, & antiqua medicina & quare minus exerceãtur eorum remedia & de cynorhodo, & de dracunculo medicinæ. ca.i.

De quodam peſtifero fonte Germaniæ, & de Britannica & maximis morborum doloribus. ca.ii.

De moly & dodocatheo, & pœonia uel pentorobo, uel glycyſide & panace, uel aſclepio, & heracleo panace chironio & panace centauro uel pharnaceo & heracleo ſydereo & hyoſcyamo uel apollinari ſiue altercangeno. ca.iii.

De linozoſte, parthẽio hermipora ſiue potius mercuriali, achillea & panace heraclea ſideriti milleſolio & de ſcoparegia et hermineo teucrio ſplenio & de melampodio ſiue helleboro, quotue eorũ gña, & de nigro helleboro & albo medicinę, & qñ def, & quõ ſomedũ, & quibus non dandum, & ꝙ mures necat. ca.iiii.

De mithridatia & ſcordoti ſiue ſcordio & polemonia uel philæteria ul' chiliodynama & eupatoria & cẽtaurea ſiue chyronia & delecto cẽtaureo libadio ſelle terræ & triorche medicinæ. ca.v.

De climeno & gẽtiana & lyſimachia et parthenide & artemiſia & ambroſia & nymphea & heracleo ſiue rhopalo & euphorbia medicinæ. ca.vi.

De plãtagine et bugloſſo et cynogloſſu et buphtalmo et ſcythica et de ſpartãia et hippice et eſchæmõe, et de betonica et cãtabrica et cõſiligie, et Iberida, et chelidõia, et canaria et elaphoboſco, et dictãno et ariſtolochia, et ꝙ eiꝰ delectatione inuoluãt piſces et ſtatĩ capiãt, et medicinæ cõtra ſerpẽtiũ ictꝰ ex herbis q̃s ſupiꝰ nuiauit ca.vii.

De argemõia et agarico et echio et hyoſcyamo et hierebotane, et blattaria et lemonia et qnq; folio et daucu pſolata et arctio et cyclamino et peucedano ca.viii.

De rhyſellio et cẽtaurea & chelidõia et panace et hyoſcyamo et euphorbio ca.ix.

De anagallide ſiue acoro et mandracora ſiue circelo & cicuta et creno agrio et molibdena et iride et capno et alice et achoru cotyledo aizoo et andrachne et erigero et dephemoro, et de labro Veneris, et de ranũculo mediciæ, & de oris uitiis ca.x.

Summa medicinæ et hiſtoriæ et obſeruationes. M.cc.lxxxxii.

Ex auctoribus.

Sex. Gallico. Pompeio Leneo, Seſtio Nigro, q græce ſcripſit, Iulio Baſſo qui item, Antonio Caſtore, Corn. Celſo.

Externis

Theophraſto. Apollodoro. Democrito, Iuba Orpheo. Pythagora, Magone, Menãdro, qui Biochreſta ſcripſit. Nicandro, Homero: Heſiodo. Muſæo. Sophocle. Xantho. Anaxilao.

Medicis

Mneſteo. Callimacho. Phania phyſico. Timariſto. Simo Hippocrate, Chryſippo, Diocle. Opione. Heraclide. Hiceſio. Dionyſio. Apollodoro Citienſe. Apollodoro Tarentino, Praxagora, Pliſtonico medico, Dieuche: Cleophanto. Phyliſtone, Aſclepiade, Crateia. Iolla, Eraſiſtrato. Diagora, Andrea. Mneſicle, Epicharmo. Demione. Soſimene, Theopolemo. Metrudoro, Solone Lycio. Olympiade thebana Phillio, Petreio, Mictiõe, Glaucia, xenocrate.

Libro uiceſimo ſexto continentur reliquę per morborum genera mediciæ et de nouis morbis, et de lichene qd ſit. et qñ primũ in italia cepiut, et de carbũculo elephantiaſi et colo

ca.i.

Laus Hippocratis ca.ii.

De noua medicina, et aſclepiade medico, et q̃ ratiõe ueterem medicinam mutauerit. cap.iii.

Irriſio magicæ artis et de lichene et tapſia. ca.iiii.

Ad ſtrumas, et digitos et ad pectꝰ, et ad tuſſim medicinæ. ca.v.

De uerbaſco et chamæleuce uel tuſſilagine et bechio et aglea et ſaluia cap.vi.

Ad lateris dolores et pectoris, et. orthopnæas ad iocineris dolorẽ cordis dolori pulmonis uriæ tuſſi pectori ulceribꝰ pulmõi renibus epaticis, ad uomitionẽ, ad ſingultus pleureticis lateri. ca.vii.

De omnibus uitiis uentris et remediis eorum quæ circa uel iutra ſunt, et de aluo ſiſtenda uel ſoluenda cap.viii.

De puleo & argemone ca.ix.
De nymphea & abſtinentia & appetentia ue-
neris,& de ſatyrio erytrococco & crategi &
ſideriti ca.x.
Medicinæ generales de pedib⁹ talis articulis
neruis,& remedia contra morbos qui totũ
corpus occupant,& de myrtido & nigiliis
& paraliſi,& de febribus frigidis & febre iu
mentorum & phreneticis & chamæacte &
aizoo & igne ſacro ca.xi.
Ad eluxata membra & contra morbum regiũ
& contra furunculos & fiſtulas & inflatio-
nes & ambuſtionem & cõtra alios morbos
ad neruos & ſanguinem ca.xii.
De herba equiſeto & ſtephanomeli & eriſi ta-
le & contra uermes ca.xiii.
De ulceribus ad plagas & de policnemo
ca. xiiii.
De pluribus experimentis ad inficiẽdos capil
los & partus eiiciendos & cõtinendos & ali
orum remedia ca.xv.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruatio-
nes.M.cc.lxxxxii.

Ex auctoribus.

M. Varrone.C. Valgio. Pompeio Leneo, Se-
ſtio Nigro, qui græce ſcripſit, Iulio baſſo, qui
item,Antonio Caſtore.Cor. Celſo.

Externis

Theophraſto, Appollodoro, Democrito. Iu-
ba,Orpheo.Pythagora, Magone, Menandrõ
q biochreſta ſcripſit,Nicandro Homero, He-
ſiodo,Muſeo,Sophocle,Xantho,Anaxilao.

Medicis.

Mneſteo.Callimacho.Phania phyſico. Timar
cho.Simo.Hippocrate.Chryſippo. Diocle.
Opione,Heraclide.Hiceſio.Dionyſio. Apollo
doro Citienſe.Apollodoro Tarentino.Praxa-
gora.Pliſtonico medico. Dieuche Chlephan-
to.Philiſtione.Aſclepiade.Crateia.Iolla.Eraſi
ſtrato. Diagora. Andrea. Mneſicle. Epichar-
mo.Demione.Theopolemo Metrodoro.Solo
ne Lycio. Thebana Olympiade. Phylino. Pe-
treio Myctione. Glaucia. Xenocrate.

LIBRO VIGESIMOSEPTIMO
continentur reliqua herbarum ge-
nera.

De aconito & panthere quæ extinguitur aco-
nito ca.i.
Quod omnium creaturarum conditor ſit de-
us ca.ii.
De æthiopide,& amarantho,& aloe, & alcea,
& alipho,& alſima,& androſace & androſe
mo,& ambroſia,& aconi,& anagyro,& ano
nimo ca.iii.
De aparine & arctio & aſpleno & aſclepiade
& oſtere uel bubonio & aſcyro uel aſcyroi-
de,& aphace & de alcibio & alectorolo-
pho ca.iiii.
De alo ca.v.
De alga & actea & de ampeloſagria & abſin-
thio ca.vi.
De abſinthio & balote & botrye fruticoſa &
brauylla & brio & bupleuri & catanãte &
calli & circea & circeſio & trategono & the
ligono & crocodilio & cynoſorchi & chry
ſolachano & cnculo & cõferua. ca.vii.
De cocco gnidio & driopteris & dryphono &
elatie & empetro ſiue calciſraga & epicacti
uel eleborie & epimedio & eneaphylo & fili
cepteri,& de femore bubulo, ca.viii.
De glaucio & glycyſide & glaphalio ſiue cha-
mæzelo & galedrago & holco & hyoſiri &
holeſteo & hypopeſto ca.ix.
De hypogloſſa & tremulis hydropicis contra
imagines orthopneas paraliſys incipientes
ca. x.
De medio & myoſata & myagro & natrice &
othone & honoſma & onopondo & oſiri &
oxye & batrachio & polygono & leucãthe-
mo & plythena & phyllo & phelandrio &
phaleri & polyrrhizo & proſerpinaca & de
rhecoma de reſeda & ſtoechade ca.xi.
De ſolano & ſmyrnio & telephio & trichoma
ne & thalietro & thlaſpe & thragonia &
tragoni & trogo & tragologo & ſpondile,
& q̃ quidam morbi in quibuſdam non ſũt
gentibus ca.xii.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruatio-
nes.dc.ii.

Ex Auctoribus.

Pompeio Leneo,Seſtio Nigro,qui græce ſcri-
pſit, Iulio baſſo, qui item, Antonio Caſto-
re,Cor.Celſo.

Externis.

Theophraſto,Apollodoro qui item,Democri
to,Ariſtogitõe,Orpheo,Pythagora,Mago
ne,Menandro qui biochreſta ſcripſit, Nicã
dro.

Medicis

Mneſteo,Callimacho, Timariſto, Simo, Hip-
pocrate,Chryſippo,Diocle, Opione, Heracli-
de,Hiceſio, Dionyſio, Apollodoro Citienſe,
Apollodoro tarentino,Praxagora,Pliſtonico

medico, Dieuche, Cleophanto, Philiſtione, Aſclepiade, Crateia, Iolla, Eraſiſtrato, Diagora, Andrea, Mneſicle, Epicarmo, Demone, Soſimene, Theopolemo, Metrodoro, Solone, Lycio, Olympiade Thebana: Phylino, Petreio, Myctione, Glaucia, Xenocrate.

Libro Vigeſimo octauo continetur medicinæ ex animalibus.

An ſit in medendo aliqua uis uerborum,& ſanari & depelli ca.i.
Remedia ex hoie contra magos ca.ii.
De quibuſdam ſortilegiis,& ſaliua hominis ieiuni ca.iii.
Ad lippitudines oculorum ca.iiii.
De ſternutamento & uenere,& cæteris remediis ca.v.
De remediis muliebribus ca.vi.
Medicinæ ex animalibus peregrinis,& elephato & leone,de camelo & hyena & crocodilo & chamæleonte & ſtinco & hippopotamo & lyncibus. ca.vii.
Medicinæ comunes ex feris animalibus, aut eiuſdem generis placidis, lactis uſus,& obſeruationes & caſeis, butyro & adipe ca.viii.
Medicinæ de apro & capris & equis feris: & remedia de beſtiis cōtra oēs morbos ca.ix.
Mira de animalibus ca.x
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruationes,de.lxxxy.

Ex auctoribus.

M.Varrone.L. Piſone, Fabiano, Verre, Antiate, Verrio Flacco, Catone Cenſorio, Sergio, Sulpitio, Licinio, Macro, Celſo, Maſſurio, Seſtio Nigro, qui græce ſcripſit, Bytho Dinthaceno, Ophilio, Medico, Granio medicis.

Externis.

Democrito, Appollonio qui & mirſin, Mileto Artemone, Sextilio. Homero, Theophraſto, Lyſimacho, Attalo, Xenocrate, Orpheo qui diophios, Archelao q itē, Demetrio, Sotria, laide, Elephantide, Salpe, Olympiade thebana, Diotio, Iolla, Mictiōe Smirnæo, Aeſchine medico, Hippocrate, Ariſtotele, Metrodoro: Icacida medico: Heſiodo, Dialcone, Cecilio, Bione, qui peridinameon, Anaxilao, Iuba rege.

Libro uigeſimo nono continentur medicinæ ex animalibus.

De origine medicinæ & qn primum clinice,& qn primum iatraliptice,& de Chryſippo, & Eraſiſtrato, & Empirice, & Erophilo, & reliquis illuſtribus medicis,& quotiens ratio medicinæ mutata ſit,& qui primus Romæ medicus, & quando & quid de medicis antiqui Romani iudicauerint,& uitia medicinæ. ca.i.
De medicinis lanarum ca.ii.
De ouorum uarura ca.iii.
Remedia de cane & ex animalibus quæ placida non ſunt ſed fera,& ex uolucribus & cōtra morſus phalangiorum ca.iiii.
De ſeuo camelino & cane rabido & lacerta & anſeribus & columbis & muſtellis remedia ca.v.
Ad alopecia tollendas & ad pilos reddendos & ad lendes tollendas & ad palpebras & ad glaucomata & ad oculos & parotidas remedia ca.vi.
Sūma medicinæ & obſeruationes.d.xxi.

Ex Auctoribus.

M.Varrone.L.piſone.Verrio Flacco. Antiate.Nigidio.Caſſio Hemina.Cicerone.Plauto. Celſo.Seſtio.Nigro qui græce ſcripſit, Cecilio medico.Metello.Scipione.Ouidio poeta.Licinio macro.

Externis.

Philopatore.Homero.Ariſtotele. Orpheo. Democrito.Anaxilao.

Medicis

Botrye, Apollodoro, Archidemo, Anaxilao, Ariſtone, Xenocrate, Democrate, Diodoro, Chryſippo philoſopho, Horo, Nicādro, Apollonio Tyanæo.

Libro Trigeſimo continentur medicinæ ex animalibus reliquæ prioris libri.

De origine magicæ artis, quando & a quibus cœperit,& a quibus celebrata fuerit ca. i.
Vituperatio Neronis Cæſaris ca.ii.
De talpis & reliquæ medicinæ per morbos digeſtæ in animalibus,quorum genera placida ſunt aut fera ca.iii.
Ad muliebria mala medenda,& cōceptus maturandos ca.iiii.
Promiſcuæ medicinæ ca.v.
De miraculis quarundā beſtiarum ca.vi.
Sūma medicinæ & obſeruationes.decc.liii.

Ex auctoribus

M.Varrone, Nigidio.M.Cicerone. Seſtio Nigro, qui græce ſcripſit.Licinio macro.

Externis.
Eudoxo, Ariſtotele, Hermippo, homero. Appione, Orpheo, Democrito, Anaxilao.
Medicis
Botryehoro. Appollodoro, Menandro, Archimede, Ariſtone, Xenoerate, Diodoto, Chryſippo Horo, Nicādro, Apollonio, Tyaneo.

LIBRO TRIGESIMOPRIMo continentur medicinæ ex aquatilibus & aquarum mirabilia
Aquarum mirabilia ca.i.
De differentia aquarum, mediciuis & obſeruationibus cc.lxvi. ca.ii.
De qualitate aquarum in ſalubritate uel commoditate earum ca.iii.
Aquarum ſubito naſcentium aut deſinētium ratio ca.iiii.
Obſeruatio hiſtorica ca.v.
Ratio aquæ ducendæ; & quomodo medicatis utēdum. & quid proſit nauigatio, & medicinæ aquæ marinæ ca.vi.
De generibus ſalis & confecturis, & medicinis, & obſeruationibus ca.vii.
De ſcōbro piſce & muria & alece ca.viii.
De natura ſalis & eius medicinis ca.ix.
De nitri generibus & cōfecturis & medicinis & obſeruationibus ca.x.
De ſpongiarū natura ca.xi.
Summa medicinæ hiſtoriæ & obſeruationes decec.xxiii.
Ex Auctoribus
M. Varrone, Caſſio Parmenſe, Cicerone, Murio, Corn. Celſo, Trogo, Ouidio, Polybio, Sornatio,
Externis
Callimacho, Cecilio, Cteſia, Lyndo, Theophraſto, Eudoxo, Theopompo, Polyclito, Iuba, Lyco, Appione, Epigene, Pelope, Apelle, Democrito, Thraſillo, Nicandro, Menandro, cumœdo, Attalo, Saluſtio, Dionyſio, Andrea, Nicerato, Hippocrate, Anaxilao

LIBRO TRIGESIMOSECVNdo continetur reliqua medicinæ ex aq̄tilibus
De echeneide piſce, & mirabili eius proprietate, de turpedine & marino lepore, & mirabilia rubri maris ca.i.
De ingeniis & manſuetudine quorundam piſcium & ubi ex manu edaut, & ubi reſponſa dantur ex piſcibus ca.ii.
De his quib⁹ in terris & in aqs uictus eſt & de caſtoreis medicinæ & obſeruationes ca.iii.
De teſtudine & multorum piſcium medicinæ & obſeruationes ca.iiii.
Promiſcuæ ca.v.
Ad febres omnium generum, & contra diuerſas infirmitates ca.vi.
Animalium omnium ī mari uiuentiū clxvi. genera eſſe ca.vii.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruationes decec.xxviii.
Ex auctoribus
Licinio Macro, Trebōio Nigro, Seſtio Nigro qui grece ſcripſit, Ouidio poeta, Caſſio Hemina, Mœcenate. L. Ateio.
Externis
Iuba, Andrea, Salpe, Appione, Peope, Apelle Thaſio, Thraſillo, Nicandro.

LIBRO TREGESIMOTERtio continentur naturæ metallorum Quæ prima commendatio metallorum auri, & de origine annulorum aureorum & modo auri apud antiquos, & equeſtri ordine, & de iure annulorum aureorum ca.i.
De decuriis iudicum, & quotiens nomina eq̄ſtris ordinis immutata, donis militaribus & q̄n primum corona aurea ca.ii.
De reliquo uſu auri in uiris & mulieribus, & de numo aureo, & q̄n primum ſignatum ē æs, argentum & aurum, & anteq̄ ſignaretur qui mos in ære, & quę maxima pecunia primo cenſu, & quotiens, & quibus temporib⁹ auctoritas auri. ca.iii.
Ratio naturalis auri inueniendi, & q̄n primū aurea ſtatua, & medicinæ ex auro. ca.iiii.
De chryſocolla, & medicinæ, & chryſocolla. vi. & mirabilia naturæ de glutinādis inter ſe perficiendiſq; metallis ca.v.
De argento, & argento uiuo ex ſtibia ſiue alabaſtro, & ſcoria argenti, & de ſpuma argenti ca.vi.
De minio q̄tæ auctoritatis fuerit apud Romanos, & origine ac inuentione eius, & cinnabaris ratione in picturis, & medicinę, de generibus minii & ratione eius in picturis ca. vii.
De hydrargyro, de argento inaurādo, de coticulis ī argēti gñib⁹ & experimētis ca.viii.
De ſpeculis & ægyptio argento. ca.ix.

De immodica pecunia, & quorum maximæ opes fuerint. & quando primum Pop.R.u. ſtipem ſparſerit ca.x.
De luxuria & frugalitate in uaſis & lectis ar gentcis, quando lances immo dicæ factæ ca.xi.
De ſtatuis argenteis, & celatura argēti & cæteris quibuſdam. ca.xii.
De ſile & ceruleo & chryſocolla & neſtoriano & cilono, & q̃ nō omni anno æqualiter ſpe cies uendantur ca.xiii.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruationes M.ccxv.

Ex auctoribus

L.Piſone, Antiate, Verrio, M. Varrone, Cor. Nepote, Meſſalla, Ruffo. Marſo poeta Butho, Iulio Baſſo, qui de medicinis græce ſcripſit. Se ſtio nigro qui item, Fabio Veſtale.

Externis.

Democrito, Metrodoro Sceptio, Menæchmo, qui de toreutice ſcripſit, Xenocrate qui item Antiguno qui item, Heliodoro qui de Athe nienſium anathematis, Paſitele qui admirabi lia opera ſcripſit, Nymphodoro, Timeo qui de medicina metallica ſcripſit, Iolla, Apolodo ro, Andrea, Heraclide, Diagora, Botryenſe, Archimede, Dionyſio, Ariſtogene, Democri to, Mneſicle, Attalo medico, Xenocrate Ze nonis, Theomneſto.

LIBRO TRIGESIMO IIII; continentur æris metalla, & ferri & plū bi & ſtagni

bi & ſtagni ca.i.
Genus æris quæ corinthia, quæ deliaca, quæ ęginetica. ca.ii.
De candelabris templor m orna tis. ca.iii.
Quando primum ſimulacrum Romæ factū, & de origine ſtatuarum, & honore ſtatua & generibus & figuris ca.iiii.
De ſtatois togatis, & quibuſdam aliis, & qui bus primum in columna, & quando roſtra, & quando primum publice, & quæ primū ſtatuæ Romæ. ca.v.
De ſtatuis ſine tunicis, & quibuſdam aliis, & quæ prima Romæ ſtatua equeſtris, & quan do omnes ſtatuæ priuatim & publice ſubla tæ, & quibus Romæ mulieribus, & quæ pri mæ ab exteris publice poſitæ ca.vi.
De antiqs ſtatuariis & ꝑciis figuorū imodicis & colloſſis i urbe celeberrimis ca.vii.
Nobilitates ex ære operum & artificum cccLxvi. ca.viii.
Differentiæ æris & mixturæ, & de ſeruan do ære. ca.ix.
De cadmia medicinæ ca.x.
De ſcorea & flore & ſquama æris & ſtomace & ærugine & hyeratio ca.xi.
De ſcoletia & chalciti & pſoro & chal cantho ca.xii.
De pompholige & ſpondio & antiſpondio & diphryge & trieute ſeruilio ca.xiii.
De ferro & ferreis metallis, & differentiæ fer ri. ca.xiiii.
De temperatura ferri, & medicinæ ex ferro, & ex ærugine, & rubigine, & ſquama ferri & hygremplaſtro ca.xv.
De plumbi metallis, & albo plumbo & ni gro ca.xvi.
De ſtagno & plumbo argentario, & quibuſ dam aliis ca.xvii.
Medicinæ de plumbo & ſcoria plumbi, de molibenda ſiue galena, de pſymitio & ſan daraca ca.xviii.
Summa res & hiſtoriæ & obſeruationes dccc.xv.

Ex Auctoribus

L.Piſone, Antiate, Verrio, M. Varrone, Meſ ſala, Ruffo, Marſo poeta, Butho, Iulio Baſſo, qui de medicina græce ſcripſit, Sex. Nigro, itē Fabio Veſtale. Externis

Democrito, Metrodoro ſceptio, Menæchmo qui de toreutice ſcripſit, Xenocrate qui item, Antigono qui item, Duride qui item, Helio doro qui de atheniēſium anathemate ſcripſit Nymphodoro, Andrea, Heralide, Diagora, Botryenſe, Iolla, Appollodoro, Archimede, Dionyſio, Ariſtogene, Diumede, Mneſicle, Xe nocrate, Zenonis, theomneſto.

LIBRO TRIGESIMOQVINTO continetur honos picturæ.

Honos picturæ ca.i.
Honos imaginum ca.ii.
Quando primum clypei imaginum publicæ, & quando in domibus poſiti, & de picturæ initiis & monochromatō & primis pictori bus, & antiquitate pictoꝝ in italia ca.iii.
De pictoribus romanis, & qn̄ primum digni tas picturæ, & qui uictorias ſuas pictura ꝑ poſuerunt, & quando externis picturis di gnitas Romæ ca.iiii.
Ratio pingendi de pigmentis ca.v.
De coloribus natiuis & factitiis ca.vi.
Qui colores udo non inducantur, & quibus coloribus

coloribus antiqui pinxerunt,& quando primum gladiatorum pugnæ propoſitæ ſunt cap.vii.
De ætate picturæ operum & artificum indicatura nobilitatis.cecy. cap.viii
Primum picturæ certamen,& qui primi penicillo pinxeront capi.ix.
De auibus per picturam deceptis,& quid difficillimum in pictura. cap.x.
De auium cātu compeſcendo,& qui encauſto & penicillo primus lacunaria & cameras pinxerit,ſparſimq; pretia mirabilia picturarum capi.xi
Plaſtices primi inuentores de ſimulacris & uaſis fictilibus & pretio eorum cap.xii.
Terræ uarietates,& de puluere puteolano,& aliis terræ generibus quæ in lapidem uertuntur cap.xiii.
De parietibus fornaceis & lateritiis & eorũ ratione cap.xiiii.
De ſulphure & alumine & generibus eorũ & medicinæ cap.xy.
De terra ſamia & eretria & chia & ſibaniſia,& phiniti & appelliti medicinæ ca.xvi.
Cretę gña ad ueſtiũ uſus cimolia,ſarda umbrica,ſaxum argentaria cap.xvii.
Qui & quorũ liberti ꝑpoſiti ca.xviii.
Terra excalata & terra clupea,terra baleari ca terra ebuſitana ca.xix.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruationes.d.cccc.lvi.

Ex auctoribus.

Meſſala oratore,Meſſala ſene,Feneſtrella attico.Verrio.M.Varrone,Cor.Nepote,Decio Eculeone,Muriano,Meliſſo,Vitruuio,Caſſio ſeuero,Lõgulano.Fabio ueſtale qui de pictura ſcripſit.

Externis.

Praſitele,Apelle,Melanthio,Aſclepiodoro,Euphranore,Parrhaſio,Heliodoro,qui anathemata ſcripſit athenis,Metrodoro qui de architectõice ſcripſit,Democrito,Teophraſto,Appione grammatico qui de metallica medicina ſcripſit,Nimphodoro,Andrea,Heraclide,Iolla,Apollodoro,Diagora,Botryenſe,Archidemo,Dionyſio,Ariſtogene,Demade,Mneſicle,Xenocrate,Zenonis,Theomneſto.

LIBRO TRICESIMOSEXTO continentur naturæ lapidum & luxuriæ marmorum.

Quis primus in publicis operibus oſtenderit ca.i.
Qui primus peregrino marmore columnas habuerit Romæ ca.ii.
Qui primum laudati in marmore ſcalpẽdo & quibus temporibus ca.iii.
Nobilitates operum & artificum in marmore.c.xxvi.de marmore pario & mauſoleo ca.iiii.
Quando primum marmorum in ædificiis uſus,& qui primus Romæ cruſtauerit parietes,& quibus ętatibus quæq; marmora in uſum uenerint Romæ & quis primus marmora ſecuerit& ratio ſecandi de harena ca.v.
De naxio & harmonio,& de generibus marmorum ca.vi.
De alabaſtrite & tigdido & alabandico ca.vii.
De obeliſco thebaico,alexandrio,& de illo qui eſt in circo magno ca.viii.
De illo qui eſt in campo martio progno mone ca.ix.
De tertio obeliſco Romæ in uaticano ca.x.
De pyramidibus ægygtiis & ſphynge capi.xi.
De labyrinthis ægyptio,lemnio Italico capi.xii.
De penſili horto & opdido & templo Dianę ephesiæ ca.xiii.
De delubro cyzici & lapide fugitiuo,& de echo ſepties reſonante & ędificio ſine clauo & mirabilia ædificiorũ romæ ca.xiiii.
De magnetis gñibus & medicinis ca.xv.
De lapidibus q cito abſumũt corpora in eis condita,& de his q diu ſeruant,& de thaſio lapide & medicinis eius ca.xvi.
De ebore foſſili & lapidibus oſſeis & palmatis & aliorum generibus ca.xvii.
De corallio,uel pyrite & medicinis eius,oſtracite,de amãto lapide & medicis eius de militino lapide & uiribus eius,de gagate lapide & medicinis eius,de ſpongiis & phrygio lapide & natura eius ca.xviii.
De emathite & quinq; generibus eius,& ſchyſto
De quattuor generibus aetidis,& calamo & ſamio & arabo & pumicibus ca.xx.
De lapidibus mortariorum medicinaliũ & mollibus lapidibus & ſpeculari lapide &

c

ſilicib⁹ & phengite & coti bus & reliquis ad ſtructuram lapidibus igni & tempeſtatibus reſiſtentibus ca.xxi.
De ciſternis & calce & harenæ generibus & mixtura calcis & harenæ & uitiis ſtructuræ & coctariis & columnis cap.xxii.
De medicinis calcis & malta & gypſo cap.xxiii.
De pauimentis & quando primu; Romæ & ſubdiualibus pauimentis & græcanicis & quando primum cameræ cap.xxiiii.
De origine uitri & ratione faciẽdi, & de obſiano uitro, & de generibus multiformibus uitri capi.xxv.
Igniũ miracula & medicinæ pdigia ca.xxvi.
Summa medicinæ & hiſtoriæ & obſeruationes.d.xxiiii.

Ex auctoribus.

M. Varrone, Cellio, Galba, C.Icto. Mutião, Nepote Cor. L. Piſone, Tuberone, Seneca, Fabio Veſtale, Ammo Fœciale, Fabião, Catone Cenſorio, Vitruuio.

Externis.

Ex auctoribus.

Theophraſto, Praxitele, Iuba rege, Nicandro Soiaeo, Sudine, Alexandro polyſthore, Apione, Pliſtonico, Duride, Herodoto, Eumero, Ariſtagora, Dionyſio, Archemidoro, Bucorida, Anthiſtene, Democrito, Demotele, Licea.

LIBRO TRICESIMOSEPTIMO continetur origo gemmarum.

De gemma Polycratis tyranni & Pyrrhi regis & qui ſculptores optimi & nobilitate artificum & quis primus dactylothecam Romæ habuit ca.i.
De gemmis tranſlatis in triunpho Põpeii, & natura criſtalli & medicis, & luxuria circa eã & qñ primũ inuẽta mirrhina, & luxuria circa eã & natura mirrhinorũ & q mẽtiri ſunt auctores de ſuccino. cap.ii.
De ortu & medicinis, & generibus, & luxuria ſuccinoꝝ, & lyncurio, & medicĩs. ca.iii.
De adamanthis generibus & medicinis & margaritis capi.iiii.
De ſmaragdi generibus, & gemmis uiridib⁹ tranſlucidis cap.v.
De opali generibus & uitiis & experimẽtis & uariis gemmis cap.vi.
De generibus carbunculoꝝ & uitiis & experimentis & gemmis ardentibus cap.vii.
De generibus topatii & callaite, & de gẽmis uiridibus nõ tranſlucentibus cap.viii.
De iaſpidum generibus cap.ix.
De quibuſdam gemmis per alphabeti ordinem cap.x.
De gemmis quæ a membris hominũ cognominantur, & quæ ab animalibus & de his quæ a cæteris rebus ca.xi.
De gemmis naſcentibus & factitiis, & figuris gemmarum cap.xii.
De rõne pbandaꝝ gemmarum cap.xiii.
Sũma res & hiſtoriæ & obſeruatiões.m,ccc.

Ex auctoribus.

M. Varrone, Actis triunphi, Mœcenate, Iaccho, Corn. Bocco.

Externis.

Iuba rege, Xenocrate Zenõis, Sudie, Aeſchylo, Philoxene, Euripide, nicãdro, Satyro, theophtaſto, Carete, Philomene, Democrate, Xenotinõ, Metrodoro, Sotaco, Pyrhea, Timæo Siculo, Nicea, Theocreſto, Aſaruba, Mnaſea, Theomene, Cteſia, Mithridate, Sophocle, Archelao rege, Calliſtrato, Democrito, Iſmenio, Olympico, Alex. polyhiſtore, Appiõe, Horo, Zoroaſtre, Zactalia.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER SECVNDVS.

An finitus ſit mundus. Et an unus? Cap.i.

MVNDVM ET HOC QuOD NOMINE ALIO COELVM appellari libuit, cuius circumflexu teguntur cuncta, numen eſſe, credi par eſt, æternum, immenſum, neq; genitum, neq; interiturum unq̃. Huius extera indagare, nec intereſt hominum, nec capit humanæ coniectura mentis. Sacer eſt, æternus, immenſus, totus in toto, immouero ipſe totum, finitus, & infinito ſimilis. Omnium rerum certus, & ſimilis incerto. Extra, intra, cũcta complexus in ſe, idemq; rerum naturæ opus, & rerum ipſa natura. Furor eſt menſuram eius animo quoſdam agitaſſe, atq; prodere auſos. Alios rurſus occaſione hinc ſumpta, aut his data innumerabiles tradidiſſe mũdos, ut totidẽ rerum naturas credi oportere. Aut ſi una omnes incubarẽt, totidem tñ ſoles, totidemq; lunas, & cætera etiam in uno, & immenſa & innumerabilia ſydera, quaſi non eadẽ quæſtione, ſemper in termino cogitationis occurſura deſiderio finis alicuius. Aut ſi hæc infinitas naturæ oĩum artifici poſſit aſſignari, non illud idẽ in uno facilius ſit intelligi tanto ꝑſertim opere. Furor eſt ꝑfecto, furor, egredi ex eo, & tanq̃ interna eius cũcta plane iá ſint nota, ita ſcrutari extera, quaſi uero menſurá ullius rei poſſit agere qui ſui neſciat, aut mens hominis uidere. q̃ mundus ipſe non capiat. De forma eius. capi.ii.

FOrmá eius in ſpeciem orbis abſoluti globatá eſſe, nomẽ in primis, & conſenſus in eo mortalium orbẽ appellantium, ſed & argumenta rerum docent, nõ ſolum quia talis figura omnibus ſui ꝑtibus uergit in ſeſe, ac ſibi ipſa toleranda eſt, ſeq; includit & cõtinet, nullarum egens cõpaginũ, nec ſinẽ aut initiũ ullis ſui partibus ſentiens, nec quia ad motum quo ſubinde uerti debeat (ut mox apparebit) talis aptiſſima eſt Sed oculoꝝ quoq; ꝓbatione, q̈ cõuexus medius quacunq; cernat, cum id accidere in alia non poſſit figura. De motu eius. Cap.iii.

HAnc ergo formá eius æterno & irreqeto ambitu ienarrabili celeritate .xxiiii. horaꝝ ſpacio circũagi ſolis exortus & occaſus, haud dubiũ reliq̃re. An ſit ĩmenſus, & ideo ſenſum auriũ facile excedens. Tantæ molis rotatæ uertigine aſſidua ſonitus non equidem facile dixeri, non hercle magis q̃ circũactorũ ſimul tinnitus ſyderũ, ſuoſq; uoluentiũ orbes. An dulci quidem & incredibili ſuauitate cõcentus nobis, qui intus agimus iuxta diebus noctibuſq; tacitus labitur mũdus. Eſſe ĩnumeras ei effigies aĩalium rerũq; cunctaꝝ ĩpreſſa. Nec ut in uolucrũ notam⁹ ouis leuitate cõtinua lubricũ corpus, quod clariſſimi auctores dixere tęnerum, argumẽtis indicatur, qm̃ inde deciduis rerum oĩum ſeminibus innumeræ in mari ꝓcipue, ac plærũq; cõfuſis monſtrificæ digenerant effigies. Præterea uiſus ꝓbatione alibi plauſtri, alibi urſi, tauri alibi, alibi litterę figura cãdidiore medio ſuper uerticem circulo. Cur Mundus dicatur. Cap.iiii.

EQuidem & conſenſu gentium moueor. Nam quẽ κοσμον græci nomine ornamenti appellauerunt, eum & nos a perfecta abſolutaq; elegantia mundum. Cœlum quidem haud dubie cœlari argumento diximus, ut interp̄tatur. M. Varro. Adiuuat reꝝ ordo deſcripto circulo, qui ſignifer uocat in .xii. aĩalium effigies, & per illas ſolis curſu cõgruens tot ſeculis ratio.

De quattuor elementis. Cap.v.

NEc de elemẽtis uideo dubitari quattuor ea eſſe. Igniũ ſummo, inde tot ſtellaꝝ collucẽtiũ illos oculos. Proximũ ſpiritus, quẽ græci noſtriq; eodem uocabulo aera appellant. Vitalẽ hunc, & per cuncta reꝝ meabilẽ, totoq; conſertum. Cuius ui ſuſpenſam cum quarto aquarum elemento librari medio ſpacii tellurem. Ita mutuo complexu diuerſitatis effici nexum & leuia ponderibus inhiberi, quo minus euolent. Contraq; grauia ne ruant ſuſpendi leuibus in ſublime tendẽtibus. Sic pari in diuerſa niſu ui ſua quæq; cõliſtere irrequieto mũdi ipſius cõſtricta circuitu quo ſemper in ſe currẽte imã atq; mediam in toto terrá eandẽq; uniuerſo cardine ſtare pendentẽ librátem per quæ pendeat, ita ſolam ĩmobilem circa eam uolubili uniuerſitate, eandemq; ex omnibus necti, eidemq; omnia inniti. DE Septem Planetis. Cap.vi.

INter hanc cœlumq; eodẽ ſpiritu pendent certis diſcreta ſpaciis .vii. ſydera, quæ ab inceſſu uocamus errantia, cum errent nulla minus illis. Quorum medius ſol fertur ampliſſima magni-

tudine ac poteſtate, nec tempo℞ modo terrarumq̧, ſed ſyderum etiam ipſorum cœliq̧ rector. Hunc mūdi eſſe totius animū,ac planius mentem . Hunc principale naturæ regimen , ac numen credeř decet opa eius exiſtimātes.Hic lucē rebus miniſtrat,aufertq̧ tenebras.Hic reliq̄ ſydera occultat.Hic uices tempo℞,annūq̧ ſemper renaſcentem ex uſu naturæ tēperat.Hic cœli triſticiam diſcutit,atq̧ etiā nubila humani aī ſerenat , hic ſuū lumen cæteris quoq̧ ſyderibus fœnerat p̄clarus,eximius,oīa intuēs,oīa etiā exaudiēs,ut principali littera℞ Homero placuiſſe in eo uideo.

De Deo Cap.vii.

QVapropter effigiem dei,formāq̧ q̄rere imbecillitatis humanæ reor,quiſq̧s eſt deus(ſi mō eſt alius)& quacunq̧ in parte,totus eſt ſenſus,totus eſt uiſus,totus auditus,totus aīæ,totus animi,totus ſui.Innumeros quidē credere,atq̧ etiam ex uirtutibus,uitiiſq̧ hoīum,ut pudicitiā,concordiā,mentem,ſpē,honorē , clæmentiam,fidem.Aut(ut Democrito placuit)duos oīno.Pœnā & beneficiū,maiorē ad ſocordiā accedit.Fragilis & laborioſa mortalitas ī partes iſta digeſſit,īfirmitatis ſuæ memor,ut portionibus coleret q̄ſq̧,quo maxīe indigeret.Itaq̧ noīa alia aliis gētibus,& numina in iiſdem innūerabilia repimus.Inferis quoq̧ in gn̄a deſcriptis.Morbiſq̧ & multis ēt peſtibus,dū eſſe placata trepido metu cupim⁹.Ideoq̧ etiā publice,Febri ſanū in palatio dicatū eſt.Orbonæ ad ædē lariū,ara.Et malæ fortunæ eſq̄liis.Quāobrē maior cœlitū pp̄ls,ēt q̄ hoīu̅ ītelligi pōt,cū ſingl̄i quoq̧ ex ſemetip̄s totidē deos faciāt.Iunones Geniosq̧ adaptando ſibi gētes uero q̄dā aīalia etiā aliq̄,& obſcœna pro diis hn̄t,ac multa dictu magis pudēda,p fœtidos cibos,& alia ſilia iurantes.Matrimonia q̄dem inter deos credi,tātoq̧ æuo ex his neminē naſci,& alios eſſe grandæuos,ſp̄q̧ canos.Alios iuuenes,atq̧ pueros.Atri caloris , aligeros,claudos, ouo editos,& alternis diebus uiuētes moriēteſq̧,puerilium p̄pe delirameto℞ ē.Sed ſup oēm impudentiā:adulteria īter ipſos fingi,mox iurgia & odia,atq̧ etiā furto℞ eſſe,& ſcele℞ numia . Deus eſt mortali iuuare mortalē,& hæc ad æternā gl̄iam uia,Hac p̄ceres iere Romāi,Hac nūc cœleſti paſſu cū liberis ſuis uadit maxim⁹ oīs æui rector. Veſpaſian⁹ Auguſtus feſſis rebus ſubueniēs ,Hic eſt uetuſtiſſim⁹ referēdi bn̄merētibus gr̄am mos,ut tales numib⁹ aſcribāt.Quippe & oīum aliorū noia deo℞,& q̄ ſupra ſyde℞ retuli,ex hoīum nata ſunt meritis.Iouē q̄dem:aut Mercuriu̅ , aliterue alios īter ſe uocari,& eſſe cœleſtis nomenclaturæ,quis non interp̄tatione naturæ fateať?Irridendū uero agere curā re℞ humana℞ illud.q̄cquid eſt ſummū.An ne tā triſti atq̧ multiplici miniſterio nō pollui credamus dubitemuſue?Vix p̄pe eſt iudicare,utrū magis conducat generi humano,q̄n aliis nullus eſt deo℞ reſpectus,aliis pudēdus,externis ſamulanť ſacris,ac digitis deos geſtāt & mōſtra quoq̧,q̄ colūt,damnant,& excogitant cibos.Impia dira ipſos , ne ſomno q̄dem q̄eto irrogāt.Nō matrimonia,non liberos,nō deū eē quicq̄ aliud,niſi iubētibus ſacris, deligunt. Alii in ipſo capitolio fallūt,ac fulminantē peierāt.Idem,& hus iuuāt ſcelera,illos ſacra ſua pœnis agunt.Inuenit tn̄ inter has utraſq̧ ſn̄ias medium ſibi ipſa mortalitas Numen,quo minus etiā plana de Deo cōiectatio eſſet.Toto quippe mūdo,& locis oībus,oibuſq̧ horis,oium uocibus fortuna ſola īuocať,& una noīať. Vna accuſať,una agiť rea,una cogitatur.Sola laudať,ſola arguiť, & cū cōuitiis colitur.Volubiliſq̧ a plæriſq̧ uero & cæca etiam exiſtimata.Vaga,inconſtans , incerta,uaria,indignorūq̧ faotrix.Huic oīa expēſa,huic oīa feruntť accepta,& in tota rōne mortaliū ſola utrāq̧ paginā facit.Adeoq̧ obnoxiæ ſumus ſortis,ut ſors ipſa p deo ſit,q̄ deus p̄bať incertus.Pars alia & hāc pellit,aſtroq̧ ſuo euētus aſſignat,& naſcēdi legibus.Selq̧ in oēs futuros unq̄ deo decretū.In reliquū uero ociū dať.Sedere cœpit ſn̄ia hæc piterq̧ & eruditū uulgus,& rude in eam curſu uadit.Ecce fulgurū monitus,oraculo℞ præſcita,aruſpicum prædicta,atq̧ etiam parua dictu in auguriis ſternutamenta,& offenſiones pedū.Diuus Auguſtus læuū p̄didit ſibi calceū p̄poſtere inductū,quo die ſeditione militari p̄pe afflictus eſt.Quæ ſingula improuidam mortalitatē inuolunt,ſolū ut inter iſta uel certū ſit nihil ieſſe certi,nec miſerius quicq̄ hoīe, aut ſupbius. Cæteris q̄ppe aīantiū ſola uictus cura eſt,in quo ſponte naturę benignitas ſufficit.Vno q̄dem uľ p̄ferenda cūctis bonis,q̄ de gl̄ia,de pecunia,ambitione,ſupq̧ de morte non cogitant . Verum in his deos agere curam re℞ hūanarū credi ex uſu uitæ eſt. pœnaſq̧ maleficiis aliq̄n ſeras occupato deo in tanta mole,nunq̄ autē irritas eſſe.Nec ideo proximū illi genitū hominē,ut utilitate iuxta beluas eſſet.Impfectæ uero in homine naturæ,pręcipua ſolatia,ne deū q̄dem poſſe oia . Nāq̧ nec ſibi poteſt mortem conſciſcere,ſi uelit q̄ď homini dedit,optimū in tantis uitæ pœnis . Nec mor-

tales æternitate donare, aut reuocare defũctos, nec facere ut q uixit nõ uixerit, q honores geſſit nõ geſſerit. Nullũqꝫ hẽt in pterita ius pterq̃ obliuionis. Atqꝫ (ut faceris quoqꝫ argumẽtis ſocietas hæc cũ deo copulet) ut bis dena, uiginti nõ ſint, ac multa ſimiliter efficere nõ poſſe. Per q̃ declaratur, haud dubie, naturæ potentiã id quoqꝫ eſſe, qđ deum uocamus. In hæc diuertiſſe nõ fuerit alienum propter uulgatam aſſidue quæſtionem de deo.

De natura ſyderum errantium. Cap. viii.

Hinc redeamus ad reliq̃ naturæ ſydera, q̃ affixa diximus mũdo, nõ illa ut exiſtimat uulgus, ſingulis attributa nobis, & clara diuitibꝰ, minora pauperibus, obſcura defectis, & ꝓ ſorte cuiuſqꝫ lucẽtia ad munera mortalibus. Quia nec cũ ſuo quæqꝫ hoĩe orta moriunt, nec aliquẽ extingui decidua ſignificãt. Nõ tanta cœlo ſocietas nobiſcũ eſt, ut noſtro fato mortalis ſit ille quoqꝫ ſydeꝝ fulgor. Illa nimio alimento tracti humoris igneã uim abũdãtia reddunt, cum decidere creduntur, ut apud nos quoqꝫ id luminibꝰ accẽſis, liquore olei notamus accidere. Cæterum æterna eſt cœleſtibꝰ natura itexẽtibus mundũ itextuqꝫ cõcretis. Potentia aũt ad terrã magnopere eoꝝ ptinens, q̃ propter effectus claritatẽqꝫ & magnitudinem in tanta ſubtilitate noſci potuerũt. Sicut ſuo demõſtrabimus loco. Circulorũ quoqꝫ cœli ratio in terræ mẽtione aptius dicetur, qñ ad eam pertinet tota ſigniferi modulatio inuentionibus non dilatis. Obliquitatẽ eius intellexiſſe, hoc eſt reꝝ fores apuiſſe Anaximãder Mileſius tradit primus, olympiade. lviii. Signa deinde in eo Cleoſtratus, & primũ Arietis, ac Sagittarii. Sphærã ipſam añ multo Atlas. Nũc relicto ipſius mundi corpore reliqua inter cœlum terraſqꝫ tractentur. Summum eſſe quod uocant Saturni ſydus, ideoqꝫ minimũ uideri, & maximo ambire circulo, ac. xxx. anno ad breuiſſima ſedis ſuæ principia regredi certũ eſt. Oĩum aũt erraticũ ſydeꝝ meatus, interqꝫ ea ſolis & lunæ contrarium mũdo agere curſum. i. læuum, ſemper illo in dextrã ꝑcipiti, & q̃uis aſſidua cõuerſione immenſæ celeritatis attollant ab eo, rapiant in occaſum, aduerſo tñ ire motu, per ſuos quæqꝫ paſſus ita ferri, [fieri]
ne cõuolutus aer eãdẽ in partem æterna mundi uertigine ignauo globo torpeat. Sed findatur aduerſo ſyderum uerbere diſcretus, & digeſtus. Saturni autem ſydus gelidæ ac rigentis eſſe naturæ, multoqꝫ ex eo inferiorẽ Iouis circulũ, & ideo motu celeriori duodenis circũagi annis. Tertiũ Martis, qđ quidã Herculis uocãt, ignea ardentis ſolis uicinitate binis fere annis conuerti. Ideoqꝫ huius ardore nimio & rigore Saturni, interiectũ ambobus ex utroqꝫ tẽperari Iouẽ, ſalutarẽqꝫ fieri deũ. Inde ſolis meatũ eſſe partium quidẽ trecentaꝝ. lx. Sed ut obſeruatio umbrarum eius redeat ad notas, quinos annis dies adiici: ſuperqꝫ quartã partem diei. Quam ob cauſam quinto anno unus intercalaris dies additur, ut tẽpoꝝ ratio facilius ſolis itineri cõgruat. Infra ſolẽ ambit ingẽs ſydus appellatũ Veneris, alterno meatu uagũ, ipſiſqꝫ cognominibꝰ æmulũ ſolis & lunæ. ꝑueniẽs quippe & ante matutinũ exoriẽs Luciferi nomẽ accipit, ut Sol alter, diemqꝫ maturãs. Contra ab occaſu refulgẽs nuncupat Veſper, ut prorogans lucem uicemqꝫ lunæ reddẽs. Quam naturam eius Pythagoras Samius primus dephendit olympiade circiter. xlii. qui fuit urbis romæ annus. cxlii. Largiori magnitudine extra cũcta alia ſydera, eſt claritatis quidem tantæ, ut unius huius ſtellæ radiis umbræ reddant. Itaqꝫ & in magno noĩum ambitu eſt. Alii. n. Iunonis, alii Iſidis, alii Martis deum appellauere. Huius natura cuncta gñant in terris. Nãqꝫ in alterutro exortu genitali rore conſpergẽs nõ terræ modo cõceptus implet, neꝗ aſantium quoqꝫ oĩum ſtimulat. Signiferi autem ambitũ peragit tricenis & duode quinquagenis diebus, ab ſole nunquam abſiſtens, partibus ſex atqꝫ q̃draginta longius (ut Timæo placet) ſimili ratione, ſed nequaq̃ magnitudine. ſ. aut ui. Proximũ illi Mercurii ſydus a qbuſdã appellatum Apollinis, inferiore circulo fert. ix. diebus ociore ambitu mõ ante ſolis exortũ, mõ poſt occaſum ſplendens, nunq̃ ab eo. xxii. ꝑtibus remotior, ut Cteſias & Soſigenes docẽt. Iõ & peculiaris hoꝝ ſyderũ ſtatio eſt, neqꝫ cõis cũ ſupradictis. Nanqꝫ ea & quarta parte cœli a ſole abeſſe & tertia, & aduerſa ſoli ſæpe cernuntur, maioreſqꝫ alios habẽt cuncta plenæ conuerſionis ambitus in magni anni ratione dicendos.

De lunæ natura Capi. ix.

Sed oĩum admirationẽ uicit nouiſſimũ ſydus terriſqꝫ familiariſſimũ, & in tenebrarum remedium ab natura repertũ lunæ. Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium, & proximum ignorari ſydus maxime indignantium, creſcens ſemper aut ſeneſcens. Et modo curuata in cornua, modo æqua proportione diuiſa, modo ſinuata in orbem. Maculoſa eademqꝫ ſubito prænitẽs, imenſa orbe pleno, ac repẽte nulla. Alias pernox. Alias ſera, & parte diei ſolis lu-

cem adiuuās. Deficiēs,& in defectu tñ conſpicua. Quæ menſis exitu latet, cū laborate nō credit. Iam uero humilis & excelſa,& ne id quidē uno modo,ſed alias admota cœlo,alias congrua mōtibus nūc in aquilonē elata,nūc in auſtros deiecta. Quæ ſingula in eā dēphendit holum primus. Endimion,& ob id amore eius captus fama traditur. Non ſi mus profecto grati erga eos qui labore curaq̧ lucem nobis aperuere. In hac luce mira quoq̧ humani ingenii peſte ſanguinem & cædes condere annalibus iuuat,ut ſcelera hominū noſcant mundi ipſius ignaris. Proxima ergo cardini,ideoq̧ minimo ambitu uicenis diebus ſeptenisq̧ & tertia diei pte peragit ſpacia eadem,q̄ Saturni ſydus altiſſimū.xxx.ut dictū eſt annis,dein remorata in coitu ſolis biduo cū tardiſſime a tricesima luce rurſus ad eaſdē uices exit,haud ſcio an oium q̄ in cœlo prænoſci potuerunt magiſtra in.xii.ſpacia menſium oportere diuidi annū,quādo ipſum toties ſol remeātē redeūdo ad principia conſequitur,ſolis fulgore eam ut reliqua ſydera regi. Siquidē i totū mutuata ab eo luce fulgere,qualē in repercuſſu aquæ uolitare cōſpicimus. Ideo molliore & impfecta ui ſoluere tātum humorem atq̧ ēt augere,quē ſolis radii abſumāt. Ideo & inæquali lumine aſpici,quia ex aduerſo demū plena reliquis diebus tm̄ ex ſe terris oſtendat,quantū ex ſole ipſa cōcipiat. In coitu quidē non cerni,quoniā hauſtū omnium lucis auerſa illo regerat unde acceperit. Sydera uero haud dubie humore terreno paſci,quia orbe dimidio nōnunq̄ maculoſa cernatur.ſ.nondum ſoppetente ad hauriendum ultra iuſta ui. Maculas.n.non aliud eſſe q̄ terræ raptas eum humore ſordes.

De defectu Solis,& Lunæ,& de nocte. Cap.x.

Defectus aūt ſuos & ſolis tem in tota cōtemplatione naturæ maxime mirā & oſtēto ſimilē eorū magnitudinū umbræq̧ indices exiſtere. Quippe manifeſtū eſt ſolē interuentu lunæ occultari,lunāq̧ terræ obiectu ac uices reddi,eoſdē ſolis radios luna interpoſitu ſuo auferente terræ,terraq̧ lunæ. Hac uero ſubeūte repētinas obduci tenebras,rurſumq̧ illius umbra ſydus hebetari. Neq̧ aliud eſſe noctē q̄ terræ umbrā. Figurā aūt umbræ ſimilē metę ac turbini iuerſo,qn̄ mucrone tm̄ ingruat,neq̧ lunæ excedat altitudinē,qm̄ nullum aliud ſydus eodē modo obſcuret,& talis figura ſemp in mucronē deficiat. Spatio quidē conſumi umbras indicio ſunt uolucrū prælati uolatus. Ergo confiniū illis eſt aeris terminus initiū ętheris. Supra lunā pura oia ac diuturnæ lucis plena. A nobis aūt per noctē cernunt ſydera,ut reliqua lumina e tenebris. Et propter has cauſſas nocturno tempore deficit luna. Stati aūt atq̧ mēſtrui non ſunt utriq̧ defectus ꝑpter obliquitatem ſigniferi,lunæq̧ multiuagos(ut dictum eſt)flexos,non ſemper in ſcrupulis partium congruente ſyderum motu.

De ſyderum magnitudine. Capi.xi.

Haec ratio mortales aīos ſubducit in cœlū,ac uelut inde cōtemplātibus trium maximatū rerū naturæ partiū magnitudinē detegit. Nō poſſet quippe totos ſol adimi terris intercedente luna,ſi terra maior eſſet q̄ luna. Certior ex utraq̧ uaſtitas ſolis apitur,ut non ſit neceſſe amplitudinē eius oculorū argumētis atq̧ cōiectura animi ſcrutari. Immenſum eſſe conſtat,qa arborū in limitib9 porrectarū in quotlibet paſſuū millia umbras parib9 iaciat iteruallis,tāq̄ toto ſpacio medius. Et quia per æquinoctiū oībus in meridiana plaga habitātibus ſimul fiat a uertice, item quia circa ſolſtitialem circulū habitantiū meridie ad ſeptentrionē umbræ cadāt,ortu uero ad occaſum. Quæ fieri nullo mō poſſent,niſi multo eſſet maior q̄ terra,Et q monte Idā exoriēs latitudine exuperāt dextra læuaq̧ large amplectēs,ꝑſertim diſcretus tāto iteruallo. Defect9 lunæ magnitudinē eius haud dubia ratione declarat,ſicut terrę paruitatē ipſa deficiens. Nāq̧ cū ſint tres umbrarū figuræ,cōſtetq̧,ſi par lumini ſit materia q̄ iactat umbrā,colūnæ effigie iaci,nec habere finē. Si uero maior materia q̄ lumē turbinis recti,ut ſit imum eius anguſtiſſimū, & ſimili modo infinita longitudo,ſi minor materia q̄ lux,Metæ exiſtere effigiē in cacuminis fine definentē,talemq̧ cerni umbrā deficiente luna palam fit:ut nulla amplius relinquatur dubitatio ſuperari magnitudinē terrā,Id quidem & tacitis ipſius naturæ indiciis. Cur.n.partitis uicibus anni brumalis abſcedit:ut noctiū opacitate terras reficiat,exuſturus haud dubie,& ſic quoq̧ exurens quadam in parte tanta magnitudo eius eſt.

Quæ quis inuenerit in obſeruatione cœleſti. Capi.xii.

Et rationē quidē defectus utriuſq̧ primus romani gn̄is in uulgus extulit Sulpitius Gallus, qui conſ.cū.M.Marcello fuit. Sed tum tribunus militū ſollicitudine exercitu liberato,pridie q̄ Perſes rex ſuperatus a paulo eſt in concionem ab imperatore productus ad prędicendam eclipſim, mox & cōpoſito uolumine. Apud gręcos autem inueſtigauit primus omnium Tha

les Mileſius olympiadis.xlviii.anno quarto,ꝑdicto ſolis defectu q ſub Haſtyage rege factus eſt urbis cōditæ anno,clxx.Poſt eos utriuſq; ſyderis curſū i ſexcētos ānos ꝓcinuit.Hipparchus menſes gētiū dieſq; & horas,ac ſitus locoꝝ.& uicos populoꝝ complexus æuo teſte haud alio modo q̄ cōſilioꝝ naturæ particeps. Viri ingentes ſupraq; mortalium naturam tantorū numinū lege deprehenſa,& miſera hominum mente abſoluta in defectibus ſtellarum ſceleta aut mortem aliquam ſyderū pauētes.Quo in metu fuiſſe Steſichori & Pindari uatū ſublima ora palā eſt deliquio ſolis,& in luna ueneficia arguēte mortalitate,& ob id crepitu diſſono auxiliāte. Quo pauore ignarus cauſſæ Nicias athenieſiū īperator ueritus claſſem portu educere,opes eorū afflixit.Macti igenio & cœli interꝑtes rerūq; naturæ capaces argumenti repertores quo deos hominesq; uiciſtis.Quis enim hæc cernens & ſtatus ſyderum(quoniam ita placuit appellare)labores non ſuæ neceſſitati mortalis gemitus igoſcat.Nunc confeſſa de iiſdem breuiter atq; capitulatim attingā.ratione ad modū neceſſariis locis ſtrictimq; reddita.Nā neq; inſtituti operis talis argumentatio eſt,neq; omnium rerum afferre poſſe cauſſas minus mirum eſt q̄ conſtare in aliquibus.

De defectibus.Capi.xiii.

DEfectus.ccxxii.mēſibus redire in ſuos orbes certū eſt.Soliſq; defectum non niſi nouiſſima primaue fieri luna,quod uocāt coitū.Lunæ autē non niſi plena,ſemperq; citra q̄ proxime fuerit.Oībus aūt annis fieri utriuſq; ſyderis defectus ſtatis diebus horiſq; ſub terra.Nec tñ cum ſint ſuperne ubiq; cerni,aliquando propter nubila ſæpius globo terræ obſtante conuexitatibus mūdi.Intra ducētos annos Hipparchi ſagacitate compertū eſt,& lunæ defectū aliquando quinto mēſe a priore fieri,ſolis uero ſeptimo.Eandē bis in trigiuta dieb⁹ ſupra terras occultari,ſed ab aliis atq; aliis hoc cerni,quæq; ſunt i hoc miraculo maxime mira,cū cōueniat umbra terræ lunā hebetari,nunc ab occaſus pte hoc ei accidere,nūc ab exortus. Ee quanaꝫ ratione cū ſolis exortu umbra illa hebetatrix ſub terra eſſe debeat?ſel' iā acciderit,ut in occaſu luna deficeret utroq; ſup terrā conſpicuo ſydere. Nam ut in.xii.diebus utrunq; ſydus quæreret,& noſtro æuo accidit imperatoribus Veſpaſianis parte.iii Filio iterum Conſ.

De Lunæ motu.Cap.xiiii.

LVnam ſemper auerſis a ſole cornibus,ſi creſcat ortus ſpectare,ſi minuat occaſus haud dubium eſt.Lucere dodrātis ſemuncias horarū ab ſecūda addiicientē uſq; ad plenum orbem detrahentemq; in diminutionē.Intra.xiiii.aūt partes ſolis ſemp occultā eſſe. Quo argumento amplior errātium ſtellarum q̄ lunæ magnitudo colligitur,quando ille & a ſeptenis interdum partibus emergāt.Sed altitudo cogit minoris uideri,ſicut affixas cœlo ſolis fulgore interdiu non cerni,cum æq; die ac noctu luceant,idq; manifeſtū fiat defectibus & præaltis puteis.

Errantium motus & luminum Canonica.Ca.xv.

ERrantium aūt tres quas ſupra ſolem dicimus ſitas occultant meantes cum eo. Exoriuntur uero matutino diſcedētes partibus nunq̄ amplius undenis.Poſtea radiorū eius cōtractu reguntur,& in triquetro a partibus.cxx.ſtatiōes matutinas faciūt,quæ & primæ uocant. Mox in aduerſo a partibus.clxxx.exortus ueſpertinos.Item in.cxx.ab alio latere appropinquante ſtationes ueſpertinas quas & ſecūdas uocāt,donec aſſecutus in ptibus duodenis occulte illas,q ueſpertini occaſus appellant.Martis ſtella ut ꝓpior etiā ex quadrato ſentit radios,ab.xc.partib⁹ unde & nomē accepit.Is motus primus & ſecūdus nonagenarius dictus ab utroq; exortu.Eadem ſtationalis ſenis mēſibus cōmoratur in ſignis alioqn bimeſtris cum ceteræ utraq; ſtatiōe quaternos menſes non impleant.Inferiores aūt duæ occultantur in coitu ueſpertino ſimili modo,relictoq; ſole totidem in partibus faciūt exortus matutinos,atq; a lōgiſſimis diſtātiæ ſuæ metis ſolē inſequunt,adeptæq; occaſum matutino conduunt ac prætereunt.Nox eodē interuallo ueſperi exoriuntur uſq; ad quos diximus terminos.Ab his retrogradiunt ad ſolē,& occaſu ueſpertino deliteſcūt.Veneris ſtella & ſtatiōes duas matutinā ueſpertināq; ab utroq; exortu facit a longiſſimis diſtātiæ ſuæ finibus.Mercurii ſtatiōes breuiore momēto q̄ ut deꝑhendi poſſit.hæc eſt luminū occultationūq; rō perplexiore motu,multiſq; inuoluta miraculis.Siquidem magnitudines ſuas,& colores mutant,& eędē ad ſeptentrionē accedūt,abeuntq; ad auſtrū,terriſq; ꝓpiores aut cœlo repēte cernuntur.In quibus aliter multa q̄ priores tradituri fatemur,ea quoq; illorū eſſe muneris,qui primi quęrendi uias demonſtrauerunt.Modo ne qs deſperet ſæcula ꝓficere ſemper pl'ibus de cauſis hæc omnia accidunt.prima circulorum eſt,quos græci abſidas in ſtellis uocant,etenim græ-

cis utendū erit uocabulis.Sunt autem hi ſui cuiq; eaȝ aliiq; q̄.mundo quoniā terra a uerticibus duobus quos appellauerūt polos cētrū cœli necnō ſigniferi oblique iter eos ſiti.Oīa autem hæc cōſtat rōne circini ſemper indubitata.Ergo ab alio cuiq; cētro abſides ſuæ exurgunt.Ideoq; diuerſos habent orbes motuſq; diſſimiles,quoniā interiores aſidas neceſſe eſt breuiores eſſe.

Quare eadem alias altiora,alias inferiora uideantur.Cap.xyi.

IGitur a terræ cētro abſides altiſſimæ ſunt,Saturno in ſcorpione,Ioui in uirgine,Marti in leone,Sole in geminis,Veneri in ſagittario, Mercurio in capricorno,mediis omnium partibus Et econtrario ad terræ centrum humillimæ atq; ꝓximæ.Sic fit ut tardius mouere uideantur cū altiſſimo ambitu ferunt̄.Nō q̄a accelerēt tardēt ue naturales motus,qui certi ac ſinguli ſunt illis,ſed quia deductas ab ſūma abſide lineas,coarctari ad centrū neceſſe eſt, ſicut in totis radios, idemq; motus alias maior,alias minor,centri propinquitate ſentit̄.Altera ſublimitatum cauſſa, qm̄ a ſuo centro abſidas altiſſimas habent in aliis ſignis.Saturnus in libræ parte uiceſima.Iupiter cācri.xy.Mars capricorni.xxviii.Sol arietis.xxix.Venus piſciū.xyi. Mercurius uirginis.xy.Luna tauri.iiii.Tertia altitudinū rō cœli mēſura nō circuli intelligit̄,ſubire eas aut deſcēdere ꝑ ꝓfundū aeris,oculis exiſtimātibus.Huic cōnexa latitudinū ſigniferi obliq̄tatiſq; cauſſa eſt.Per hūc ſtellæ quas diximus errātes ferunt̄.Nec aliud habitat̄ in terris q̄ qđ illi ſubiacet.Reliqua a polis ſqualent.Veneris tm̄ ſtella excedit eum binis partibus.Quæ cauſſa intelligit̄ efficere ut quædam animalia & in deſertis mundi naſcantur.Luna quoq; per totam latitudiné uagat̄,ſed omnino non excedens eum ab his.Mercurii ſtella laxiſſime,ut tamē e duodenis ꝑtibus (tot enim ſunt latitudines) nō ampli⁹ octonas pererret,neq; has æq̄liter.Sed duas medio eius,& ſupra .iiii. īfra duas Sol deinde medio fert̄ inter duas partes flexuoſo draconū meatu inęqualis Martis ſtella quatuor medias Iouis mediā & ſuper eam duas. Saturni duas ut ſol. Hec erit latitudinū ratio ad auſtrū deſcēdentiū aut aquilonē ſubeuntiū.Hac cōſtare & tertiā illam a terra ſubeūtiū in cœlum. Et pariter ſcandi eam quoq; exiſtimauere pleriq; falſo. Qui ut coarguant̄ aperienda eſt ſubtilitas immenſa & oīs eas cōplexa cauſas. Cōuenit ſtellas in occaſu ueſptino ꝓxias eſſe terre & latitudie, & altitudine, exortuſq; maturiſos ī initio cuiuſq; fieri.Statiōes in mediis latitudinū articulis,q̄ uocāt ecliptica. Perinde cōfeſſum eſt motū augeri q̄diu in uicino ſit terre, cum abſcedāt in altitudinē, minui,Que ratio lunę ſublimitatibus maxime approbat̄. Aeque nō eſt dubiū in exortibus matutinis etiā numerū augeri, atq; a ſtationibus primis tres ſꝑiores diminui uſq; ad ſtationes ſecūdas. Quę cum ita ſint manifeſtū erit ab exortu matutino latitudines ſcādi,qm̄ in eo primū habitu incipiant partius adiici motus.In ſtationibus uero primis & altitudine ſubire,qm̄ tum primū īcipiant detrahi nūeri,ſtellæq; retroire.Cuius rei rō priuati reddēda eſt.Percuſſæ inq̄ diximus parte, & triangulo ſolis radio inhibent̄ rectum agere curſum, & ignea ui leuant̄ in ſublime. Hoc non protinus ītelligi poteſt uiſu noſtro, ideoq; exiſtimāt̄ ſtare, unde & nomē accepit ſtatio. Progredit̄ deinde eiuſdē radii uiolentia & retroire cogit uapor percuſſas. Multo id magis in ueſprino earum exortu toto ſole aduerſo, cum in ſummas abſidas expellunt̄, nemineq; cernunt̄, quoniā altiſſime abſunt, & minimo ferunt̄ motu, tanto minore cum hoc in altiſſimis abſidū euenit ſignis, Ab exortu ueſptino latitudo deſcendit̄ partius iā ſe minuēte motu,nō tñ ante ſtationes ſecūdas augēte cū & altitudo deſcēdit̄ ſupueniēte ab alio latere radio,eademq; ui rurſus ad terras deprimente,q̄ ſuſtulerit in cœlo ex priore triquetro.Tm̄ intereſt ſubeant ne radii,an ſuperueniāt.Multoq; eadem magis in ueſprino occaſu accidūt.Hæc eſt ſuperioꝝ ſtellaꝝ ratio.Difficilior reliquarum,& a nullo ante nos reddita.

Catholica ſyderum errantium.Cap.xyii.

PRimū igitur dicatur cum ſint diuerſæ ſtellæ,cur Veneris ſtella nunq̄ longius.xlyii.ꝑtibus Mercurius.xx.a ſole abſcedāt.Sæpe citra eas ad ſolē reciprocēt. Cōuerſas habēt utræq; abſidas,ut infra ſolem ſitæ,tantūq; circulis eaȝ ✣ ſub terra eſt, quantum ſuperne ꝓdictarū &, ideo non poſſunt abeſſe amplius,quoniā curuatura abſidū ibi non habet longitudinem maiorē, Ergo utræq; ſimili ratione admodū ſtatuunt abſidum ſuarum margines,ac ſpacia longitudinis, latitudinū euagatione penſant.At.n.cur non ſemp ad.xlyi.& ad partes.xx.perueniūt? Imo uero. Sed ratio canonica fallit.Namq; apparet abſidas quoq; eaȝ moueri q̄ nunq̄ tranſeant ſolē. Itaq; cū in partē ipſam eius incidere margines alterutro latere,tum & ſtellæ ad lōgiſſima ſua īterualla ꝑuenire intelligunt̄,cum citra fuere margines totidem ꝑtibus,& ipſe ocyus redire credunt̄, cum ſit illa ſemp utriq; extremitas ſumma.Hinc & ratio motuū conuerſa intelligitur,ſuperiores enim

✣ ſubter

celerrime ferunt in occaſu ueſptino,hæ tardiſſime illæ a terra altiſſime abſũt cum tardiſſime mouentur,hæ cũ ocyſſime.Quia ſicut in illis ꝓpinquitas centri accelerat,ita in iis extremitas circuli illę ab exortu matutino minuere celeritaté incipiunt,hæ uero augere.Illæ retro curſũ agũt a ſtatione matutina uſq; ad ueſpertiná.Veneris a ueſpertina uſq; ad matutiná.Incipit auté ab exortu matutino latitudiné ſcandere,altitudiné uero ac ſolem inſequi aſtatione matutina ocyſſima ĩ occaſu matutĩo & altiſſima.Digredi aũt latitudine motũq; minuere ab exortu matutino,retro qdẽ ĩre ſimulq; altitudine digredi a ſtatione ueſptina.Mercurii rurſus ſtella utroq; mõ ſcandere ab exortu matutino.Digredi uero latitudine a ueſptino,conſecutoq; ſole ad.xv.partiũ interuallũ cõſiſtit quadriduo ꝓpe imobilis.Mox ab altitudine deſcẽdit,retroq; gradit ab occaſu ueſptino uſq; ad exortũ matutinũ.Tantũq; hæc & luna totidem diebus quot ſubiere deſcẽdũt.Veneris quindecies & plurib⁹ ſubit.Rurſus Saturni & Iouis duplicato digrediunt,Martis etiam quadruplicato, Tanta eſt naturæ uarietas.Sed ratio euidés.Nam quæ in uaporem ſolis nitunt,etiam deſcendunt ægre.Multa promi amplius circa hæc poſſũt ſecreta naturæ legeſq;,qbus ipa ſeruiat, exépli grã. In Martis ſydere cuius eſt maxime inobſeruabilis curſus,nunq̃ id ſtationé facere.Iouis ſydere triquetro raro ad modũ.lx.ptibus diſcrero.Qui numerus ſexágulas mundi efficit formas.Nec exortus niſi in duobus ſignis tantũ cancri & leonis ſimul edere.Mercurii uero ſydus in piſcib⁹ exortus ueſptinos raros facere creberrimeq; in uirgine.In libra matutinos.Itẽ matutinos in aq̃rio,rariſſimos in leone.Retrogradũ in tauro & in geminis nõ fieri.In cancro uero non circa.xxv.ptem. Lunã bis coitum cum ſole in nullo alio ſigno facere q̃ geminis.Non coire aliq̃n in ſagittario tantum Nouiſſimá uero primáq; eadem die uel nocte nullo alio in ſigno q̃ ariete cõſpici,id quoq; paucis mortaliũ contingit.Et inde fabula cernendi lynceo.Non cõparere in cœlo Saturni ſydus & Martis cum plurimũ diebus.clxx.Iouis.xxxvi.aut cũ minimũ denis detractis dieb⁹.Veneris.lxxix.aut cum minimũ.lii.Mercurii.xiii.aut cum plurimũ.xvii.

Quæ ratio colores eorum mutet.Cap.xviii.

COlores ratio altitudinum temperat,ſiquidem earum ſimilitudinem trahunt,in quarum aera uenere ſubeundo,tingitq; appropinquáres utralibet alieni meat⁹ circul⁹. Frigidior in pallorem,ardentior in ruborem,uentoſus in horroré.Sol atq; cõmiſſuræ abſidũ extremæq; orbitæ a terra ĩ obſcuritaté.Suus quidé cuiq; color eſt Saturno candidus.Ioui clarus.Marti igneus.Lucifero candens, Veſperi refulgens.Mercurio radiãs.Lunæ blandus,Soli cum orit ardés,poſtea radians.His cauſſis cõnexo uiſu & earum quæ cœlo continent .Namq; modo multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes lunæ,placida nocte lenit illuſtráte eas.Modo raritas ut fugiſſe miremur plenilunio abſcõdente,aũt cum ſolis ſupraue dictarum radii uiſus perſtrinxere noſtros. Et ipa aũt luna ingruentiũ ſolis radiorũ haud dubie differentias ſẽtit,heberante cætera iflexos mũdi cõuexitate eos,præterq̃ ubi recti angulorũ cõpetunt ictus .Itaq; in quadrato ſolis diuidua eſt, in triquetro ſemi ambitur orbe,impletur autem in aduerſo,rurſuſq; minuens eaſdem effigies , paribus edit interuallis,ſimili ratione qua ſupra ſolem tria ſydera.

Solis motus & dierum inæqualitatis ratio.Cap.xix.

SOl auté ipe quattuor differentias habet,bis ęquata nocte diei uere & autũno,& in centrũ incidens terræ octauis in ptibus arietis ac libræ.Bis pmutatis ſpaciis in actũ diei bruma octaua in pte capricorni.Noctis uero ſolſtitio totidé in partibus cancri.Inæqualitatis cauſa obliqtas eſt ſiguiferi,cũ pars æqua mũdi ſuper ſubterq; terras oib⁹ fiat momentis.Sed que recta in exortu ſuo conſurgũt ſigna longiore tractu tenent lucem,quæ uero obliqua ocyor tranſeũt ſpacio.

Quare Ioui fulmina aſſignent.Cap.xx.

PAtet plæroſq; magna cœli affectione cõpertũ a principibus doctrinæ uiris ſupernoꝝ trium ſyderum ignes eſſe,qui decidui ad terras fulminum nomen habeant.Sed maxime ex iis medio loco ſiti,fortaſſis quoniam contagium nimii humoris ex ſuperiore circulo atq; ardoris ex ſubiecto per hũc modum egerat.Ideoq; dictũ Ioué fulmĩa iaculari.Ergo ut e flagráte ligno carbo cum crepitu,ſic a ſydere cœleſtis ignis expuit,præſcita ſecũ afferens, ne abdicatq dem ſui parte in diuinis ceſſante opibus.Idq; maxĩe turbato fit aere,quia collectus humor adundantiá ſtimulat,ut quia turbat quodá ceu grauidi ſyderis partu,

Interualla ſyderũ.Cap.xxi.

INterualla quoq; ſyderũ a terra multi ĩdagare tentauerunt.Et ſolem abeſſe a luna unde uiginti partes,quátum lunam ipam a terra prodiderũt.Pythagoras uero uir ſagacis animi a

terta ad lunam.cxxv.milia ſtadiorum eſſe collegit. Ab ea uſque ad ſolem duplũ. Inde ad duodeciȝ ſigna triplicatum. In qua ſententiã Gallus Sulpitius noſter fuit.

De ſyderium muſica. Cap.xxii.

Sed Pythagoras interdum ex Muſica ratione appellãt tonum quantum abſit a terra luna. Ab ea ad Mercuriũ ſpacii eius dimidium,& ab eo ad Venerem. A qua ad ſolem ſeſquiplum. A ſole ad Martem tonum.i.quantũ ad lunam a terra. Ab eo ad Iouem dimidium, & ab eo ad Saturnum dimidium,& inde ſeſquiplum ad ſigniferũ, ita ſeptem tonos effici, quam diapaſon harmoniam uocant: hoc eſt uniuerſitatem concentus, in ea, Saturnũ Dorio moueri. Mercuriũ Phthongo Iouem Phrygio, & in reliquis ſimilia iucunda magis q̃ neceſſaria ſubtilitate.

De mundi Geometria. Cap.xxiii.

Stadium.cxxv.noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes ſexcentos .xxv. Poſſidonius non minus.xl. ſtadiorum a terra altitudinem eſſe: in qua nubila ac uenti nubeſq; perueniant. Inde purum liquidumque & imperturbatæ lucis aerem. Sed a turbido ad lunam uicies centum ſtadiorum. Inde ad ſolem quinquies milies. Eo ſpacio fieri ut tam ĩmenſa eius magnitudo non exurat terras. Plures aũt nubes non ingentis ſtadiis in altitudinem ſubire prodiderũt. Incõperta hęc & inextricabilia, ſed tam ꝓdenda q̃ ſunt prodita, ſi quis tamẽ una ratio geometricæ collectiõis nunq̃ fallacis poſſit non repudiari, ſi cui libeat altius iſta ꝓſequi. Nec ut mẽſura (id enĩ uelle pene dementis ocii eſt. ſed ut tantũ cõiectanti animo cõſtet extimatio, Nam cum trecentis.lx.& fere ſex partibus orbis ſolis ex circuitu eius patere appareat circulum per quem meat, ſempq; dimetiens tertiã partẽ ambitus,& tertiæ paulo minꝰ ſeptimã colligat, apparet dempta eius dimidia, quoniã terra centralis interueniat. Sextam uero ptem huius immenſi ſpacii qđ circa terrã circuli ſolaris animo comprehendit̃ in eſſe altitudinis ſpacio. Lunæ uero duodecimã. Quoniã tanto breuior̃ q̃ ſol ambitu currit, ita ferri eam in medio ſolis ac terræ. Mirũ quo ꝓcedat improbitas cordis humani, paruulo aliquo inuitata ſucceſſu. Sicut ĩ ſupradictis occaſionẽ impudentiæ ratio largitur: auſiq; diuiđ ſolis ad terram ſpacia. Eadem ad cœlum agunt: quoniã ſit medius ſol, ut ꝓtinus mũdi quoq; ipſius menſura ueniat ad digitos. Quantas enĩ dimetiens habeat ſeptimas, tantas habere circulũ duo & uiceſimas: tanq̃ plane a ppendiculo mẽſura cœli cõſtet. Aegyptia ratio quam Petoſiris & Necepſos oſtendere ſingulas ptes, in lunari circulo (ut dictum eſt) minimo.xxxiii.ſtadiis paulo amplius patere colligit. In Saturni ampliſſimo duplũ. In ſolis quem mediũ eſſe diximus, utriuſq; menſuræ dimidium. Quæ computatio plurimũ habet pudoris, quoniã ad Saturni circulũ addito ſigniferi ipſius interuallo, nec numerabilis multiplicatio efficitur.

De repentinis ſyderibus. Cap.xxiiii.

Reſtant pauca de mũdo, nanq; & in ipſo cœlo ſtellæ repente naſcunt̃ plura earũ genera.

De Cometis & cœleſtibus prodigiis, natura & ſitu,& generibus eorũ. Ca.xxv.

Cometas græci uocãt, noſtri Crinitas horrentes crine ſanguineo,& comarũ modo in uertice hiſpidas. Idẽ pogonias, q̇bus inferiore ex parte in ſpeciẽ barbæ longæ promittitur iuba. Acontiæ iaculi modo uibrant̃ ociſſimo ſignificatu. Hæc fuit de qua quinto conſulatu ſuo Tiberius imꝑator Cęſar præclaro carmine perſcripſit ad hũc diem nouiſſime uiſam. Eaſdem breuiores & in mucronẽ faſtigiatas Xiphias uocauere, quæ ſunt omnium pallidiſſimæ quodam gladii nitore, ac ſine ullis radiis quos chryſeꝰ auro nomine ſimilis, colore autẽ electro raros e margine emittit, Pitheres doliorũ cernit̃ figura in concauo fumidæ lucis. Cratias cornus ſpeciẽ habet, qualis fuit cũ græcia apud Salamina depugnauit. Lampades ardentes imitant̃ faces, Hippeus equinas iubas celerrimi motus, atq; in orbẽ circa ſe euntis. Fit & candidus cometes argẽteo crīe ita refulgens ut uix cõtueri liceat, ſpecieq; humana dei effigiẽ in ſe oſtendens. Fiunt & hirti uilloꝝ ſpecie & iuba aliq̃ circundati, Semel adhuc iubæ effigies mutata ĩ haſta eſt, olympiade cẽteſima octaua urbis anno.ccclxxxviii. Breuiſſimũ quo cernerent̃ ſpacium ſeptem dierum annotatũ eſt, longiſſimum octoginta. Mouent̃ autem alii errantium modo, alii immobiles hærent. Oẽs ferme ſub ipſo ſeptemtrione aliqua eius parte nõ certa, ſed maxĩe in cãdida quæ lactei circuli nomẽ accepit. Ariſtoteles tradit & ſimul plures cerni nemini compertũ alteri, quod equidẽ ſciam Ventos autẽ ab iis graues æſtuſq; ſignificari. Fiũt & hibernis mẽſibus & in auſtrino polo ſed ibi citra ullum iubar: Diraq; cõperta æthiopum & Aegypti populis, cui nomen æui eius rex edidit Typõ, ignea ſpecie, ac ſpiræ modo intorta, uiſu quoq; toruo, nec ſtella uerius q̃ quidã igneus nodus. Spargunt̃ aliquando

quando & erratibus ſtellis cæteriſq; crines, Sed cometes nunq̃ in occaſura pte cœli eſt. Terrificũ magna ex parte ſydus, ac non leuiter piatũ, ut ciuili motu Octauio cõſule. Iterũq; Pompeii & Cæſaris bello. In noſtro uero æuo circa ueneficiũ, quo Claudius Cæſar ĩperiũ reliquit Domitio Neroni, ac deinde principatu eius aſſiduũ prope ac ſæuum. Referre arbitrant̃ in quas partes ſeſe iaculetur, aut cuius ſtellæ uires accipiat, qualeſq; ſiſitudines reddat, & qbus in locis emicet. Tibiarũ ſpecie arti muſicæ portendere. Obſcœnis aũt moribus in uerendis partibus. Signorũ ingeniis & eruditioni ſi triquetrã figurã quadratam ue paribus angulis ad aliquos perẽnium ſtellarũ ſitus cdát Venena fundere in capite ſeptẽtrionalis auſtrinæue ſerpẽtis. Cometes in uno toti⁹ orbis loco colit in tẽplo Romæ admodum fauſtus Diuo Auguſto iudicatus ab ĩpo: qui incipiente eo apparuit ludis quos faciebat Veneris genitricis non multo poſt obitũ patris Cæſaris, in collegio ab co ĩſtituto. Nanq; his uerbis id gaudium pdidit. Is ipis ludorum meorum diebus ſydus crinitum per ſeptem dies in regione cœli ſub ſeptẽtrionibus eſt cõſpectũ. Id oriebatur circa undecimã horam diei, clarumq; & oĩbus terris conſpicuum fuit. Eo ſigno ſignificari uulgus credidit Cæſaris aĩam inter deorũ immortaliũ numina receptam, quo nomine id inſigne ſimulacro capitis eius qd̃ mox in foro cõſecrauimus adiectũ eſt Hæc ille in publicũ interiore gaudio ſibi illum natum ſeſeq; in eo naſci interpretatus eſt, & ut uerũ fateamur ſalutare id terris fuit. Sunt qui & hæc ſydera ppetua eſſe credát, ſuoq; ambitu ire, ſed nõ niſi relicta a ſole cerni. Alii uero qui naſci humore fortuito & ignea ui, ideoq; ſolui.

Hipparchus de ſyderibus per exẽpla hiſtorica, faces. lampades, trabes, bolides, & chaſma cœli. Cap. xxvi.

IDem Hipparchus nunq̃ ſatis laudatus, ut quo nemo magis approbauerit cognationẽ cum homine ſyderum animaſque noſtras partem eſſe cœli, nouam ſtellam & aliam in æuo ſuo genitam deprehẽdit, eiuſque motu qua die fulſit ad dubitationem eſt adductus, an ne hoc ſæpius fieret, mouerenturq; & eæ quas putamus affixas. Idemq; auſus rem etiam deo improbam annumerare poſteris ſtellas ac ſydera ad normã expangere organis excogitatis, per q̃ ſingularum loca atque magnitudines ſignarẽt, ut facile diſcerni poſſet ex eo nõ mõ an obirẽt naſcerentq;, ſed oĩno aliqua tranſirent mouerẽturue, item an creſcerẽt minuerenturq; cœlo in hereditate cũctis relicto, ſi quiſq̃ rationem eam caperet inuẽtus eſſet. Emicant & faces non niſi cum decidunt uiſæ. Qualis germanico Cæſare gladiatorũ ſpectaculum edente præter ora populi meridiano trãſcurrit. Duo genera earũ, Lampades uocant plane faces. Alterũ Bolidas quale Mutinenſibus malis uiſum eſt. Diſtant, q faces ueſtigia longa faciũt priore ardente parte. Bolis uero ppetua ardens longiorẽ trahit limitem: Emicát & trabes ſimili modo, q̃s Docos uocant, q̃les cũ Lacedæmonii claſſe uicti imperiũ græciæ amiſere. Fit & cœli ipſius hiatus quam uocát chaſma. ficri

De cœli coloribus. Cap xxvii.

FIt & ſanguinea ſpecie, quo nihil terribilius mortaliũ timori eſt. Incendium ad terras cadens inde. Sicut olympiadis centeſimæſeptimæ anno tertio cũ rex Philippus græciá quateret. At q hæc ego ratis tpibus naturæ ue cætera arbitror exiſtere, nõ ut plæriq; uariis de cauſſis quas ingeniorum acumen excogitat. Quippe ingentiũ malorum fuere prænuncia. Sʒ ea accidiſſe; non quia hæc facta ſunt arbitror. uerum hæc ideo facta quia incaſura erant illa; raritate autẽ occultã eorum eſſe rationẽ, ideoq; non ſicut exortus ſupradictos defectuſq; & multa alia noſci.

De flamma cœli. Cap. xxviii.

CErnunt̃ & ſtellæ cũ ſole totis diebus plærũq;, & circa ſolis orbem ceu ſpecie coronæ & uerſi coloris circuli. Qualiter Auguſto cæſare in prima iuuenta urbem intrante poſt obitum patris ad nomen ĩgens capeſſedum.

De coronis cœleſtibus. xxix.

EXiſtunt eædem coronæ circa luná & circa nubila aſtra cœlo quoq; in hærẽtia. Circa ſolem arcus apparuit. L. Opimio. iii. Qu. Fabio. ii. coſſ. Orbis. L. Portio. M. Atilio.

De circulis repentinis, Cap. xxx.

c Irculus rubei coloris. L. Iulio. P. Rutilio coſſ. Fiunt pdigioſi & longiores ſolis defectus q̃lis occiſo dictatore Cæſare, & Antoniano bello totius pene anni pallore cõtinuo.

Plures ſoles. Cap. xxxi.

ET rurſus plures ſoles cernunt̃, nec ſupra ĩpm nec infra, ſed ex obliquo nunq̃ iuxta, nec contra terrá, nec noctu, ſed aut oriente aut occidẽte. Semel in meridie cõſpecti ĩ boſoſphoro p

duntur,qui a matutino tempore durauerunt in occaſum.Trinos Soles antiqui ſæpius uidere. Sicut Sp.Poſthumio.Qu.Minutio.Qu.Martio.M.Portio.M.Antonio.P.Dollobella,& M.Lepido L.Plãco coſſ.Et noſtra ætas uidit.Diuo Clau.pricipe cõſulatu eius Cornelio Orſito collega.Plãs ſimul q̃ tres uiſi ad hoc æui nunq̃ produnt.

Plures lunæ.Cap.xxxii.

Vnę quoq; triç,ut Cn.Domitio.C.F.L.Annio coſſ.apparuere.Quos plęriq; appellauerunt ſoles nocturnos.

Dierum lux nocte.Cap.xxxiii.

Vmẽ de cœlo noctu uiſũ eſt,C.Cecilio.Cn.Papyrio coſſ.& ſæpe alias,ut diei ſpecies noctu luceret.

Clypei ardentes.Cap.xxxiiii.

Lypeus ardens ab occaſu ad ortum ſcintillans trãſcurrit ſolis occaſum.L.Valerio.Cn.Mario coſſ.

Oſtẽtum cœli.Cap.xxxv.

Cintillam e ſtella cadere,& augeri terræ appropinquitatẽ,ac poſtq̃ in lunæ magnitudinem facta ſit illuxiſſe ceu nubilo die.Dein cũ in cœlũ ſe reciperet,lampadem factam, ſemel unq̃ prodit.Cn.Octauio.C.Scribonio coſſ.Vidit hoc Licinius Syllanus proconſul cum comitatu ſuo

De diſcurſu ſtellarum. Cap.xxxvi.

Ieri uidentur & diſcurſus ſtellarum nunq̃ temere,ut non ex ea parte truces uenti cooriant,& ex iis tune procellæ in mari terriſq;.

De ſtellis caſtoribus. Cap.xxxvii.

VIdi in nocturnis Militũ uigiliis inhærere pilis pro uallo fulgurum effigies. eæ & antennis nauigantiũ aliiſq; nauium partibus ceu uocali quodã ſono inſiſtunt,ut uolucres ſedem ex ſęde mutãtes.Graues cũ ſolitariæ uenere,mergenteſq; nauigia,& ſi in cariæ ima deciderint exurẽtes.Geminæ aũt ſalutares,& proſperi curſus prænunciæ,quarũ aduentu fugari dirã illam ac minacẽ appellatã q̃ Helenã ferunt.Et ob id Polluci & Caſtori id numen aſſignant,eoſq; in mari deos iuocant,Hominũ quoq; capita ueſpertinis horis,magno præſagio circumfulgẽt.Oĩa icerta ratione & in naturæ maieſtate abdita.

De aere.Cap.xxxviii.

HActenus de mũdo ipo ſyderibuſq;.Nũc reliqua cœli memorabilia.Nanquæ & hoc cœlum appellauere maiores,quod alio nomĩe.aera,omne qđ inani ſimile uitalem hunc ſpiritum fundit,Infra lunã hæc ſedes,multoq; inferior. Vt animaducrto ꝑpemodum conſtare, infinitũ ex ſupiore natura aeris,& terreni halitꝰ miſcens utraq; ſorte confundit.Hĩc nubila tonitrua & alia fulmina.Hinc grandines,& pruinæ,hymbres, ꝓcellæ turbines.Hinc plurima mortaliũ mala,& rerũ naturæ pugna ſecũ.Terrena in cœlũ tendentia deprimit ſyderũ uis.Eademq;,quæ ſponte nõ ſubeãt,ad ſe trahũt.Decidũt hymbres,nebulæ ſubeũt,ſiccant amnes,ruunt grãdines,torrẽt radii,& terrã i mediũ undiq; ipellũt.Iidẽ ifracti reſiliũt,& q̃ potuẽt,auferũt ſecũ Vapor ex alto cadit,rurſumq; i altũ redit.Vẽti igruũt ianes,idẽq; eũ rapia remeãt.Tot aialiũ hauſtꝰ ſpm̃ e ſublimi trahit.At ille cõtra nitit.Telluſq;,ut iani cœlo:ſpm̃ ifũdit.Sic ultro citro cõmeãte natura, ut tormẽto aliquo mũdi celeritate diſcordia accendat,nec ſtare pugnæ licet,ſed aſſidue rapta inuoluit. Et circa terrã imenſo terũ q̃ſi globo tendit.Subinde p nubes cœlũ aliud obtexens,uẽtoꝝ hoc regnum.Itaq; præcipua eorũ natura ibi,& ferme reliquas cõplexa cauſſas,qm̃ & tonitruum & fulminũ iactus horũ uiolentiæ plæriq; aſſignat.Quin & ideo lapidibus pluere iterim,ꝙ uẽto ſint rapti,& multa ſimiliter.Quamobrem plura ſimul dicenda ſunt.

De æſtatis tempeſtatibus. Cap.xxxix.

TEmpeſtatũ rerũq; quaſdã ſtatas eſſe cauſſas,quoſdam uero fortuitas,aut adhuc rõnis incompertæ manifeſtũ eſt.Quis.n.æſtates & hyemes,quæq; in temporibus annua uice intelligũtur ſyderũ motu fieri dubitet?Ergo ut ſolis natura tẽperando intelligit anno, ſic reliquorũ quoq; ſyderũ ꝓpria eſt q̃buſq; uis,& ad ſuã cuiq; naturã fertilis.Alia ſunt i liquorem ſoluti humoris fœcunda,alia cõcreti in pruinas:aut coacti in niues,aut glaciari in grãdines, alia flatꝰ tẽpis alia uaporis,alia roris,alia rigoris.Nec uero hæc tanta debent exiſtimari quãta cernunt, cum eẽ eorum nullũ minus luna tam immenſæ altitudinis ratio declaret.Igitur i ſuo quæq; motu naturã ſuam exercent,quod manifeſtũ Saturni maxime trãſitus hymbribus faciunt.Nec meantiũ modo ſyderũ hæc uis eſt,ſed multorũ etiam adhærentiũ cœlo:quotiens errantiũ acceſſu impulſa aut cõiectu radioꝝ extimulata ſunt,qualiter i ſuculis ſentimus accidere,quas græci ob id pluuio noĩe hyadas

hyadas appellãt,Quin ſoa ſpõte quædam ſtatiſq; tẽporibus,ut hædorũ exortus.Arcturi uero ſydus non ferme ſine ꝓcelloſa grandine emergit.

De Canicolæ exortu. Cap.xl.

NAm caniculæ exottu accẽdi ſolis uapores qs ignorat? Cuius ſyderis effectus ampliſſimi in terra ſentiuntur.Feruent maria exorienre eo.Fluctuant in cellis uina.Mouent̃ ſtagna.Origem appellat ægyptus feram,quã in exortu eius contriſtare & cũtueri rradit,ac oelur adorare,cũ ſternuerit.Canes quidem toto eo ſpacio maxime in rabiem agi non,eſt dubium,

Vis temporum anni ſtatuta. Cap.xli.

QVin in ptibus quoq; ſignorũ quorũdã ſua uis in eſt,ut autumnali æquinoctio,Brumaquæ cum tempeſtatibus conf ci ſidus intell gimus.

De incertis tempeſtatibus. Cap.xlii.

NEc imbribus tantũ tẽpeſtatibusq;,ſed multis.& corporũ,& ruris expetimẽtis.Afflant̃ alii ſydete,alii cõmouent̃ ſtatis tempibus,aluo,neruis,capite,mente.Olea & populus alba, & ſalices folia ſolſtitio circũagunt.Horret ipo brumali die ſuſpẽſa i tectis arẽtis herba pulegii.Rũpunt̃ intentæ ſpiritu mẽbtanę.Miret̃ hoc,qui nõ obſetuet quottidião experimento,herbã unam,quæ uocat̃ heliotropiũ abeuntẽ ſolem intueri ſemp,oĩboſq; horis cũ eo uerti, uel nubilo obumbrante.Iam qdem lunari poteſtate oſtreaꝝ,conchiliorumq;,& cõcharũ ommiũ corpa augeri,& rurſus minui.Quin & ſoricũ fibtas rñdete numero lunæ exqſiuere diligenriores. Minimũq; anĩal formicã ſentire uires ſydetis,interlunio ſemp ceſſant.Quo turpior hoi i'ſcita eſt fatenti præcipue iumentorũ,quorũdã in oculis morbos cũ luna increſcere ac minui.Patrociat̃ uaſtiras cœli imẽſa diſcreta altitudinẽ in duo atq; ſeptuagita ſigna.Hæ ſunt terũ aut aĩatiũ effigies,in q digeſſere cœlom periti.In his qdem mille ſexcẽtas annotauere ſtellas,inſignes uidelicet effecto,uiſuue Exẽpli gr̃a,in cauda tauri ſeptem quas appellauere Vergilias.In fronte ſuculas.Bœtem,quę ſeqt̃ ſeptemtriones.

De imbribus. Cap.xliii.

EXtra has cauſás non negauerim exiſtere imbres oentoſq;,quoniam humidã a terra alias uero ꝓpter uapores fumidã exhalare caliginẽ certũ eſt. Nubeſque liquore egteſſo in ſublime, aur ex aere coacto in liquorẽ egteſſo in ſublime,aut ex aere coacto in liquorem gigni.Denſitas earũ corpuſq; haud dubie coniectat̃ argumento cum ſolem obumbret. Petſpicuũ alias etiã urinantibus in quãlibet profundam aquarum altitudinem.

Quare lapides pluant. Cap.xliiii.

IGitur non eam inſicias,poſſe in has & ignes ſupne ſtellarum decidere,q̃les ſereno ſæpe cernim⁹,quorũ ictu cõcuti aera uerũ ẽ,qñ & tæla oibrara ſtridũt.Cũ uero i nubẽ puenerir,uaporẽ diſſonũ gigni,ut cãdente ferro in aquã demerſo.& fumidũ uorticẽ uolui.Hinc naſci ꝓcellas.

De tonitruis & fulguribus. Cap.xlv.

ET ſi in nube loctet̃ flatus aut oapor tonitrua edi,ſi erũpat ardens,fulmina.Si longiore tractu nitat̃ fulgetra.His findi nubem,illis perrũpi.Et eſſe tonitrua impactorum ignium plagas ideoq; protinus coruſcare igneas nubium rimas.poſſe & repulſu ſyderum depreſſum qui a rerta meauerit,ſpiritum nube cohibitum tonare.natura ſtrangulante ſonitum,dum rixet̃. Edito fragore cum erumpat,ut in membrana ſpiritu intenta.Poſſe & attritum dum i præceps feratur illum,quiſquis eſt,ſpititum accendi.Poſſe & afflictu nubium elidi,ot duorum lapidum ſcintillãtibus fulgetris.Sed hæc oĩa eſſe fortuita.Hic bruta fulmĩa & uana,ut quæ nulla ueniãt tõne naturę.Iis percuti mõtes,iis matia:oẽſq; alios itritos iact⁹.Illa uero fatidica ex alto,ſtatiſq; d cauſis,& ex ſois uenire ſyderib⁹.Simili modo uentos,uel potius flatus poſſe ex arido ſiccoq; anhelitu terræ gigni non negauerim.Poſſe & aquis aera expirãribus,q neq; in nebulã denſet̃,nec craſeſcat in nubes.Poſſe & ſolis impulſu agi,quoniã uẽtus nõ aliud intelligat̃,q̃ fluct⁹ aeris plutibuſq; etiã modis,Namq; & fluminibus & niuibus,& e mari uidemus etiã tranquillo,& alios quos uocãt Altanos e terra conſurgere.Qui quidem cum e mari redeunt,Tropei uocant̃,ſi pergunt Apogei.

Qua ratione Echo reddatur.Cap.xlvi.

MOnriũ oero flexus crebriq; uertices & cõflexa Cubito,aut cõfracta in humeros iuga cõcaui uallium ſinus ſcindunr inæqualitet,inde reſulrãtẽ aera,quæ cauſa etiam uoces multis in locis reciprocas facit.

De Venris. Cap.xlvii.

SIne fine uentos generant iam quidem etiam ſpecus,qoalis in Dalmariæ ora oaſto in præceps hiatu,in quem deiecto leui pondere;q̃uis tranqllo die turbini ſimilis emicat ꝓcella, nomen

loco eſt ſentaquin. Et in Cyrenaica prouincia rupes quædam auſtro traditur, ſacra, quam profanum ſit attrectari hoīs manu, confeſtim auſtro inuoluente harenas. In domibus etiam multis manufacta incluſa opacitate cōceptacula auras ſuas habēt, adeo cauſa nō deeſt. Sed plurimūītereſt flatus ſit, an uentus, illos ſtatos atq̧ ꝑſpirantes. quos non tractus aliquis uerū terræ ſentiūt, q̄ non aura, non ꝓcella maris, ſed appellatione quoq̧ ip̄a uēti ſunt. Qui ſiue aſidua mundi in īcitu & contrario ſydeꝝ occurſu naſcunt̄, ſiue hic eſt ille generabilis rerū naturæ ſpiritus, huc illucq̧ tanq̄ in utero aliquo uagus, ſiue diſparili errantiū ſyderum ictu, radiorūq̧ multiformi iactu flagellatus aer, ſiue a ſuis ſideribus exeūt his propriorībꝰ, ſiue ab illis cœlo affixis cadūt, palā ē illos quoq̧ legem habere naturæ non ignotam, etiam ſi nondum percognitam.

Naturæ & obſeruationes uentorum. Cap. xlviii.

Viginti & amplius auctores græci ueteres ꝓdidere de his obſeruatiōes, quo magis miror orbe tam diſcordi, & in regna hoc eſt in mēbra diuiſo, tot uiris curæ fuiſſe, tam ardua inuentu ꝑquirere inter bella p̄ſertim, & īfida hoſpitia. Piratis etiā oīm mortaliū hoſtibus tranſitus fame tenētibus, ut hodie quædā in ſuo quiſq̧ tractu ex eorum cōmētariis qui nunq̄ eo acceſſere uerius noſcant, q̄ indigenarū ſciētia. Nunc uero pace tam feſta, tam gaudente ꝓuentu rerū artiumq̧ pricipe om̄ino nihil addiſci noua inq̄ſitione, imo ne ueterū quidē inuenta perdiſci. Nō erāt maiora p̄mia in multos diſp̄ſa fortunæ magnitudine, & iſta plures ſine præmio alio q̄ poſteros iuuandi eruerūt. Nāq̧ mores hominū ſenuere, non fructus. Et immenſa multitudo apertum quodcūq̧ eſt mare, hoſpitaliq̧ littorū oīm appulſu nauigat, ſed lucri, nō ſcientiæ gratia. Nec reputat cæca mens etiam tantū auaritiæ intenta, idip̄m ſciētia poſſe tutius fieri. Quapropter ſcrupuloſiꝰ q̄ inſtituto fortaſis cōueniat operi, tractabo uentos tot milia nauigantiū cernens.

Ventorum genera. Cap. xlix.

✠Cōciſa.

Veteres q̄ttuor om̄ino ſeruare per totidē mūdi ptes, ideo nec Homerus plures noīat. Hebetius mox iudicatū eſt id, ſecuta ætas octo addidit tōne nimis ſubtili & ✠ cōſciſa. Proximis inter utraq̧ media placuit, ad breue numerū additis q̄ttuor. Sunt ergo bini in q̄ttuor cœli ptibus. Ab oriēte æquinoctiali Subſolanꝰ. Ab oriēte brumali Vulturnꝰ. Illum apeliotē, hūc græci eurū appellant. A meridie auſter, & ab occaſu brumali Africus. Noton & liba noīant. Ab occaſu equinoctiali Fauonius. Ab occaſu ſolſtitiali Corus Zephyron & argeſten uocāt. A ſeptētriōibus. Septentrio. Interq̧ eū & exortū ſolſtitialē Aqlo, Aparctias dicti & Boreas. Numeroſior ratio q̄ttuor his interiecerat Thraciā media regione inter ſeptētrionē & occaſum ſolſtitialē. Itemq̧ cæciam, media inter aquilonē & exortū æquinoctialē. Ab ortu ſolſtitiali Phœnica media regione, inter ortum brumalē & meridiem. Item inter liba & noton compoſitū ex utroq̧ mediū, inter meridiem & hybernū occidētem, libanoton. Nec finis. Alli quippe meſen nomīe etiamnum addidere inter boream & cæciam. Et inter eurū & noton euronoton. Sunt etiā quidā peculiares q̄buſq̧ gētibꝰ uenti nō ultra certū ꝓcedentes tractū, ut Athenienſibus ſcyron, paulo ab argeſte deflexus reliquæ græciæ ignotus. Aliubi elatior idem Olympias uocat̄. Cōſuetudo his omnibꝰ nominibꝰ argeſtem intellgit & cæciā. Aliqui uocant helleſpontiō, & eoſdē alibi aliter. Item in Narbonēſi prouincia clariſſimus uentorū eſt Circius, nec ulli uiolētia īferior. Oſtiā plerūq̧ recto liguſtico mari ꝑferens. Idem nō modo in reliquis ptibus cœli ignotus eſt, ſed ne Viennā quidē eiuſdē ꝓuīciæ urbem attingens, paucis ante limitibus iugi modici occurſu, tantus ille uētorum eſt coercitꝰ. Et auſtros in ægyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit manifeſta lex naturæ uentis etiā & tēpore & fine dicto. Ver ergo aperit nauigātibus maria. Cuius in principio fauonii hybernū molliūt cœlū ſole aquarii. xxv. obtinēte partem. Is dies ſextus eſt ante febrarias Idus. Competit ferme & hoc oībus, quos deinde ponā per ſingulas intercalationes, uno die anticipantibꝰ, rurſumq̧ luſtro ſequēti ordinē ſeruantibꝰ. Fauoniū q̄dā ad. vii. Cal. Martii chelidoniā uocāt, ab hirūdinis uiſu. Nōnulli uero ornithiā uno & ſeptuageſimo die poſt brumā, ab aduētu auiū flātē p dies. ix. Fauonio cōtrariꝰ ē, quē Subſolanū appellauimꝰ. Datus ē aūt huic exortus uergiliaꝝ in totidem partibus tauri, ſex diebus añ Maias Idus, quod tēpus auſtrinū eſt, huic uento ſeptētrione cōtrario. Ardentiſſimo aūt æſtatis tēpore exorit̄ caniculæ ſydus, ſole primam partē leonis ingrediente. Qui dies. xv. añ Auguſti Calē. eſt. Huius exortū diebus. viii. ferme aquilones antecedūt, quos ꝓdromos appellant Poſt biduum autem exortus iidem aquilones conſtantius perflant diebus. xl. quos Et ſias uocant. Mollire eos creditur ſolis uapor geminatus ardore ſyderis. Nec ulli uentorū magis ſtati ſunt. Poſt

eos rurſus

eos rurſus auſtri frequentes uſq; ad ſydus arcturi,qđ exoriť xi.diebus ante æquinoctium autũni. Cum hoc eorus incipit.Corus autumnat,hic eſt contrarius Vlturnus.Poſt id ęquinoctium diebꝰ fere quattuor &.xl.uergiliarũ occaſum hyemem ĩchoat.Quod tempus in tertio Idus Nouembris incidere cõſueuit,hoc eſt aqlonis hyberni,multumq; æſtiuo illi diſſimilis,cuiꝰ ex a duerſo ẽ africꝰ Ante brumam autem vii.diebus totidemq; poſtea ſterniť mare alcyonum fœturæ,& inde nomen iis dies traxere.Reliquum tempus hyemat.Nec tñ ſæuitia tempeſtatũ cõcludit mare. Piratæ primum coegeť mortis periculo in mortem ruere,& hyberna experiri maria.Nũc idem auaritia cogit Ventorũ etiam frigidiſſimi ſunt quos a ſeptẽtriõe diximꝰ ſpirare. Vicinus his corus.li & reliquos compeſcunt,& nubes abigunt,Humidi auſter africus & p̃cipuẽ auſter Italiæ . Narrant & ĩ Ponto. cæcian in ſe trahere nubes.Sicci corus & uulturnus p̃terq̃ deſinentes.Niuales aquilo & ſeptẽtrio Grandines ſeptentrio importat & corus.Aeſtuoſus auſter.Tepidi uulturnus & fauonius . Idẽ ſubſolano ſicciores,& in totum oẽs a ſeptentrione & occidente ſicciores q̃ meridie & oriẽte. Saluberrimus aũt omnium aquilo.Noxius auſter & magis ſiccus fortaſſis quia humidus frigidior eſt Minus eſurire eo ſpirante credunť animãtes.Eteſiæ noctu deſinũt flare,& a tertia diei hora oriunť. In Hiſpania & Aſia ab oriente flatus eſt eorũ.In Põto ab aquilone. Reliquis ĩ partibus a meridie. Spirant aũt & a bruma qui uocanť ornithiæ,ſed leniores & paucis diebus.Permutãt & duo naturam cum ſitu.Auſter Africæ ſerenus.Aqlo nubilus.Omnes uenti uicibus ſuis expirant maiore ex parte.Aut ut cõtrarius deſinenti incipiat,cũ ꝓxime cadentibus ſurgunt . A læuo latere in dextrũ ut ſol ambiunt,De ratione eorum menſtrua quarta maxime luna decernit,Iſdem autem uentis contrarium nauigať,prolitas pedibus,ut noctu plærunq; aduerſa uela cõcurrãt. Auſtro maiores fluctus eduní q̃ aquilone,qm̃ ille infernus ex imo maris ſpirat,hic ſummo.Ideoq; poſt auſtros noxii.præcipue terræ motus.Noctu auſter,interdiu aquilo uehemẽtior Et ab ortu flãtes diuturniores ſunt,ab occaſu flantibus,Septentriones in pari fere deſinunt numero.Quæ obſeruatio etiá in aliis multis rerum naturæ partibꝰ ualet,Mares itaq; exiſtimanť ĩpares numeri.Sol & auget & comprimit flatus.Auget exoriens occidenſq;.Comprimit meridianus æſtiuis tẽporibus. Itaq; medio diei aut noctis plærunq; ſopiuntur,q͂a aut nimio frigore aut æſtu ſoluunť.Et ĩbribus uẽti ſopiũť Expectãtur aũt maxime,unde nubes diſcuſſæ adaperuere cœlum.Oĩm quidem ſi libeat obſeruať minimos ambitus redire eaſdem uices quadriẽnio exacto Eudoxus putat non uẽtorum modo,uerum & reliquarum tempeſtatum magna ex parte.Et eſt principium luſtri eius ſemper intercalari anno caniculæ ortu.De generalibus uentis hæc.

De repentinis flatibus.Cap.l.

NVnc de repẽtinis flatibꝰ q exhalante ✝ terra,ut dictũ eſt,coorti rurſuſq; deiecti,interĩ obducta nubium cute multiformes exiſtũt. Vagi q͂ppe & ruentes torrentiũ modo,ut aliq͂bꝰ placere oſtendimus,tonitrua & fulgura edunt.Maiore uero illati põdere incurſuſq; ſi late ſiccam rupit nubem,ꝓcellã gignũt q̃ uocať a græcis ecnephias,Sin uero dep̃ſſo ſinu arctius rotati effregerint ſine igne hoc eſt ſine fulmĩe uorticẽ faciũt,q typhon uocať ideſt uibratus. Ecnephias defert.Hic ſecum aliquid abreptum e nube gelida conuoluens uerſanſq;,& ruinam ſuam illo pondere aggrauans,& locum ex loco mutans rapida uertigine,p̃cipua nauigãtiũ peſtis,nõ antẽnas modo,uerũ ipſa nauigia cõtorta frangens,tenui remedio aceti in aduenientẽ effuſi , cui frigidiſſima ẽ natura.Idẽ illiſu ipſo rep̃cuſſus correpta ſecum in cœlũ refert,ſorbetq; ĩ excelſum.Quod ſi maior dep̃ſſę nubis erupit ſpecu,ſed minꝰ alto q̃ ꝓcella,nec ſine fragore turbinẽ uocãt,ꝓxĩa q̃q; proſternentẽ,Idem ardentior accẽſuſq; dũ fuerit. præſter uocatur amburens contacta pariter & ꝓterẽs. ✝In terram.

Alia prodigioſa genera tempeſtatum. Cap.li.

NOn ſit aũt aq̃lonibꝰ typhon nec niualis,aut niue iacente ecnephias.Quod ſi ſimul rupit nubem,exarſitq;,& ignẽ habuit,aut poſtea cõcepit,fulmẽ eſt,Diſtat a p̃ſteř quo flãma ab igne Hic late fundiť flatu.Illud conglobať impetu. Vortex aũt hic meando diſtat a turbine, quo ſtridor a fragore.Procella latitudine ab utroq; diſiecta nube,uerius q̃ rupta.Fit & caligo belluę ſimilis nube dira nauigantibus. Vocať & columna cũ ſpiſſatꝰ humor rigẽſq; ipſe ſe ſuſtinet.Ex eodẽ genere,& in longam ueluti fiſtulam nubes aquam trahit.

Quibus in terris fulmina non cadant, Ca.lii.

HYeme & æſtate rara fulmina contrariis de cauſis,qm̃ hyeme denſatus aer nubium craſſiore corio ſpiſſať,omniſq; terrarum exhalatio rigens ac gelida quicq͂d accepit ignei uaporis

extinguit.Quæ ratio immunem Scythiam & circa rigétia a fulminũ caſu præſtat,& e diuerſo,nimius ardor ægyptũ.Si qdem calidi ſicciq; halitus terræ raras admodũ tenueſq; & ĩfirmas dẽſant in nubes. Vere aũt & autũo crebriora fulmina corruptis in utroq; tẽpore æſtatis hyemiſq; cauſis. Qua rõne crebra in Italia fulmina,qa mobilior aer mitiore hyeme & æſtate nimboſa,ſp quodam mõ uernat uel autũat,Italiæ quoq; ptibus iis q̃ a ſeptẽtriõe deſcẽdũt ad teporẽ,q̃lis ẽ urbis Cãpaniæ tract⁹ iuxta hyeme & æſtate fulgurat,qđ nõ ĩ alio ſitu.

Fulgurũ genera & miracula. Ca.liii

FVlminum ipſorum plura genera tradũt.Quę ſicca ueniunt non adurunt,ſed diſſipant. Quæ humida nõ urunt,ſed infuſcãt. Tertiũ eſt quod clarum uocant mirificæ maxime naturæ,quo dolia exhauriuntur intactis operimentis,nulloq; alio ueſtigio relicto.Aurum & æs & argẽtũ liquatur intus,ſacculis ipſis nullo mõ ambuſtis,ac ne confuſo qdem ſigno ceræ. Martia princeps Romanorum icta grauida,partu exanimato,ipſa citra ullum aliud ĩcõmodum uixit.In Catilianis pdigiis Põpeião ex mũicipio.M.Herennius decurio ſerẽo die fulmĩe ictus eſt.

De obſeruationibus Ca.liiii.

THuſcorũ literæ nouẽ deos emittere fulmĩna exiſtimant,eaq; eſſe undecim generum. Iouem .n.trina iaculari.Romani duo tamẽ ex iis ſeruauere,diurna attribuẽtes Ioui nocturna Sũmano:Rariora ſane eadẽ de cauſa frigidioris cœli.Hetruria rumpe a terra quoq; arbitraẽ q̃ ĩfera appellat,brumali tpe facta ſæua maxime & execrabilia,cum ſint oĩa quæ terrẽa exiſtimãt, nõ illo generalia,nec a ſyderibus uenientia,ſed ex pxima atq; turbidiore natura. Argumentũ euidens eſt:q̃ oĩa a ſupiore cœlo decidentia obliquos habeãt ictus,hæc autem q̃ uocantur terrẽa recto.Sed quia ex ppriore materia cadunt,ideo creduntẽ e terra exire,quoniam ex repulſu nulla ueſtigia edant:cum ſit illa ratio nõ ĩferni ictus ſed aduerſi.Saturni ea a ſydere pficiſci ſubtiliter iſta cõſectati putant,ſicut cremãtia a Martis.Qualiter cum Vulſinii oppidũ Thuſcorum opulẽtiſſimum totum cõcrematum eſt fulmine. Vocant & familiaria in totam uitam fatidica, q̃ pria ſiunt familiã ſuã cuiq; ĩdepto.Cæteꝝ exiſtimãt nõ ultra decẽ ãnos portẽdere priuata,p̃terq̃ hæc q̃ matrimõio primo facta aut natali die.Publica nõ ultra triceſimum annum, præter q̃ in deductione oppidorum.

De fulminibus euocandis. Ca.lv.

EXtat annaliũ memoria ſacris qbuſdã & pcationibus uel cogi fulmina uel impetrari. Vetus fama eſt Hetruriæ impetratũ Vulſinis & urbe & agris depopulatis,ſubeunte monſtro quod uocauere Oltam,euocatũ & a Porſena ſuo rege,& ante eum a Numa ſæpius hoc factitatum in prio annalium ſuorum tradit.L.Piſo grauis auctor.Quod imitatũ parũ rite Tullum Hoſtiliũ ictum fulmine.Lucoſq; & aras & ſacra habemus,inter quæſtatores & Tonantes & Feretrios , Elicium quoq; accepimus Iouẽ. Varia in hoc uitę ſentẽtia & p cuius libet animo.Impari naturę audacis eſt credere,nec minus hebetis beneficiis abrogare uires;qñ in fulgurũ quoq; interpretatiõe eo pfecit ſciẽtia,ut uẽtura alia finito die pcinat,& an pemptura ſint fatum,aut aptura poti⁹ alia fata q̃ lateant,innumerabilius in utroq; publicis priuatiſq; experimentis.Quamobrem ſin iſta(ut rerum naturæ libuit)aliis certa,aliis dubia,aliis probata aliis damnanda. Nos cętera q̃ ſunt ĩ his memorabilia non ommittemus.

Catholica fulgurum. Ca.lvi.

FVlgetrum prius cerni q̃ tonitrum audiri(cũ ſimul ſiant)certum eſt.Nec mirum qm̃ lux ſonitu uelocior.Ictũ aũt & ſonitũ cõgruere ita modulante natura.Sed ſonitum profecti eſſe fulminis,nõ illati,etiãnum ſpiritũ ociorem fulmine ideo quati prius omne & afflari q̃ percuti, nec quẽq; tãgi q prior uiderit fulmẽ,aut tõitrua audierit.Leua pſpera exiſtimãẽ,qm̃ leua pte mũdi ortus ẽ.Nec tã aduẽt⁹ ſpectaẽ q̃ redit⁹,ſiue ab ictu reſiliat ignis,ſiue ope cõfecto aut igne conſumpto ſpirit⁹ remeet.In.xvi.partes cœlum in eo reſpectu diuiſere Tuſci.Prima eſt e ſeptẽtriõib⁹ ad æquoctialem exortum.Secunda ad meridiẽ.Tertia ad æquinoctialem occaſum .Quarta obtinet quod reliquum eſt,ab occaſu ad ſeptentriones.Has in quaternas iterum , diuiſere partes,ex qbus octo ab exortu ſiniſtras,totidem econtrario appellauere dextras Ex his maxime dira q̃ per ſeptentriones occaſum attingunt.Itaq; perplurimũ refert unde uenerint fulmina,& quo conceſſerint,Optimum eſt in exortiuas redire partes.Ideo cum a prima cœli parte uenerint , & in ean-

dem cõceſſerint ſũma fœlicitas portendiẽ. Quale Syllæ dictatori oſtentũ datũ accipimus. Cætera ipſius mũdi portione minus pſpera aut dira. Quædã fulgura enũciare nõ putãt fas nec audire præterq̃ ſi hoſpiti indicenẽ aut paréti. Magna obſeruatiunis huius uanitas tacta iunonis æde, romæ dephenſa eſt, Scauro cõſule qui mox princeps, noctu magis q̃ interdiu ſine tonitribus fulgurat. Vnũ animal hoiem non ſemp extinguit, cætera illico, hũc uidelicet natura tribuéte honoré, cum tot beluæ uiribus præſteut. Oĩa contrarias incubãt partes. hõ niſi cõuertaẽ ui percuſſus nõ expirat. Supetne icti concidunt. Vigilans ictus conniuentibus oculis dormiens patentibus reperitur. Hominé ita exanimatum cremari fas non eſt, condi terra religio tradidit. Nullum animal niſi exanimatũ fulmine accenditur. Vulnera fulminatoꝝ frigidiora reliquo corpore ſunt.

Quæ non feriantur fulmine. Cap. lvii.

EX iis q̃ terra gignunẽ lauri fruticé nõ icit. Nõ unq̃ altius qnq; pedibus deſcendit in terrã. Idõ pauidi altiores ſpecus tutiſſimos putant, aut tabernacula pellibus belluarum quas uitulos marinos appellant, quoniam hoc ſolum animal ex marinis nõn percutiat, ſicut nec uolucribus aquilam, quæ ob hoc armiger huius tæli fingiẽ in italia, iter terracinã & ædem feroniæ, turres bellicis tẽpotibus deſiere fieri, quia nõnullæ earum ſunt fulmine dirutæ.

De prodigioſis pluuiis lacte & ſanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis. Cap. lviii.

PRæter hæc inferiori cœlo relatũ in monuméta eſt lacte & ſanguine pluuiſſe. M. Atilio. C. Portio coſſ. Et ſæpe alias carne, ſicut. L. Volũnio Seruio Sulpitio coſſ. Exq; ea nõ perputruiſſe quod nõ diripuiſſent aues. Ité ferro in lucanis anno añq̃. M. Craſſus a parthis interemptus ẽt omneſq; cũ eo Lucani milites, quoꝝ magnus nũerus in exercitu erat. Effigies quæ pluerat, ſpongiaꝝ fere ſimilis fuit. Haruſpices cauenda præmonuerũt. ſupna uulnera. L. aũt. Paulo. C. Marcello coſſ. lana pluuit circa caſtellũ cariſſanũ, iuxta quod poſt annũ. T. Annius Milo occiſus eſt. Eodem cauſſam dicente lateribus coctis pluuiſſe, in eius anni acta relatũ eſt.

De crepitu armorum & tubarum de cœlo audito. Cap. lix.

ARmorũ crepitus & tubæ ſonitus auditus e cœlo cymbricis bellis accepim⁹, crebroq; & prius & poſtea. Tertio uero conſulatu Marii ab Amerinis & tudertibus ſpectata arma cœleſtia ab ortu occaſuq; inter ſe cõcurentia, pulſis quæ ab occaſu erãt. Ipſum ardere cœlũ minime mirum eſt. Et ſæpius uiſum maiore ui ignis nubibus correptis.

De lapidibus e cœlo cadentibus. Cap. lx.

CElebrãt græci Anaxagorã Clazomeniũ olympiadis ſeptuageſimæ octauæ ſecũdo anno pdixiſſe cœleſtiũ litteraꝝ ſcientia, quibus diebus ſaxũ caſuꝝ eſſet e ſole. Idq; factũ interdiu in Thraciæ parte ad Aegos flumen. Qui etiam lapis nũc oſtendiẽ magnitudine uehiculi colore aduſto, cometæ quoq; illis noctibus flagrãre. Quod ſi qs pdictũ credat, ſimul fateaẽ neceſſe eſt maioris miraculi diuinitaté fuiſſe Anaxagoræ ſoluiq; rerũ naturæ itellectũ, & confundi oĩa. Si aũt ipſe ſol lapis eſſe, aut unq̃ lapidé in eo fuiſſe credatur, decidere tamen crebro nõ erit dubium. In apidi gymnaſio ex ea cauſſa colitur hodieq; modicus quidã, ſed quem in medio terrarum caſurum idem Anaxagoras prædixiſſe narraẽ. Colitur & Caſandriæ quæ potidea uocitata eſt ob id deducta. Egoipſe uidi in Vocontiorum agro pauloante delatum.

De arcu cœleſti. Cap. lxi.

ARcus uocamus extra miraculũ frequétes, & extra oſtentũ. Nam nec pluuios quidé aut ſerenos dies cum fide portendũt. Manifeſtũ eſt radium ſolis imiſſum cauæ nubi repulſa acie in ſolem refringi, coloꝝ uarietaté mixtura nubiũ aeris igniũq; fieri. Certe niſi ſole aduerſo nõ fiũt, nec unq̃ niſi dimidia circuli forma, nec noctu. Quanuis Ariſtoteles prodat aliquando uiſum, qđ tñ fatetur idé non niſi triceſima luna poſſe. Fiũt aũt hyeme maxime ab æquinoctio autumnali die decreſcéte. Quo rurſus creſcéte ab æqnoctio uerno nõ exiſtũt, nec circa ſolſtitiũ longiſſimis diebus, bruma uero hoc eſt breuiſſimis diebus frequéter. Idem ſublimis humili ſole humileſq; ſublimi, & minores occidéte uel oriente, ſed in latitudiné diffuſi. Meridie exiles, uerũ ambitus maioris. Aeſtate uero per meridié nõ cernunẽ. Poſt autũni æquinoctiũ quacũq; hora. Nec unq̃ plures ſimul q̃ duo. Cætera eiuſdem naturæ non multis dubia eſſe uideo.

De grandine, niue, pruina, nebula, rore. Cap. lxii.

GRandiné cõglaciato hymbre gigni, & niuem eodé humore mollius coacto. Pruinã autem ex rore gelido. Per hyemem niues cadere nõ grandines, ipſaſq; grandines interdiu ſæpius

q̃ noctu,& multo celerius reſolui q̃ niues.Nebulam nec æſtate nec maximo frigore exiſtere Rores neq̧ gelu,neq̧ ardoribus,neq̧ uentis,nec niſi ſerena nocte.Gelando liquorem minui,ſolutaq̧ glacie non eundem inueniri modum.

De nubium imaginibus.Cap.lxiii.

VArietas colorũ figurarũq̧ in nubibus cerni prout admixtus ignis ſuperet aut uincatur.

De proprietatibus cœli in locis. Cap.lxiiii.

PRæterea quaſdã proprietates cœli quibuſdam locis eſſe.Roſcidas æſtate Africæ noctes, In Italia locris & lacu uelino nullo non die apparere arquus.Rhodi & Syracuſis nunquam tãta nubila obduci,ut non aliqua hora ſol cernatur,qualia aptius ſuis referẽtur in locis.Hæc ſint dicta de aere.

De natura terræ.Cap.lxv.

SEquitur terra cui uni rerum naturæ partiũ.eximia pp merita cognomen ĩdidimus maternę uenerationis.Sic hoĩum illa,ut cœlum dei quæ nos naſcentes excipit,natos,alit, ſemelq̧ editos ſuſtinet ſemper,nouiſſime cõplexa gremio iam a reliqua natura abdicatos,tum maxime ut mater operiens,nullo magis ſacramẽto q̃ quo nos quoq̧ ſacros facit,etiam monumenta ac titulos gerens,nomẽq̧ ꝓrogans noſtrũ,& memoriam extendens contra breuitatem æui.Cuius numen ultimũ iam nullis imp̃eamur,rati graue,tanq̃ neſciamus hanc eſſe ſolam,quæ nunq̃ iraſcat̃ homini. Aquæ ſubeunt in hymbres,rigeſcũt in grãdines,tumeſcũt in fluctus,p̃cipitant̃ in torrẽtes.Aer denſat̃ nubibus,furit procellis.At hæc benigna,mitis,indulgenſq̧,uſuſq̧ mortaliũ ſemꝑ ãcilla q̃ coacta generat,q̃ ſpõte fũdit,quos odores ſaporeſq̧?quos ſuccos?quos tactus?quos colores?bõa fide creditum reddit fœnus, quæ noſtri cauſa alit?Peſtifera enim aſantia uitali ſpiritu habente culpã neceſſe eſt illi ſeminata excipere & genita ſuſtinere.Sed in malis generantiũ noxa eſt.Illa ſerpentẽ hoĩe perempto non recipit amplius,pœnaſq̧ etiã inertiũ nomine exigit,Illa medicas fundit herbas,& ſemp hoĩ parturit.Quin & uenena noſtri miſerta inſtituiſſe credi poteſt, ne in tedio uitę diræ famis mors,terrę meritis alieniſſima lenta nos cõſumeret tabe,ne lacerũ corpꝰ abrupta diſpgerent,ne laquei torqueret pœna ꝓpoſtera,incluſo ſpiritu cui q̃reretur exitus,ne in ꝓfundo q̃ſita morte ſepultura pabulo fieret,ne ferri cruciatꝰ ſcinderet corpꝰ.Ita eſt miſerta,genuit id,cuius facillimo hauſtu illibato corpe & cũ toto ſanguie extigueremur,nullo labore ſitiẽtibus ſimiles.Quo taliter defunctos nõ uolucres,nõ feræ attingerẽt terręq̧ ſeruaret̃ q̃ ſibiipſi periſſet. Et ut uerũ fateamur terra nobis maloꝝ remediũ genuit,nos illud uitæ fecimus uenenũ. Nos.n. & ferro quo carere nõ poſſumꝰ ſimili modo utimur.Nec tamẽ q̃reremur merito, etiam ſi maleficii cauſſa attuliſſet. Aduerſus unam qppe naturæ partẽ ingrati ſumus,q̃ſi q̃ non ad delitias quaſq̧ nõ ad cõtumelias ſeruiat hoi.In materia iacit̃,ut freta admittamus ✝eluit aquis,ferro, ligno, igne,lapide,fruge,oĩbus cruciat̃ horis,multoq̧ plus ut delitias q̃ ut alimẽtis nr̃is famulet̃.Illa tamen q̃ ſũma patiat̃,atq̧ extrema cute tolerabilia uideant̃.Penetramus in uiſcera.auri argentiq̧ uenas,& æris ac plũbi metalla fodiẽtes.Gẽmas etiam & quoſdã paruulos q̃rimus lapides ſcrobibus in profundũ actis.Viſcera eius extrahimus,ut digito geſtet̃ gemma quã petimus. Quot manus atterunt̃,ut unus niteat articulus.Si ulli eſſent inferi,iam ꝑfecto illos auaritiæ atq̧ luxuriæ cuniculi refodiſſent.Et miramur ſi eadẽ ad noxã genuit aliqua.Feræ.n.credo cuſtodiũt illam,arcentq̧ ſacrilegas manus.Nõne inter ſerpẽtes fodimus,& uenas auri tractamus cũ ueneni tradicibus?Placatiore tñ deã utimur ob hoc,q̧ oẽs hi opulẽtiæ exitus ad ſcelera cędeſq̧ & bella tendũt, queq̧ ſanguine noſtro irrigamus,in ſepultis oſſibus tegimus.Quibus tamẽ uelut exprobrato furore tandem ipſa ſe obducit,& ſcelera quoq̧ mortalium occultat,inter crimina ingrati animi,& hoc dixerim q̧ naturam eius ignoramus.

✝ Eruitur

De forma terræ.Cap.lxvi.

ESt autem figura prima de qua cõſenſus iudicat. Orbem certe dicimus terræ globum,quem uerticibus includi fatemur.Neq̧ enim abſoluti orbis eſt forma in tanta montium excelſitate,tanta camporũ planicie,ſed cuius amplexus ſi cuncta linearũ comprahẽdantur ambitu, figurã abſoluti orbis efficiat,id quod ipſa rerũ naturæ cogit ratio,nõ eiſdem cauſſis quas attulimus in cœlo.Nãq̧ in illo caua in ſe cõuexitas uergit,& cardini ſuo,hoc eſt,terrę undiq̧ incũbit. Hæc ut ſolida atq̧ cõferta aſſurgit intumeſcenti ſimilis extraq̧ protendit̃.Mundus in centrũ uergit.At terra exit a centro,immenſum eius globum in formam orbis aſſidua circa eam mundi uolubilitate cogente

De antipodibus an ſint.Cap.lxvii.

INgens hic pugna litterarum cōtraq; uulgi opinionē circūfundit terræ hoīes undiq; cōuerſiſq; inter ſe pedibus ſtare, & cūctis ſimilē eſſe cœli uerticem, ac ſimili modo ex quacūq; parte mediam calcari. Illo quærente cur non decidant contra ſiti, tanquam non & ratio præſto ſit, ut nos non decidere mirentur illi. Interuenit ſententia quanuis indocili probabilis turbæ inæquali globo, & ſi ſit figura pineæ lucis nihilominus terrā undiq; īcoli. Sed quid hoc refert alio miraculo exoriente? pēdere ipſam ac non cadere nobiſcū ceu ſpiritus uis mundo ꝑſertim īcluſi dubium ſit, an poſſit cadere natura repugnāte, & quo cadat negante. Nā ſicut ignium ſedes non eſt niſi in ignibus, aquarum niſi in aquis, ſpūs niſi in ſpiritu, ita terræ arcentibus cūctis niſi in ſe locus nō eſt. Globū tn̄ effici mirum eſt in tanta planicie maris cāporūq;. Cui ſentētiæ adeſt Dicæarchus uir in ꝑmis eruditus, regum cura ꝑmenſus montes, ex quibus altiſſimū prodidit Pelion. M.ccl.p. rōne ꝑpendiculi nullā eſſe eā portionē uniuerſæ rotūditatis colligēs. Mihi incerta hæc cōiectatio ur̃. Haud ignoro quoſdā alpiū uertices, longo tractu, nec breuiore quinq̄ginta milibus paſſuū aſſurgere. Sed uulgo maxīa hæc pugna eſt, ſi coactā in uerticē aquarum quoq; figurā credere cogat̃. Atqui nō aliud in rerum natura aſpectu manifeſtius. Nāq; dependentes ubiq; guttæ puis globant̃ orbib⁹. Et pulueri illatæ frondiūq; lanugini impoſitæ abſoluta rotūditate cernunt̃. Et in poculis repletis media maxīe tumēt. Quapp ſubtilitate humoris mollitiaq; ī ſe reſidēte, rōne facilius q̄ uiſu deꝑhendūt. Idq; etiā magis mirū in poculis repletis addito humore minimo circūfluere, qd̃ ſuperſit. Cōtra euenire ponderibus additis ad uicenos ſæpe denarios. Scilicet quia intus recepta liquorē in uerticem attollant, ut cumulo eminēte infuſa dilabant̃. Eadem eſt cauſa propter quā e nauibus terra non cernat̃, e nauiū malis cōſpicua. At procul recedente nauigio, ſi quid qd̃ fulgeat religet̃ in mali cacumine paulatim deſcēdere uideat̃, & poſtremo occultet̃. Deniq; oceanus quē fatemur ultimū, qua nō alia figura cohæreret atq; nō decideret, nullo ultra margine īcludente, ipſum id ad miraculū redit, quo nā modo? etiā ſi globet̃ extremū nō decidat mare. Contra quod ut ſint plana maria, & qua uident̃ figura non poſſe id accidere magno ſui gaudio magnaq; gloria inuētores græci docēt ſubtilitate geometrica. Nāq; cū e ſublimi in īferiora aquæ ferantur, & ſit hæc natura earum cōceſſa, nec quiſq̄ dubitet in littore ullo acceſſiſſe eas q̄ lōgiſſime deuexitas paſſa ſit, ꝓculdubio apparere quo qd̃ humilius ſit propius centro eſſe terræ, oēſq; lineas quæ emittātur ex eo ad primas aquas breuiores fieri q̄ q̄ ad extremū mare a primis aquis. Ergo totas omniq; ex parte aquas uergere in centrū, ideoq; nō decidere, quoniā in īteriora nitant̃. Quod quidem & ita formaſſe artifex natura credi debet, ut cū terra arida & ſicca cōſtare ꝑ ſe ac ſine humore nō poſſet, nec rurſus ſtare aqua niſi ſuſtinēte terra mutuo amplexu iungerent̃, hac ſinus pandente illa uero ꝑmanente totā, intra, extra, ſupra, uenis ut uinculis diſcurrētibus, atq; etiā in ſūmis iugis erūpente. Quo ſpū acta & terræ pōdere expreſſa ſiphonū modo emicat, tantūq; a periculo decidēdi abeſt, ut in ſumma queq; & altiſſima exiliat. Qua ratione manifeſtum eſt quare tot fluminum quotidiano acceſſu maria non creſcant.

Quomodo aqua ſit terræ innexa. Cap. lxviii.

EST igitur in toto ſuo globo tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari, nec argumentis hoc inueſtigandum, ſed iam experimentis cognitum.

De nauigatione maris & fluminum. Cap. lxix.

A Gadibus colūniſq; Herculis Hiſpaniæ & Galliarum circuitu totus hodie nauigat̃ occidens. Septētrionalis uero oceanus maiore ex parte nauigatus eſt auſpiciis diui Auguſti Germaniā claſſe circūuecta ad cymbrorū promontoriū, & inde imēſo mari proſpecto, aut fama cognito, ad Scythicam plagam & humore nimio rigentia. Propter quod minime ueriſimile eſt illic maria deficere, ubi uis humoris ſuperet. Iuxta uero ab ortu ex indico mari, ſub eodē ſydere pars tota uergēs ī Caſpiū mare ꝑnauigata eſt Macedonū armis. Seleucho atq; Antiocho regnātibus, q̄ ſeleuchida atq; antiochida ab ipſis appellari uoluere. Circa Caſpiū quoq; multa oceani littora explorata, ꝑuoq; breuius q̄ totus hinc aut hinc ſeptētrio eremigatus. Ut tamē cōiecturæ locum ſit quoq; non relinquā ingens argumentū paludis mæoticæ, ſiue ea illius oceani ſinus eſt, ut multos aduerto crediddiſſe, ſiue anguſto ſinu diſcreti reſtagnatio. Alio latere Gadiū ab eodē occidēte magna ꝑs meridiani ſinus ambitu Mauritāiæ nauigat̃ hodie. Maiorē quidē eius partē & oriētis uictoriæ magni Alexādri luſtrauere uſq; in Arabicū ſinū. In quo res gerente. C. Cæſare Auguſti filio, ſigna nauiū ex hiſpanienſib⁹ naufragiis ferūt̃ agnita. Et Hāno Carthagīs potētia florēte circū

uectus a gadibus ad finē Arabiæ nauigationē eā ꝓdidit ſcripto. Sicut ad extera europæ noſcēda miſſus eodē tpe Himilco. Præterea Nepos Cornelius auctor eſt, Eudoxū quēdam ſua ætate cum Lathvrū regē fugeret Arabico ſinu egreſſum gades uſq; peruectū. Multoq; ante eum Cælius Antipater uidiſſe ſe qui nauigaſſet ex Hiſpania in æthiopiā cōmercii gratia. Idem Nepos de ſeptemtrionali circuitu tradit. Qu. Metello Celeri. C. Africani in conſulatu collegæ, ſed tū galliæ ꝓconſuli Indos a rege ſueuoꝝ dono datos, qui ex india cōmercii cauſſa nauigātes tēpeſtatibꝰ eſſent in Germaniā abrepti. Sic maria circūfuſa undiq; diuiduo globo ptem orbis auferūt nobis, nec inde huc, nec hinc illo ꝑuo tractu. Quæ contēplatio apta detegēdæ mortaliū uanitati poſcere uideꝛ ut totū hoc quicqd eſt in quo ſingulis nihil ſatis eſt ceu ſubiectū oculis quantum ſit oſtendam.

Quæ portio terræ habitetur. Cap. lxx.

Iam primū in dimidio cōputari mihi uidetur, tanquā nulla portio ipſi decedat oceano, qui toto circundatus medio, & oēs cæteras fundens recipienſq; aquas, & quicquid exit in nubes ac ſydera ipſa tot & tantæ magnitudinis paſcēs, Quo tandē amplitudinis ſpacio terra creditur habitari. Improba & infinita debet eſſe tā uaſtæ molis poſſeſſio. Adde ꝙ ex relicto ſpacio plus abſtulit cœlū. Naꝫ cum ſint eius quinq; ptes quas uocant zonas, infeſto rigore & æterno premitur gelu oē, quicqd eſt ſubiectū duabus extremis. Vtrinq; circa uertices hūc qui ſeptētrion uocaꝛ eū, q; qui aduerſus illi auſtrinus appellaꝛ. Perpetua caligo utrobiq;, & alliena molliorū ſyderum aſpectu maligna ac pruina tm̄ albicās. Lux uero media terrarū qua ſolis orbita eſt exuſta flammis & cremata, quo minus uapore torretur. Circa quā duæ tantū inter ſe exuſtā & rigentes temperantur. Hæq; ipſe inter ſe non peruiæ propter incendiū ſyderis. Ita terræ tres partes abſtulit cœlum Oceani rapina in īcerto eſt. Sed & relicta nobis una portio haud ſcio an etiā in maiore damno ſit. Idem ſiquidē oceanus infuſus in multos (ut dicemus) ſinus, adeo uicino acceſſu īterna maria allatrat, ut centū qndecī milibꝰ paſſuū Arabicus ſinus diſter ab ægvpto mari. Caſpius uero. ccclxxy. milibus a pontico. Idē īterfuſus intrat ꝑ tot maria, qbus Africā, Europā, Aſiāq; diſpertit. Quantū terraꝝ occupet cōputeꝛ etiam nunc mēſura tot fluminum tantarum paludiū. Addantur & lacus & ſtagna. Iam elata in cœlum, & ardua aſpectu quoq; iuga. Iam ſiluæ uallesq; ꝑruptæ & ſolitudines & mille cauſſis deſerta detrahanꝛ. Hæ tot portiones terræ, imo uero (ut plures tradidere (mūdi pūctus, neq; enim eſt aliud terra uniuerſa, hæc eſt materia gloriæ nr̄æ, hæc ſedes, hic honores gerimus, hic exercemus impia, hic opes cupimus, hic tumultuaꝛ hūanū genus, hic īſtauramꝰ bella ēt ciuilia, mutuis cædibꝰ laxiorē facimꝰ terrā. Et ut publicos gentiū furores trāſeā, hæc in q̄ cō terminos pellimus, furtoq; uicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus, ut qui latiſſime rura metatus fuerit, ultraq; fines exegerit accolas quota terrarum parte gaudeat, uel cum ad menſuram auaritiæ ſuæ propagauerit, quam tandem portionem defunctus eius obtineat.

Mediam eſſe mundi terram. Cap. lxxi.

MEdiam eſſe mūdi totius terrā haud dubiis cōſtat argumētis, ſed clariſſime æquinoctii paribus horis. Nā ſi in medio nō eſſet, æquales dies noctesq; habere nō poſſe dep̄henderunt. Et Dioptræ, quæ uel maxime id cōfirmant, cū æquinoctiali tempore ex eadem linea ortꝰ occaſuſq; cernatur, & ſolſtitialis exortus per ſuam lineam brumaliſq; occaſus. Quæ accidere nullo modo poſſent, niſi in centro ſita eſſet.

De ſyderū inęqualitate & de Eclipſi, & ubi & quare. Cap. lxxii.

TRes aūt circuli ſupradictis zonis īplexi inęqualitates tempoꝝ diſtinguūt. Solſtitialis a pte ſigniferi excelſiſſima nobis ad ſeptētrionalē plagam uerſus. Cōtraq; ad a'ium polum brumalis. Item medio ambitu ſigniferi orbis incedēs ęqnoctialis. Reliquoꝝ q̄ miramur cauſſa in ipſius terrę figura eſt, quā globo ſimilē, & cum ea aquas iiſdem intelligiꝛ argumentis. Sic enim ſit haud dubie, ut nobis ſeptētrionalis plagę ſydera nunq̄ occidāt, cōtra meridianæ nunq̄ orīantur. Rurſuſq; hęc ab illis nō cernanꝛ attollēte ſe cōtra medios uiſus terraꝝ globo. Septentriones nō cernit troglodytice & confinis ægyptus. Nec Canopū italia, & quā uocāt Berenices crinē. Itē quā ſub diuo Auguſto cognoīauere cęſaris thronon īſignis ibi ſtella, adeo manifeſto aſſurgens faſtigio incuruaꝛ, ut canopꝰ quartā fere ptem ſigni unius ſupra terrā eminere Alexandrię intuētibꝰ uideaꝛ. Eadē a Rhodo terrā quodāmodo ipſam ſtringere. In ponto oīno non cernaꝛ, ubi maxime ſublimis ſeptētrio. Idē a rhodo abſcōdiꝛ, magiſq; Alexādrię. In Arabia nouēbri mēſe pria uigilia occultus, ſecūda ſe oñdit, In merore ſolſtitio ueſperi pauliſꝑ apparet, pauciſq; ante exortū arcturi

diebus pariter cũ die cernit̃. Nauigãtiũ hæc maxime curſus dephendũt, in alia aduerſo, in alia ꝓ no'mari, ſubitoqꝫ cõſpicuis atqꝫ ut e freto emergẽtibꝰ; q̃ in anfractu pilæ latuere ſyderibus. Neqꝫ enim (ut dixere aliq̃) mũdus hic polo excelſiore ſe attollit, ut undiqꝫ nõ cernant̃ hæc ſydera. Verũ hæc eadẽ quibuſqꝫ ꝓximis ſublimiora credunt̃, eadẽqꝫ demerſa lõginquis. Vtqꝫ nunc ſublimis in deiectu poſitis uĩ hic uertex, ſic in illam terræ deuexitatẽ trãſgreſſis illa ſe attolunt reſidentibus, quæ hic excelſa fuerant, qđ niſi in figura pili accidere nõ poſſet. Ideoqꝫ defectus ſolis ac lunæ ueſpertinos oriẽtis incolæ nõ ſentiunt, nec matutinos ad occaſom habitãtes, meredianos uero ſæpius. Nobili apud Arabiã magni Alexãdri uictoria luna defeciſſe noctis ſecunda hora ꝑdita eſt. Eademqꝫ in Sicilia exoriens. Solis defectũ Vipſano & Fõteio coſſ. qui fuere ante paucos annos, factũ pridie Kalen. Maias. Campania hora diei inter ſeptimã & octauam ſenſit. Corbulo dux in Armenia inter horã diei decimã & undecimã ꝑdidit uiſum circuitu globi alia aliis detegente & occultante. Quod ſi plana eſſet terra ſimul oĩa apparerent cũctis, noctesqꝫ nõ fierẽt inæq̃les, neqꝫ aliis q̃ in medio ſitis paria duodecim horarum interualla cernerent̃, quæ nunc non in omni parte ſimili modo congruunt.

Quæ ratio diurnæ lucis in terris. Cap. lxxiii.

IDeo ne nox dieſqꝫ q̃uis eadẽ toto orbe ſimul eſt, oppoſitu globi noctem aut ambitu diem afferẽte. Multis hoc cognitũ experimẽtis. In Africa Hiſpaniaqꝫ turriũ Hãnibalis. In Aſia uero ꝓpter piraticos terrores ſimili ſpecularũ præſidio excitato, in quis prænunciatos ignes ſexta hora diei accenſos ſæpe compertum eſt, tertia noctis a tergo ultimis uiſos. Eiuſdem Alexandri curſor Philonides ex Sycione ad Elim mille & ducẽta ſtadia nouem diei cõfecit horis. Indeqꝫ q̃uis decliui itinere tertia noctis hora remẽſus eſt ſæpius. Cauſa ꝙ eunti cũ ſole iter erat, eundemqꝫ remeãs obuiũ cõtrario ꝑuertebat occurſu. Qua de cauſa ad occaſum nauigãtes, q̃uis breuiſſimo die uincunt ſpacia nocturnæ nauigationis ut ſolem ipſum comitantes.

Gnomica de eadem re & horologio primo. Cap. lxxiiii.

VAſaqꝫ horoſcopa non ubiqꝫ eidẽ ſunt uſui, trecẽtis ſtadiis aut longiſſime etiam quingentis mutãtibus ſemet umbris. Solis itaqꝫ umbilici quẽ Gnomonẽ appellãt umbra in ęgypto meridiano tempore æquinoctii die paulo plus q̃ dimidiã Gnomonis menſurã efficit. In urbe Roma pars Gnomonis deeſt umbræ. In oppido Ancona fupereſt quinta .xxx. In parte italiæ quæ Venetia appellatur, eiſdem horis umbra Gnomonis par fit.

Vbi & quando nullæ umbræ. Cap. lxxv.

SImili modo tradunt in Syene oppido, quod eſt ſupra Alexandriã quinqꝫ milibus ſtadiorũ ſolſtitii die medio nullã umbrã iaci, puteũqꝫ eius experimenti gratia factũ, totum illumiari. Ex quo apparere ſolem illi loco ſupra uerticem eſſe, quod etiam in india ſupra flumen Hyſpaſin fieri tempore eodem Oneſieritus ſcripſit. Conſtatqꝫ in Berenice urbe Troglodytarum, & inde ſtadiis quattuor milibus octigentis .xx. eadem gente in Ptolemaide oppido, qđ in margine rubri maris ad primos elephantorũ uenatus conditũ eſt. Hoc idẽ ante ſolſtitiũ quadragenis quinis diebus totidẽqꝫ poſtea fieri, & per eos nonaginta dies in meridiẽ umbra iaci. Rurſus in meroe inſula quæ eſt caput gentis æthiopũ quinqꝫ milibus ſtadiorum, & Syene in amne Nilo habitat̃ bis anno abſumi umbras ſole duodeuiceſimam tauri partem & quartadecimam leonis obtinente. In india gente Oretũ, mons eſt Maleus noĩe, iuxta quẽ umbræ æſtate in Auſtrũ, hyeme ad ſeptentrionẽ iaciunt̃. Quindecim tãtũ noctibus ibi apparet ſeptẽtrio. In eadem india patalis celebertimo portu ſol dexter oritur. Vmbrę in meridiem cadunt. Septentrionẽ ibi Alexandro morante annotatum prima tm̃ noctis parte aſpici Oneſieritus dux eius ſcripſit. Quibus in locis in die umbræ non ſint ſeptentrionem non conſpici, & ea loca appellari Aſcia, nec horas dinumerari ibi.

Vbi bis anno umbræ, & ubi in contrarium. Ca. lxxvi.

ET in tota troglodytice umbras bis quadragintaquinqꝫ diebus in anno Eratoſthenes in cõtrarium cadere prodidit.

Vbi longiſſimus dies, & ubi breuiſſimus. Cap. lxxvii.

SIc fit, ut uario lucis incremẽto, in Meroe lõgiſſimus dies .xii. horas æquinoctiales, & octo partes unius horæ colligat. Alexander uero .xiiii. horas. In italia .xv. In Britãnia .xvii. ubi æſtate lucidæ noctes haud dubie repromittunt id qđ cogit ratio credi. Solſtitialibus diebus accedẽte ſole propius uerticẽ mundi, anguſto lucis ambitu *ſubiecto terræ continuos dies haberi ſenis mẽſibus, noctesqꝫ diuerſo ad brumã remoto. Quod fieri in inſula Tyle Pythias Maſſiliẽſis ſcripſit;

*Subiectæ uel ſubiecta terra

ſex dierũ nauigatione in ſeptentrionē a Britãnia diſtante. Quidam uero in Noma, q̄ diſtat a Camalduno Britãniæ oppido circiter ducentis milibus affirmat.

Item de horologio. Cap. lxxviii.

VMbratum hanc rõnem, & quam uocant gnomonicem: inuenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri, de quo diximus & Thaletis diſcipulus, primuſq; horologiũ quod appellant Scioterricon, Lacedæmone oſtendit.

Quomodo dies obſeruentur. Cap. lxxix.

IPſum diem alii aliter obſeruauere. Babilonii inter duos ſolis exortus. Athenienſes inter duos occaſus. Vmbri a meridie in meridiem. Vulgus omne a luce ad tenebras. Sacerdotes Romani & qui diem diffiniere ciuilem, Itē ægyptii & Hipparchus a media nocte in mediã. Minora aũt interualla eſſe lucis inter ortus ſolis iuxta ſolſtitia, q̄ æquinoctia apparet. Quia poſitio ſigniferi circa media ſui obliquior eſt, iuxta ſolſtitium uero rectior.

Differentiæ gentium & ratio. Cap. lxxx.

COntexenda ſunt his cœleſtibus nexa cauſis. Nanq; æthiopas uicini ſyderis uapore torreri aduſtiſq; ſimiles gigni, barba & capillo uibrato nõ eſt dubiũ. Et aduerſa plaga mundi atq; glaciali, candida cute eſſe gētes, flauis ꝓmiſſas crinibꝰ. Truces uero ex cœli rigore has, & illas mobilitates habētes. Ipſorũq; criniũ argumēto, illis in ſupera ſuccũ reuocari, natura uaporis. His in inferas partes depelli humore deciduo. Hic graues feras, illic uarias effigies animalium ꝓuenire & maxime alitum, & in multas figuras gigni uolucres. Corporũ aũt proceritatem utrobiq;, illic igniũ niſu, hic humoris alimento. Medio uero terræ ſalubris utrinq; mixtura, fertilis ad omnia tractus, modicus corporũ habitus. Magna & in colore temperies. Ritus molles, ſenſus liquidus, ingenia fœcũda, totiuſq; naturæ capacia. Iiſdem imperia quæ nunq̄ extimis gentibus fuerit ſicut ne illæ quidem his paruerint auulſæ ac pro immanitate naturæ urgentis illas ſolitarie.

De motu terræ. Cap. lxxxi.

BAbyloniorũ placita motus terræ, hiatuſq;, cætera omnia, ut ſyderum exiſtimant fieri. Sed illorũ trium quibus fulmina aſſignant. Fieri aũt hæc meantium cum ſole aut congruentiũ & maxime circa quadrata mundi. Præclara quædã eſſe & imortalis in eo (ſi credimus) diuinitas phibet, Anaximandro Mileſio phyſico, quē ferũt lacedæmoniis ꝑdixiſſe, ut urbē ac tecta cuſtodirent. Inſtare enim morũ terræ. Et tum urbs tota eorũ corruit. Et Taygeri mõtis magna pars ad formã puppis eminens abrupta cladē inſuper eam ruina preſſit. Perhibet & pherecydis Pythagoræ doctoris alia cõiectatio, ſed & illa diuina. Hauſtu aquæ e puteo ꝑſenſiſſe ac ꝑdixiſſe ibi terræmotũ. Quæ ſi uera ſunt, quantũ a deo tandem uideri poſſunt tales diſtare dũ uiuãt? Et hæc quidem arbitrio cuiuſq; exiſtimãda relinquantur. Ventos in cauſa eſſe nõ dubiũ reor. Neq; enim unq̄ intremiſcũt terræ niſi ſopito mari, cœloq; adeo trãquillo, ut uolatus auiũ nõ pendeãt, ſubtracto omni ſpiritu q uehit, nec unq̄ niſi poſt uentos cõditos. ſ. in uenas & cauernas eius occulto afflatu. Neq; aliud eſt in terra tremor q̄ in nube tonitruũ. Nec hiatus aliud q̄ cum fulmen erũpit incluſo ſpiritu luctante, & ad libertatē exire nitente.

De terræ hiatibus. Ca. lxxxii.

VArie itaq; quatit, & mira edunt opera, alibi ꝓſtratis mœnibus; alibi hiatu profundo hauſtis, alibi egeſtis molibus, alibi emiſſis amnibus, nõnunq̄ eriã ignibus calidis ue fontibus, alibi aduerſo fluminũ curſu. Præcedit uero comitaturq; terribilis ſonus, alias murmur ſimilius mugitibus, aut clamori hũno, armorũue pulſantiũ fragori, pro qualitate materiæ excipientis, formaq; uel cauernarũ uel cuniculi, p quē meat exilius graſſante in anguſto, eodem rauco, in recuruis reſultante, in duris feruentē, in humidis fluctuãte & ſtagnantibus. Item feruente contra ſolida. Itaq; & ſine motu ſæpe edit ſonus nec ſimplici modo quatit unq̄, ſed tremit uibratq;. Hiatus uero alias remanet oſtendens q̄ ſorbuit, alias occultat ore cõpreſſo. Ruſuſq; ita indũcto ſolo, ut nulla ueſtigia extent, urbibus plærũq; deuoratis, agrorũq; tractu hauſto. Maritima aũt maxime quatiunt, nec mõtoſa tali mõ carent. Exploratũ eſt mihi alpes apœninas ſæpius tremuiſſe. Et autũno ac uere terræ crebius mouent, ſicut fiunt fulmina. Ideo Galliæ, & ægyptus minime quatiunt, quoniã hic æſtatis cauſa obſtat: illic hyemis. Item noctu ſępius q̄ interdiu. Maximi autem futuri ſigna motus exiſtunt, hi matutini ueſpertiniq;, ſed propinqua luce crebri. Interdiu autem circa meridiem fiunt, & ſolis lunæq; defectu, quoniam tempeſtates tũc ſopiuntur. Præcipue uero cũ ſequitur hymbrem æſtus hybreſue æſtum.

Signa motus futuri. Cap. lxxxiii.

NAuigantes uero ſentiũt nõ dubia cõiectura, ſine flatu intumeſcente fluctu ſubito, aut quatiente ictu. Intremũt uero & in nauibus poſita æque q̃ in ædificiis crepituq; prænunciant. Quin & uolucres non ipauide ſedent. Eſt & in cœlo ſignũ pcẽditq; motu futuro, aut inter diu, aut paulopoſt occaſum ſereno, ceu tenuis lineæ nubis in longum porrectæ ſpacium. Eſt & in puteis turbidior aqua, nec ſine odoris tedio.

Auxilia contra motus futuros. Cap. lxxxiiii.

SIcut & iiſdem eſt remedium, quale cloacæ & crebri ſpecus præbent. Pręconceptũ. n. ſpiritum exhalant, quod in certis notatur oppidis, quę minus quatiunt crebris ad purgandã eluuiem cuniculis cauata. Multoq; ſunt tutiora in iiſdem illis quæ pendẽt, ſicut Neapoli in italia intelligit eius parte, quæ ſolida eſt ad tales caſus obnoxia. Tutiſſimi ſunt ædificiorum fornices, anguli quoq; parietũ, pontesq; alterno pulſu renitẽte. Et latere terreno facti parietes minore noxa quatiunt. Magna differentia eſt & in ipſo genere motus. Pluribus ſiquidem modis quatit. Tutiſſimũ eſt cũ uibrat criſpante ædificiorũ crepitu, & cum intumeſcit aſſurgens, alternoq; motu reſidet innoxiũ, & cũ cõcurrẽtia tecta cõtrario ictu arietant, quoniã alter motus alteri renititur. Vndantis inclinatio, & fluctus more quædam uolutatio infeſta eſt, aut cum in unam partem totus ſe motus impellit. Deſinũt aũt tremores cum uentus emerſit. Sin uero durauere, non ante quadraginta dies ſiſtunt. Plærunq; & tardius, utpote cum quidam annuo & biennii ſpacio durauerint.

Portenta terrarum ſemel uiſa. Cap. lxxxv.

FActum eſt & hoc ſemel, quod equidẽ in Hetruſcæ diſciplinæ uoluminibus inueni, ingens terrarum portentum. L. Martio Sex. Iulio coſſ. in agro Mutinẽſi. Nanq; mõtes duo inter ſe concurrerunt, crepitu maximo aſſultantes recedentesq;. Inter eos flamma fumoq; in cœlum exeunte interdiu ſpectãte e uia emilia magna equitum romanorum familiarumq; & uiatorum multitudine, Eo cõcurſu uillæ oẽs eliſæ. Animalia permulta q̃ intra fuerant exanimata ſunt anno añ ſociale bellum quod haud ſcio an funeſtius ipſi terræ italiæ fuerit q̃ ciuile Non minus mirũ oſtẽtum & noſtra cognouit ætas, anno Neronis principis ſupmo. ſicut in rebus eius expoſuimus pratis oleiſq; intercedente uia publica in cõtrarias ſedes trãſgreſſis in agro Marrucino pdiis Vectii Marcelli equitis Romani res Neronis procurantis.

Miracula terræmotus. Capi. lxxxvi.

FIunt ſimul cum terræmotu & inundationes maris eodẽ uidelicet ſpũ infuſi, aut reſidentis ſinu recepti. Maximus terræ memoria mortaliũ extitit motus Tiberii cæſaris principatu. xii. urbibus Aſiæ una nocte proſtratis Creberrimus punico bello intra eundem annum ſepties atq; quinquagies nunciatus romam. Quo quidem anno ad Traſimenum lacũ dimicantes maximum motum neq; pœni ſenſere nec Romani. Nec uero ſimplex malũ, aut in ipſo tãtum motu periculum eſt. Sed par aut maius oſtentum nunq̃ urbs roma tremuit ut non futuri euentus alicuius id prænuncium eſſet.

Quibus locis maria receſſerint. Cap. lxxxvii.

EAdem naſcentium cauſa terrarũ eſt, cum idẽ ille ſpiritus attollẽdo potẽs ſolo non ualet erũpere. Naſcunt enim nec fluminũ tm̃ inuectu, ſicut Aechinades inſulæ ab Acheloo amne cõnectæ, maiorq; pars ægypti a Nilo. In quam a Pharo inſula noctis & diei curſum fuiſſe Homero credimus. Nec receſſu maris ſicut idem circeis, Quod accidiſſe & in Ambraciæ portu x. M. paſ. interuallo, & Athenienſium quinq; milium ad Pirẽũ memorat. Et Epheſi ubi quondam ædem Dianę alluebat. Herodoto quidẽ ſi credimus mare fuit ſupra Memphim uſq; ad ęthiopum mõtes. Itẽq; a planis Arabiæ mare circa iliũ, & tota Tenthrania quaq; cãpos intulerit męander.

Ratio inſularum enaſcentium. Capi. lxxxviii.

NAſcuntur & alio modo terrę, ac repente in aliquo mari emergunt, ueluti paria ſecum faciente natura, quæq; hauſerit hiatus, alio loco reddente.

Quę & quibus temporibus enatę ſunt. Cap. lxxxix.

CLarę iampridẽ inſulę, Delos & Rhodos memorię produnt enatę. Poſtea minores ultra melo, Anaphe, inter lẽnũ & Helleſpõtũ Nea, iter Lebedũ & Theon alone, iter Cycladas olympiadis. cxxxv. anno quarto, Thera & Theraſia. Inter eaſdem poſt annos. cxxx. Hiera eademq; automate. Et ab ea duobus ſtadiis poſt annos. cx. in noſtro ęuo. M. Iunio Syllano & L. Balbo coſſ. ad. viii. idus Iuli Thia.

Quas terras intertuperint maria. Cap. xc.

ANte nos & iuxta italiam inter Aeolias iſulas, itē iuxta Cretā emerſit e mari mille quingentum paſ. una cum calidis fontibus altera, olympiadis. cxliii. anno tertio. In Thuſco ſinu flagrans hæc uioléto cū flatu. Prodit quoq̧ memoriæ magnā circa illam multitudinem piſcium fluitantem confeſtim expiraſſe, quibus ex his cibus fuiſſet. Sic & Pythecuſas in campano ſinu ferunt ortas. Mox in his montem Epopon cum repente flamma ex eo emicuiſſet campeſtri æquatū planicie. In eadem & oppidū hauſtū profundo, alioq̧ motu terræ ſtatinā emerſiſſe. Et alio ꝓuolutis mōtibus inſulā extitiſſe prochytā. Nāq̧ & hoc mō inſulas rerum natura fecit. Auellit ſiciliā italiæ. Cyprū ſyriæ, Eubocā Boetiæ, euboeæ Atlantē & macriā, Belbicū bithyniæ, Leucoſiam ſyrenum promontorio.

Quæ inſulæ continenti adiunctæ. Cap. xci.

RVrſus abſtulit iſulas mari ſūxitq̧ terris. Antiſſam Leſbo. zephiriū halicarnaſſo, ethuſam mindo, domiſton & Prienen mileto, arthemiſiā partheuio ꝓmontorio, hybanda quondā inſula Ioniæ. cc. nūc a mari abeſt ſtadiis. Syriten Epheſus in mediterranea habet. Deraſidas & Sophoniā uicinam ei. Magneſia Epidaurus & Oricon inſulæ eſſe deſierunt.

Quæ terræmotu mari permutatæ. Cap. xcii.

IN totum abſtulit terras primū oīum ubi Atlanticum mare eſt (ſi Platoni credimus) in medio ſpacio. Mox interno, q̄ uidemus hodie, merſam Acarnaniā ambracio ſinu, Achaiā Corintho, Europā Aſiamq̧ ꝓpontide & Ponto. Ad hoc perrupit mare Leucada, Antirrhium Helleſpontum, Boſporos duos.

Quæ terræ ipſæ ſe ſorbuerunt. Cap. xciii.

ATq̧ ut ſinus & ſtagna prætercam ipſa ſe cōdens terra deuorauit. Cybotū altiſſimum montem cum oppido Curitē, Syphilū in Magneſia; Et prius in eodem loco clariſſimā urbem q̄ Tantalis uocabat. Galanis & Gamales urbiū in phœnice agros & cū ipſis Phegium æthiopiæ iugum excelſiſſimum. tanquam non infida graſſarentur & littora.

Quæ urbes hauſtæ ſint a mare. Cap. xciiii.

PYrrham & Antiſſam circa Mæotiū pontus abſtulit. Elicen & Buram ſinus Corinthius, quarum in alto ueſtigia apparent. Ex inſula Cea amplius. xxx. M. paſ. abrupta ſubito cum pluribus mortaliū rapuit. Et in Sicilia dimidiam Tyndarida urbem, ac quicq̄d ab italia deeſt. Similiter in Bœotia & Eleuſina.

De Piaculis. Cap. xcv.

MOtus enimuero terræ ſileant & quicq̄d eſt, ubi ſaltē Buſta urbium extant. Simul ut terræ miracula potius dicamus q̄ ſcelera naturæ. Et hercule non cœleſtia enarratu difficiliora fuerint. Metallorū opulētia tam uaria, tam diues, tam fœcūda tot ſeculis ſuboriens, cū tātū quottidie orbe toto populent ignes, ruię, naufragia, bella, fraudes, tm̄ uero luxuria & tot mortales cōterant. Gēmarum pictura tam multiplex. Lapidū tam diſcolores maculæ. Interq̧ eos cādor alicuius præter lucē oīa excludens. Medicatorum fontiū uis. Ignium tot locis emicantium, ꝓpetua tot ſeculis incendia. Spūs lœtales alibi, aut ſcrobibus emiſſi, aut in ipſo loci ſitu mortiferi. Alibi uolucribus tm̄, ut ſoracte uicino urbi tractu. Alibi præter hoīem cæteris aīantibus, nonnunq̄ & hoī, ut in Sinueſſano agro & puteolano ſunt, q̄ Spiracula alii uocant, alii Charoneas ſcrobes, mortiferū ſpūm exhalantes. Itē in Hirpinis anſancti ac Mephthūs eundē locū, quem qui intrauere moriunt. Simili modo Hierapoli in Aſia matris magnę tantum ſacerdoti innoxiū. Alibi fatidici ſpecus. quorū exhalatione temulenti futura ꝓcinūt, ut delphis nobiliſſimo oraculo. Quibus in rebus quid poſſit aliud cauſæ afferre mortaliū quiſpiā, q̄ diffuſe p omne naturæ ſubinde aliter atq̧ aliter numen erumpens.

De terris ſemper trementibus. Ca. xcvi.

QVædam uero terrę ad ingreſſus tremunt, ſicut in gabinēſi agro non ꝓcul urbe roma iugera ferme ducenta equitantium curſu.

De inſulis ſemper fluctuantibus. Cap. xcvii.

SImiliter in reatino quædā inſulæ ſemp fluctuāt, ſicut in agro Cecubo, & eodē reatino Mutinenſi, Stationenſi, in Vadimonis lacu, & ad Cutylias aquas opaca ſylua, quę nunq̄ die ac nocte eodem loco uiſitur. In Lydia quę uocant Calaminę, nō uentis ſolum. ſed etiam contis uel quolibet impulſu, multorū ciuium Mitridatico bello ſalus. Sunt & in nympheo parue ſaltuares dictę, quoniā in ſymphonię cantu ad ictus modulantium pedum mouentur. In Tarquinenſi lacu magno italię duo nemora circunferuntur, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam cōplexu uentis impellentibus, quadratam nunquam.

Quibus in terris non pluat, & aceruata terrarum miracula & ceterorum elementorum. Cap. xcviii.

CElebre ſanum habet Veneris paphos,in cuius quandā aream nō impluit. Item in ea oppido Troadis circa ſimulacrū Mineruæ. In eodē relicta ſacrificia non putreſcunt. Iuxta Harpaſa oppidū Aſiæ cautes ſtat horrenda uno digito mobilis. Eadē ſi toto corpore impellaſ reſiſtens. In taurorum pœninſula in ciuitate Paraſino terra eſt qua ſananſ oīa uulnera. At circa aſſon Troadis lapis naſciſ quo cōſumunſ oīa corpora, Sarcophagus uocaſ. Duo ſunt Mōtes iuxta flumen Indū alteri natura eſt ut ferrū oē teneat, alteri ut reſpuat, Itaq; ſint claui in calciamento, ueſtigia auelli ī altero nō poſſe. in altero ſiſti. Locris & Crotone peſtilentiam nunq̄ fuiſſe, nec ullo terræmotu laboratū annotatū eſt in Lycia uero ſemper a terræmotu. xl. dies ſerenos eſſe. In agro Harpano frumentum ſatu nō naſciſ. Ad aras Mutias in Veiente & apud Tuſculanum, & in ſylua ciminia loca ſunt, in quibus in terram depacta non extrahunſ. In Cruſtumino natum fœnum ibi noxium, extra ſalubre eſt. Et de aquarum natura complura dicta ſunt.

Qua ratione æſtus maris accedant & recedant. Cap. xcix.

SEd æſtus maris accedere & reciprocare maxime mirų eſt. Pluribus quidem modis accidit. Verum cauſa in ſole lunaq;. Bis inter duos exortus lunæ affluunt, biſq; remeant uicenis quaterniſq; ſemper horis. Et primum attollente ſecum ea mundo intumeſcentes. Mox a meridiano cœli faſtigio uergente in occaſum reſidentes. Rurſuſque ab occaſu ſubter cœli ima & meridiano cōtraria accedente inundantes. Hic donec iterų exoriaſ ſe ſorbētes. Nec unq̄ eodē tempore quo pridie refluit, ut ancillāte ſydere trahēteſq; ſecū auido hauſtu maria, & aſſidue aliūde q̄ pridie ex oriente paribus tñ interuallis reciproci ſeniſq; ſemp horis nō cuiuſq; diei aut noctis, aut loci, ſed æquinoctialibus, ideoq; inæquales uulgariū horarum ſpacio utcūq; plures in eas aut diei aut noctis illarū menſuræ cadunt, & æquinoctio tantū pares ubiq;. Ingens argumentū plærūq; lucis ac uicis etiā diurnæ hebetes eſſe qui negent ſubtermeare ſydera, ac rurſus eadē reſurgere; ſimilemq; terris imo uero uniuerſæ naturæ, & īde faciem in iiſdē ortus occaſuſq; opibus nō aliter ſub terra manifeſto ſyderis curſu aliove effectu, quā cū præter oculos noſtros feraſ. Multiplex etiā num lunaris differentia, primūq; ſeptenis diebus. Quippe modici noua ad diuiduā æſtus, pleniore ab ea exūdant, plenaq; maxime feruent. Inde miteſcūt. Pares ad ſeptimā primis. Iterūq; alio latere diuidua augentur. In coitu ſolis paris; Plane eadem aquilonia, & a terris longius recedente mitiores q̄ cum in Auſtros digreſſa propriore niſu uim ſuam exercet. Per octonos quoq; annos ad principia motus & paria incrementa centeſimo lunæ reuocanſ ambitu, augente ea cuncta ſolis annuis cauſis duobus æquinoctiis maxime tumētes & autūnali amplius q̄ uerno. Inanes uero bruma, & magis ſolſtiti . Nec tamē in ipſis q̄d dixi temporū articulis ſed paucis poſt diebus ſicuti neq; in plena aut nouiſſima ſed poſtea, nec ſtatim ut lunā mundus oſtendat, occultet ue, aut media plaga declinet, uerų uete duabus horis æquinoctialibus ſerуis: tardiore ſemp ad terras oīum, quæ geruntur in cœlo effectu cadente q̄ uiſu, ſicuti fulguris & tonitrui & fulminū. Oēs enim æſtus in oceano maiora integunt ſpacia inundantq; q̄ in reliquo mari, ſiue quia totū in uniuerſitate aīoſius eſt q̄ in pte, ſiue quia magnitudō aperta ſyderis uiz laxæ graſſantis efficacius ſentit eādem anguſtiis arcētibus. Qua de cauſa nec lacus nec amnes ſimilr̄ mouenſ. Octogenis cubitis ſupra Britāniam intumeſcere æſtus Pytheas Maſſilienſis auctor eſt. Interiora autē maria claudunſ ut portu. Quibuſdā tamē in locis ſpacioſior laxitas ditioni patet, utpote cū plura exēpla ſunt, in tranquillo mari, nulloq; uelorum impulſu tertio die ex Italia peruectorum uticam æſtu feruente. Circa littora autem magis q̄ in alto deprehenduntur hi motus, quoniam & in corpore extremo pulſum uenarum, ideſt ſpiritus magis ſentiunt.

Vbi æſtus extra rationem. Cap. c.

IN plæriſq; tamen æſtuariis propter diſpares ſyderų in quoq; tractu exortus diuerſi exiſtunt æſtus: tempore non ratione diſcordes, ſicut in Syrtibus. Ex quorundam tamē priuata natura eſt, uelut Taurominitani euripi: Sæpius & in Euboea ſepties die ac nocte reciprocantes. Aeſtus idē triduo in mēſe conſiſtit ſeptima. Octaua nonaq; luna. Gadibus qui eſt delubro Herculis proximus fons incluſus ad putei modum, alias ſimul cum oceano augetur, minuiturq;, alias uero utrumq; contrariis temporibus. Eodem in loco alter oceani motus conſentit. In ripa. Betis oppidum eſt cuius putei creſcente æſtu minuuntur, augeſcunt decedēte mediis temporū immobiles. Eadem natura in Hiſpali oppido uni puteo cæteris uulgaris. Et pontus ſemp extra meat in ppontidem introrſus in Pontum nunq̄ refluo mari.

Miracula maris. Cap. ci.

OMnia plenilunio maria purganť, quædam & ſtato tempore. Circa Maſſanā & Mylas ſimo ſimilia expuunť ī littus purgaméta, unde fabula ſolis boues ibi ſtabulari. His adde ut nihil quod eqdé nouerim prætercam. Ariſtoteles nullū animal niſi æſtu recedente expirare affirmat. Obſeruatū id multū in gallico oceano, & dumtaxat in homine compertum.

Quæ poteſtas lunæ, & terrena, & marina. Cap. cii.

QVo uera cōiectatio exiſtit haud fruſtra ſpiritū, ſydus lunæ exiſtimari. Et hoc eſſe q̄ terras ſaturet accedenſq; copa impleat, abſcedéſq; inaniat. Ideo cū ſcremēto eius augeri cōchylia & maxime ſpiritū ſentire quibus ſanguis nō ſit. Sed & ſanguiné hominū etiā cum lumine eius augeri ac minui. Frondes quoq; ac pabula (ut ſuo loco diceť) ſentire, in oīa eadem penetráte ui.

Quæ ſolis, & quare ſalſum mare. Cap. ciii.

ITaq; ſolis ardore ſiccať liquor, & hoc eſſe maſculum ſydus accepimus torrens cūcta ſorbenſq;. Sic mari late patenti ſaporé incoqui ſalis, aut quia exhauſto inde dulci tenuiq; quod facillime trahat uis ignea, omne aſperius craſſiuſq; liquať. Ideo ſummā æquorū aquam dulcioré profunda. Hanc eſſe ueriorem cauſam aſperi ſaporis, quam quot mari terræ ſudor ſit eternus. aut quia plurimū ex arido miſceať illi uapore, aut quia terræ natura medicatas aq̄s inficiat. Eſt ī exéplis Dioniſyo Siciliæ tyranno cum pulſus eſt ea potentia accidiſſe prodigium, ut uno die in portu dulceſceret mare.

Item de natura lunæ. Cap. ciiii.

COntrario ferunt lunæ fœmineū ac molle ſydus atq; nocturnū ſoluere humorem, & trahere non auferre. Id manifeſtū eſt q̄ ferarum occiſa corpora in tabem uiſu ſuo reſoluat: ſomno q; ſopitis torporé contractū in caput reuocet. Glacié refundat cūctaq; humifico ſpū laxet. Ita penſari naturæ uices ſemperq; ſufficere aliis ſyderum elementa cogentibus: aliis uero fundentibus. Sed in dulcibus aquis lunæ alimentū eſſe ſicut in marinis ſolis.

Vbi altiſſimum mare. Cap. cv.

ALtiſſimū mare. xv. ſtadiorum Fabianus tradit. Alii in ponto ex aduerſo Coraxorum gentis uocant Bathea ponti tricentis fere a continenti ſtadiis imméſam altitudiem maris tradūt uadis nunq̄ repertis.

Miracula aquarū, fontium, & fluminum. Cap. cvi.

MIrabilius id faciūt aquæ dulces iuxta mare ut fiſtulis emicátes. Nam nec aquarum natura a miraculis ceſſat. Dulces mari iuehunť leuiores haud dubie. Ideo & marinæ quarum natura grauior magis inuecta ſuſtinét. Quædā uero & dulces inter ſe ſupermeant alias. Vt in Fucino lacu inuectus amnis. In lario abdua, in Verbano ticinus, in Benaco Mintius, in Seuinno ollius, ī Lemáno rhodanus. Hi trás alpes ſupiores ī Italiā multorū militū tráſitu hoſpitales ſuos tantū nec largiores q̄ intulleré aquas euehétes. Proditū hoc & in Oronte amne Siriæ multiſq; aliis. Quidā uero odio maris ipſa ſubeūt uada, ſicut Arethuſa fons Syracuſanus in quo reddūť iacta in alpheū, qui per olympiā fluuens Pelopōneſiaco littori infundiť. Subeūt terras rurſuſq; redduntur. Lycus in aſia. Eraſinus in Argolica, Tigris in Meſopotamia. Et q̄ in Aeſculapii fonte Athenis immerſa ſunt in Phalerico redduntur. Et in Atinate campo fluuius merſus poſt. xx. milia paſſuu3 exit. Et in Agleienſi Timauus. Nihil in Aſphaltite iudeæ lacu qui bitumé gignit mergi pōt. Nec ī Armeniæ maioris Arethiſſa, is qdé introrſus piſces alit. In Salentino iuxta oppidum Māduriā lacus ad margines plenus, neq; exhauſtis aquis minuiť, neque iſuſis augeť. In Ciconū flumine, & in Piceno lacu Velino lignū deiectū lapideo cortice obduciť. Et ī Surio Cholchidis flumie adeo ut lapidé plerūq; durans adhuc integat cortex. Siř in flumine Silari ultra Surrentū nō uirgulta modo immerſa, uerū & folia lapideſcūt, alias ſalubris potus eius aquæ. In exitu paludis Reatinæ ſaxū creſcit. Et in rubro mari oleæ, uirenteſq; frutices enaſcunť. Sed & fontiū plurimorū natura mira eſt feruore. Idq; etiam in iugis alpiū ipſoq; in mari, & inter Italiā & Enariā ut in Baiano ſinu, & in Lyri fluuio multiſq; aliis. Nā dulcis hauſtus in mari plurimis locis ut ad Chelidōias iſulas & Arabū, & in gaditano oceano. Patauinorū aq̄s calidis herbæ uirentes īnaſcūť Piſanorum ranæ. Ad uetu lonios in Hetrutia non pcul a mari piſces. In caſinate fluuius appellať Scatebra frigidus abundātior æſtate. In eo ut in Arcadiæ ſtymphali enaſcunť aquatiles muſculi. In Dodone Iouis fons cum ſit gelidus & imerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoueanť accendit. Idem meridie ſemp deficit, qua de cauſa Anapauomenon uocát. Mox increſcens ad mediū noctis exuberat. Ab eo rurſus ſenſim deficit. In Illyriis ſupra fontem frigidū expanſæ ueſtes accendunť. Iouis Hamonis fons inter-

diu fri.

diu frigidus, noctibus feruet. In Troglodytis fons ſolis appellat᷑ dulcis, & circa meridiẽ maxie frigidus, mox paulatí repeſcẽs ad noctis media feruore & amaritudine infeſtat᷑. Padi fons mediis diebus ſtiuis uelut interqeſcẽs ſemp aret. In Tenedo inſula fons ſemp a tertia noctis hora in ſextam ab æſtiuo ſolſtitio exúdat. Et in Delo inſula inops fons eodẽ quo Nilus modo, ac parit᷑ cum eo decreſcit augeſ᷑q;. Cõtra Timauũ amnem inſula pua in mari eſt cũ fontibus calidis, qui pirer eũ ęſtu maris creſcũt minuunt᷑q;. In agro Pitinate trans Apœninũ fluuius Nouanus oibus ſolſtitiis torrẽs bruma ſiccat᷑. In faliſco clitũni amnis aqua potata cãdidos boues facit, In bœotia amnis melas oues nigras. Cephiſus ex eodẽ lacu ꝓfluens albas ✠ Rurſus nigras penitus, ruſſaſq; iuxta iliũ Xanthus, unde & nomẽ amni in põto fluiu⁹ Aſtaces irrigat cãpos, in qbus paſtæ oues nigro lacte æque gẽtes alũt. In reatino fons Neminia appellatus alio atq; alio loco exorit᷑ annonæ mutationẽ ſignificans. Brunduſii in portu fons incorruptas pſtat aquas nauigantibus. Lynceſtis aqua quæ uocat᷑ acidula uini modo temulẽtos facit Ita in paphlagonia & in agro caleno, i andro iſula tẽplo Liberi patris fontẽ nonis ianuariis ſp uini ſapore fluere Mutiãus ter coſſ. credit. Dios recholia uocat᷑ iuxta nonacri archadiæ. Styx nec odore differẽs nec colore, epota illico necat. Itẽ i beroſo tauroꝝ colle tres fõtes ſine remedio, ſine dolore mortiferi. In Carrinenſi hiſpaniç agro duo fõtes iuxta fluunt, alter oia reſpuens, alter abſorbẽs. In eadem gente alius aurei coloris oẽs oñdit piſces nihil extra illã aquã cæteris differẽtes. In commenſi iuxta larium lacum fons largus horis ſingulis ſemper intumeſcit ac reſidet. In cynonia iſula ante leſbõ fons calidus, Vere tãtũ fluit. Lac⁹ ♣ ſauna⁹ i aſia circũnaſcẽte. Abſynthio iſicit᷑. Colophone in Appollinis clarii ſpecu lacũa eſt, cui⁹ potu mira reddunt᷑ oracula bibẽtiũ breuiore uita. Amnes retro fluere & noſtra uidit ętas. Neronis principis annis ſupremis, ſicut in rebus eius retulimus, lã omnes fontes æſtate q̃ hyeme gelidiores eſſe, quẽ fallit. Sicut illa permira naturæ opa, æs & plumbũ in maſſa mergi, dilatata fluitare. Eiuſdemq; ponderis alia ſedere, alia inuehi. Onera in aq̃ facilius moueri. Thyreũ lapidẽ q̃uis grandem innatare eundemq; cõminutũ mergi. Recentia cadauera ad uadũ labi, intumeſcẽtia attolli, inania uaſa haud facilius q̃ plena extrahi * Pluuia ſalías aq̃ dulciores eſſe q̃ reliq̃s. Nec fieri ſalẽ niſi admixtis dulcibus. Marinas tardius gelare, & celerius accẽdi. Hyeme mare calidi⁹ eẽ, autũno ſalſi⁹. Omne oleo tranquillari. Et ob id urinantes ore ſpargere, qm̃ mitiget naturam aſperam: lucemq; deportet. Niues in alto mari non cadere, Cum oĩs aqua deorſum ferat᷑ exilire fontes, atq; etiã in ætnæ radicibus flagrantis in tantũ ut quinquagena & centena milia paſſuũ harenas flãmarũ globus eructet.

✠ Pene uel Ruſſaſq; nigras peneus.

♣ ſinuaus

* Pluuias ſalinis aqs utiliores eẽ quá reliquas.

Ignium & aquarum iuncta miracula & de maltha. Cap. cvii.

IAmq; & ignium quod eſt naturæ quartum elementum reddamus aliqua miracula. Sed primum ex aquis. In Comagene urbe Samoſata ſtagnum eſt emitrẽs limum (malthã uocant) flagrantem, cũ quid attingit ſolidi adhæret. Præterea tactus ſequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnãte Lucullo, flagrabatq; miles armis ſuis. Aquis etiam accenditur. Terra tãtum reſtingui docuere experimenta.

De Naptha. Cap. cviii.

SImilis eſt naturæ Naptha. ita appellatur circa Babyloniam, & in Auſtagenis Parthiæ profluens, bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio ignium, tranſiliuntq; protinus in eam undecunq; uiſam. Ita ferunt a Media pellicem crematam, poſtquã ſacrificatura ad aras acceſſerat corona igne rapta.

De ſemper ardentibus locis. Cap. cix.

VErũ in montiũ miraculis, ardet Aetna noctibus ſemp, tantoq; æuo ignium materia ſufficit. Niualis hybernis tempibus. egeſtumq; cinerem pruinis operiens. Nec in illo tãtum natura ſeuit exuſtionẽ terris denuncians. Flagrat in Phaſelide mons chimæra: & quidem immortalis diebus ac noctibus flãma. Igẽ eius accendi aqua, extingui uero terra aut fœno Gnidius Cteſias tradit. Eadẽ in Lycia Epheſti montes Tæda flamãte tacti flagrant adeo: ut lapides quoq; riuorũ & harenæ in ipſis aquis ardeãt, alit᷑q; ignis ille pluuiis Baculo ſi quis ex iis accẽſo traxerit ſulcos, riuos igniũ ſequi narrant, Flagrat in Bactris cophanti noctibus uertex. Flagrat i mediis & ceſtia gente cõfinio perſidis. Suſis quidem ad turrim albam .xv. caminis maxĩo eorũ. Et iterdiu cãpus Babyloniæ flagrat quadã ueluti piſcina iugeri magnitudie. Item æthiopũ iuxta Heſperiũ mõtẽ ſtellatum modo cãpi nocte nitẽt. Similiter in megalopõitanoꝝ agro, tamerſi itern⁹ ſit ille iucũdus frondẽq; denſi ſupra ſe nemoris nõ adurens, & iuxta gelidũ fontẽ ſemp ardens. Nymphei crater dira apolloniatis ſuis portẽdit ut Theopompus tradidit. Auget᷑ hymbribus, egeritq; bitumen, tperandũ fonte illo inguſtabili alias omni bitumine dilutius. S; qs hæc miret᷑? in medio ma

ri Hiera inſula ardet. Aeolia inſula iuxta Italiá cum ipſo mari arſit per aliquos dies ſociali bello,& donec legatio ſenatus piauit. Maximo tamé ardet incendio Theonochema dictú,æthiopú iugú. Torrenteſq̧ ſolis ardoribus flammas egerit. Tot locis,tot incendiis rerú natura terras cremat.

Ignium per ſe miracula. Cap.cx.

PRæterea cum ſit huius unius elementi ratio fœcunda,ſeque ipſe pariat & minimis creſcat ſcintillis,quid fore putandum eſt in tot rogis terræ? Quæ eſt illa natura quæ uoracitaté aui diſſimá í toto mundo ſine damno ſui paſcit? Addant iis ſydera innumera,ingenſq̧ ſol, Addant humani ignes,& lapidú quoq̧ inſiti naturæ,attrita inter ſe lignariá nubiú & origenes fulminú. Excedit profecto oía miracula ullum diem fuiſſe quo non cuncta cunflagrarent, cum ſpecula quoq̧ cõcaua aduerſa ſolis radiis facilius etiam accendant,q̄ ullus alius ignis. Quid q̧ innumerabiles ptus ſed naturales ſcatent? In nympheo exit e petra flamma quæ aqua accendit. Exit & ad aquas ſcantias. Hæc q̄dem inualida cum tráſit nec longe in alia durás materia. Viret & æterno hunc fonté igneú cõtexens fraxinus. Exit in Mutinenſis agro ſtatis uulcano dieb⁹. Reperit apud auctores ſubiectis ariciæ aruis ſi carbo deciderit ardere terrá. In agru Sabino & Sidicino unctum flagrare lapidé, In Salentino oppido ✝ Inatiú impoſito ligno in ſaxú quoddá ibi ſacrú ꝓtinus flammam exiſtere. In laciniæ Iunonis Ara ſub diuo ſita ciner é ímobilem eſſe perflantibus undiq̧ procellis. Quin & repentinos ignes exiſtere & in aquis. Et in corporibus etiá humanis emicuiſſe. Traſimenú lacum arſiſſe totum. Seruio Tullio dormienti in pueritia ex capite flammam emicuiſſe. L. Martiú in Hiſpaniú interemptis Scipiunibus concionanté & milites ad ultionem exhortanté arſiſſe,ſimili modo Valerius Antias narrat. Plura mox & diſtinctius. Nunc ení quadam mixtura rerum omniú exhibentur miracula. Verum egreſſa mens interpretationé naturæ feſtinat legentiú animos per totum urbem ueluti manu ducere.

✝ egnatia ſiue ignatia.

Terræ uniuerſæ menſura longitudu,& latitudu. Cap.cxi.

PArs noſtra terrarú de qua memoru ambiente(ut dictum eſt)oceano uelut innatás longiſſime ab ortu & ab occaſu patet,hoc eſt ab India ad Herculis colúnas gadibus ſacratas octuagies quinquies centena ſeptuagintaocto .M. paſſuum,ut Artemiduro placet auctori. Vero Iſydoro nonagies octies & decé & octo milia. Artemidorus adiicit amplius a gadib⁹ circuitu ſacri ꝓmontorii ad promontoriú Artabrú,quo longiſſime frons procurrit Hiſpaniæ. octingenta milia * nonaginta unú. Id menſuræ duplici currit uia. A Gange amne oſtioq̧ eius quo ſe in æoum oceanú effundit per Indiam Parthienéq̧ ad Myriandrum urbem Syriæ in Iſſico ſinu poſitam quinquagies bis quindecim milia paſſuú. Inde ꝓxima nauigatione Cyprú inſulá patará Lyciæ Rhodú Aſtypalæá in Carpathio mari in inſulas laconicæ tænarú. Lylibeú Siciliæ caraliú ſardiniæ tricies quatet quinquaginta milia .deinde gades ♣ quadragies bis q̄nquaginta milia. Quæ mēſura uniuerſa ab eo mari efficit octogies quinquies ſeptuagintaocto milia paſſuum. Alia uia quæ certior itinere terreno maxíe patet a Gange ad Euphraté amnem q̄nquagies centena milia paſſuú &.xxi. Inde Cappaduciæ in Mazaca.cc.milia.xliiii.inde per Phrygiá,Cariá,Epheſum,quadringenta.M. paſſuú.xcviii. Ab Epheſu per aegeú pelagus Delú ducéta milia. Iſthmú ducenta duodecim milia Deinde terra & laconico mari & Corinthiaco ſinu patrás Pelopõneſi ducenta duo milia q̄ngenti Leucadé octingenta ſex milia q̄ngenti,Corcirá totidé Acroceraunia centú triginta duo milia q̄ngenti. Brúduſiú octingéta ſex milia q̄ngéti. Romá.ccc.milia ſexaginta. Ad alpes uſq̧ Calcíocoma cú uicú q̄ngéta decé & octo milia. Per galliá ad pyreneus mõtes Libetim quingéta q̄nquaginta ſex milia. Ad oceanú & Hiſpaniæ oram trecéta trigintaduo milia. Traiectu gadis ſepté milia quíngenti. Quæ menſura Artimidoro atteſtante).xc.efficit.lxix. Latitudo autem terræ a meridiano ſitu ad ſeptētrioné dimidiu fere minur colligit,quíquagintaq̄ttuor miliú ſexagintaduo. Quo palam ſit quantú & hinc uapor abſtulerit,& illinc rigor. Neq̧ ení deeſſe arbitrur terris,aut non eſſe globi formá. Sed inhabitabilia utriq̧ incõperta té. Hæc méſura currit a littore æthiopici uceani qua modo habitat ad mereon quingenta quinq̄ginta milia Inde Alexandriá duodecim milia quíquaginta. Rhudú quingenta octogitatria. Gnidú octugintaquattuor milia quingéti cú .xxy.M. Samú.c.L.Chium octogintaquattuor .M. Mirilenem.lxy.M. Tenedon.xxyiii.M.Sigæú ꝓmuntorium.xii M.quingenti. Os ponti.cccxii.M.d.Garábin ꝓmontoriú.cccl. Os mæotidis.cccxii.M.d. Oſtiú Tanais.cclxv.M. Qui curſus cõpendiis maris breuiur fieri poteſt.lxxxix.M.ab oſtio Tanais nihil modicú diligentiſſimi auctores fecere. Artemidor⁹ ulteriora íncõperta exiſtiauit.cú circa Tanain Sar.

* nõgéta nõagita unú milia

♣ q̄ttuordcies céte na & q̄nq̄gitamilia paſ. Milia octuagies ſexies.cétéa octogitaq̄nque.

nam Sarmatarũ. gẽtes degere fatereſ ad Septẽtriões uerſas. Iſidor⁹ adiecit. xii. M. l. uſq; ad Tilen quæ cõiectura diuinatiõis eſt Ego nõ minore q̃ proxime dicto ſpacio Satmatarũ fineſ noſci intelligo. Et alioquin quãtũ eſſe debet quod inumirabiles gentes ſubinde ſedem mutantes capiãt. Vnde ulterioré menſurã iu habitabilis plagæ multo eſſe maiorem arbitror. Nam & germania imenſas inſulas nõ pridem compertas cognitũ habeo. De longitudine ac latitudie hæc ſũt quæ digna memoratu puiem. Vniuerſum autem hunc circuitũ Eratoſthenes in omniũ quidem litteraꝝ ſubtilitate, & in hac utiq; prętet cæteros ſolers. quẽ a cũctis probari uideo ducẽtorum quinquaginta duorum miliũ ſtadioꝝ prodidit. Quæ mẽſura romana computatione efficit trecẽties quindecies cẽtena milia paſſuum. Improbum auſum, uerũ ita ſubtili argumentione comprehenſum ut pudeat non credere. Hipparchus & in coarguẽdo eo & in reliqua omni diligẽtia mir⁹ adiicit ſtadioꝝ paulominus. xxv. milia.

Harmonica mundi ratio. Cap. cxii.

Alia Dionyſiodoro fides. neq; enim ſubtrahã exẽplũ uanitatis græcæ maximum. Cydnius hic fuit geometrica ſcientia nobilis. Seneċta diem obiit in patria. Funus duxere ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cũ ſecuris diebus iuſta peragerẽt, iueniſſe dicuntur i ſepulchro epiſtolã Dionyſiodori nomie ad ſuperos ſcriptam. Perueniſſe eum a ſepulchro ad infimam terram, eſſeq; eo ſtadiorũ quadragintaduo milia. Nec defuere gœmetræ qui iterpretarẽtur ſignificare epiſtolã a medio terrarũ orbe miſſam quo deorſum ab ſummo longiſſimũ eſſe ſpacium & idem pilæ mediũ. Ex quo conſecuta cõputatio eſt, ut circuitu eſſe. cc. quinquagintaquiq; milia ſtadia pronũciaret, Harmonica ratio quæ cogit rerũ naturã ſibi ipſam cõgruere, addit huic menſuræ ſtadia ſeptem milia, terramq; nonageſimam ſextam milleſimam totius mundi partem facit.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER TERTIVS PROOEMIVM.

AB iis ſũt portę caucaſiæ magno errore a multis caſpiæ dicta,ingens naturæ opus & montibus interuptis repẽte ubi fores obditæ ferratis trabibꝰ ſubter medias amne dyriodori fluente.Citraq; in rupe caſtello qđ uocãt Cumani,cõmunito ad arcendas tranſitu gentes innumeras ubi luci terrarũ orbe portis diſcluſo,ex aduerſo maxie Harmaſtis oppidi liberum a portis caucaſiis per mõtes Gorduos Valli.Suani indomitæ gentes auri tantũ metalla fodiunt. Ab iis ad pontũ uſq; Heniochorũ plurima genera,mox Acheorũ.Ita ſe habet terrarum ſinus e clariſſimis. Aliqui inter pontũ & Caſpiũ mare.ccclxxv.M.p.nõ amplius intereſſe tradiderunt.Cor.Nepos.cl. M.tãtis interi anguſtiis infeſtat̃ Aſia.Clau.Cæſar a Cimmerio Boſporo ad Caſpium mare.cl.M. prodidit,eaq; perfodere excogitaſſe Nicanorẽ Seleucũ,quo tẽpore ab Ptolemæo Ceraũio ſit interfectus.A portis Caucaſiis ad pontũ.cc.M.p.eſſe cõſtat fere.

Inſulæ in põto.Ca.xii,

INſulæ in ponto planeræ , ſiue Cyaneæ,ſiue ſymplegades. Deinde apollonia Thynias dicta ut diſtingueret̃ ab ea quæ eſt in Europa Diſtat a continenti paſ.M.Cingit̃.iii.M.& contra Pharnaceã Chalcitis,q̃ græci Ariã dixerũt,ſacrãq; Marti,& i ea uolucres cũ aduenis pugnaſſe pẽnarum ictu

Gentes in Scythico oceano. Cap.xiii.

NVnc omĩbus quæ ſunt interiora Aſiæ dictis rhipheos mõteſ tranſcendat animus, dextraq; littora oceani incedat.Tribus hic e ptibus cœli alluens Aſiã ſcythicus a ſeptentrione , ab oriente Eous,a meridie Indicus uocat̃,uarieq; p ſinus & incolas in cõplura noĩa diuiditur. Verũ Aſiæ quoq; magna portio appoſita ſeptẽtriõi iniuria ſyderis rigentis uaſtas ſolitudines habet.Ab extremo aq̃lone ad initium oriẽtis æſtiui Scyræ ſunt extra eos.Vltra aq̃lonis initiũ Hypboreos aliq̃ poſuere,pluribus in Europa dictos.Primũ inde noſcit̃ ꝓmontoriũ celticæ Lytarmis Fluuiꝰ Carãbucis,ubi laſſata cũ ſyderũ ui rhipheorũ mõtiũ deficiũt iuga . Ibiq; athipheos quoſdã accepimꝰ haud diſſimilẽ hyperboreis gẽtẽ.Sedes illi nemora.Alimẽta baccæ.Capillꝰ iuxta fœmĩs utriſq; in probro exiſtimat̃ Ritus clemẽtis.Itaq; ſacros haberi narrant inuiolatoſq; eſſe etiã feris accolaꝝ populis.Nec ipos modo,ſed illos etiam qui ad eos pfugerint.Vltra eos plane iaʒ ſcythæ Cimmerii,Ciſianthi,Georgi,& Aamazonũ gens , Hæc uſq; adCaſpiũ & Hyrcaniũ mare.Nãq; id erũpit ſcythico oceano inaduerſa Aſiæ pluribus noibus accolaꝝ appellatũ celeberrimis duobus caſpio & hyrcano.Nõ minꝰ hoc eſſe q̃ pontũ Euxinũ Clitarchus putat.Erathoſtenes ponit & mẽ

ſurã ab exortu ad meridiẽ p caduſiæ & albaniæ orã quinqs q̃dringenta ſtad. Inde p atatiaticos amarbos,hyrcanos,ad oſtiũ zoni flumĩs q̃ter octingẽta ſtadia. Ab eo ad oſtium Iaxatiſum.M.xl. Quæ ſũma efficit quindecies.lxxv.M.paſ. Artemidorus hinc detrahit.xxv.M.paſ.Agrippa Caſpiũ mare genteſq; quæ circa ſunt & cũ iis Armeniã diſterminãs ob oriẽte oceano ſerico,& ab occidẽte Caucaſi iugis,a meridie Tauri,a ſeptẽtriõe oceano Scythico patere qua cognitũ eſt.cccc.xc.M.p.in lõgitudinẽ.ccxc.M.in latitudinẽ pdidit.Nõ deſũt uero qui eius maris uniuerſũ circuitũ a freto.xxv.M.tradũt.Irrũpit aũt arctis faucibꝰ in lõgitudinẽ ſpacioſis.Ac ubi cœpit in latitudinẽ pandi.lunatis obliquat̃ cornibus uelut ad mæotiũ lacũ ab ore diſcedens ſcythici arcus(ut auctor eſt.M.Varro)ſimilitudĩe.Primus ſinus appellat̃ Scythicus,utrunq; enim accolũt Scythæ,& per anguſtias inter ſe commeãt.Hinc nomades & Sauromatæ mlt̃is noibus,illinc Abzoeno paucioribꝰ.Ab ĩtroitu dextra mucronẽ ipm fauciũ tenẽt Vdini,ſcytharũ ppl's.Deĩde per oram Albani(ut ferunt)ab Iaſone orti.Ante quos mare quod eſt Albanũ noĩatur.Hæc gens ſuperfuſa montibꝰ Caucaſiis ad Cyrũ amnẽ Armeniæ cõfiniũ atq; Hiberiæ deſcẽdit ut dictũ eſt.Sup maritima eius Vdinorũq; gẽtes ſarmatæ,utidorſi,aroteres ptendunt̃.Quoꝝ a tergo indicate,iam amazões ſuaromatides.Flumĩa per Albaniã decurrũt in mare caſſios & albanos.Deinde cãbyſes in caucaſiis ortus montibꝰ,mox cyrus in coraxicis ut diximus.Orã oẽm a caucaſo p̃altis rupibꝰ iu acceſſo patere.cccxxv.p.auctor eſt Agrippa.A cyro caſpium mare uocari incipit,accolunt caſpii.Corrigendus eſt error in hoc loco multoꝝ,& eoꝝ etiã qui in armenia res pxime cũ Corbulone geſſere. Nãq; hi caſpias appellauere portas hiberiæ,q̃s caucaſias diximus uocari.Situſq; depicti & ĩde miſſi hoc nomẽ inſcriptũ habẽt.Et Neronis principis cõminatio ac caſpias portas tẽdere dicebat̃,cũ peteret illas,quæ p Hiberiam ĩ ſarmatas tẽdũt uix ullo ppter appoſitos montes aditu.Ad Caſpiũ mare ſunt aliæ Caſpiis gẽtibus iunctæ,qđ dignoſci nõ poteſt niſi in comitatu rerũ Alexãdri Magni.Nanq; Perſarum regna q̃ nũc Parthorum intelligimus ĩter duo maria Perſicum & Hyrcanũ Caucaſiis iugis attolũt̃ utrinq; per deuexa laterũ,Armeniæ maiori a frontibus parte quæ uergit in commagenem ſophene,ut diximus copulatur,eiq; Adiabene Aſſyrioꝝ initium.Cuius pars eſt Arbelitis,ubi Dariũ Alexãder debellauit,pxima Syriæ totã eam Macedones Mygdoniã cognominauerũt a ſilĩtudine.Oppida Alexãdria,item Antiochia quã Nyſibim uocãt. Abeſt ab Artaxatis.d.ccl.M.p,Fuit & Ninus ĩpoſita ĩ igni ad ſolis occaſũ ſpectans quondã clariſſima. Reliq̃ uero fronte qua tendit ad Caſpiũ mare Atrapatenæ, ab Armenia Otene regione diſcreta Araxe. Oppidum eius Gazæ ab Artaxatis q̃dringenta quinquaginta.M.p. Totidẽ ab Ecbatanis Medorum quoꝝ pars ſunt Atropatenæ.

Media Caſpiæ.portæ Caucaſiæ. Cap.xiiii.

Ecbatana caput Mediæ eſt Seleucus rex condidit. A Seleucia magna.d.ccl.M.p.a portis uero Caſpiis.xx.M.Reliq̃ Medorũ oppida Phauſya,Aganzua,Apamea,Rhaphane cognominata Cauſa portarum noĩs eadẽ quæ ſupra,interruptis anguſto trãſitu iugii,ita ut uix ſingula meent paluſtra longitudine.viii.M.p.toto ope manufacto.Dextera leuaq; ambuſtis ſimiles impẽdẽt ſcopuli ſitiente tractu per.xxxviii.M.p.anguſtias impedit corriuatus ſalis e cautibus liquor atq; eadẽ emiſſus.Præterea ſerpentiũ multitudo niſi hyeme tranſitum non ſinit.

Gentes circa Hyrcaniũ mare. Cap.xv.

Adiabenis cõnectunt̃ Carduci quondã dicti,nũc Gordiæni præfluente Tigri Hiſpratitæ pareredoni appellati,qui tenẽt Caſpias portas.Iis a latere occurrũt altero deſerta parthiæ & Cythenis iuga.Mox eiuſdem parthiæ amœniſſimus ſitus qui uocat̃ Choara Duæ urbes ibi parthorũ appoſitæ quondã Medis,Caliope,& alia in rupe Iſſatis quõdã.Ipſius uero parthiæ caput Hecatõpylos adeſt a portis.cxxxiii.M.p.Ita parthorũ quoq; regna foribꝰ diſcludunt̃.Egreſſos portis excipit primus gens Caſpica ad littora uſq;,quæ nomen portis & mari dedit. Leua montoſa.Ab ea gẽte retorſus ad Cyrũ amnẽ produnt̃.ccxx.M.p.Ab eodẽ amne ſi ſubeat̃ ad portas.d.cc.M.paſ.Hunc em̃ deinde cardinem Alexandri Magni itinera fecere.Ab iis portis ad Indiæ principium ſtadi.xv.d.clxxx.M.pcedẽdo ad bactra oppidum,quod appellãt Zariaſpa milies tria.M.d.cc.M.Inde ad Iaxartem amnem.v.M.p.

Item aliæ gentes. Cap.xvi.

A Caſpiis ad orientem uerſus regio eſt Zapauortene dicta, & in ea fertilitatis inclytæ locus Dareiũ mons:gentes Tapyri,anariaci,ſtauri,hyrcani,a quoꝝ littoribꝰ idẽ mare hyrcaniũ uocari incipit a flumine ſyderi.Citra id amnes mazeras.Straros, oĩa ex Caucaſo.Sequitur regio margine apricitatis inclytæ,ſola in eo tractu uitifera. Vndiq; incluſa mõtibꝰ amœnis,ambi

tu ſtadioꝝ mille quingẽtorũ, difficilis aditu ꝓpter harenoſas ſolitudines per .cxx. M.p. & ipſa contra Parthiũ tractũ ſita. In qua Alexáder Alexandriã cõdiderat, qua diruta a barbaris, Antiochus Seleuci filius eodẽ loco reſtituit Seleuciã. Nam interfluente Margo qui corriuaẽ in Zotale. Is maluerat illã Antiochiã appellare. Vrbis amplitudo circuitu .lxx. ſtad. In hãc Orodes romanos craſſiana clade captos deduxit. Ab huiꝰ excelſi per iuga caucaſi ꝓtendiẽ ad bactros uſq; gens mardoꝝ fera ſuis iuris. Ab eo tractu gẽtes ochani, chomari, berdrigei, pharmacotrophi, bomarei, coámani, marucæi, mardrieui, iatii. Flumia ♣ mádrũ, cridiuũ. Vltraq; choraſmii, gãdari, attaſini, paricani, ſarágæ, parrhaſini, maratiani, uaſotiani, aorſi, gelæ, quos græci cadufios appellauere, matiani. ♣Mat- drum. Oppidũ heraclea ab Alexádro cõditũ, qđ deĩde ſubuerſũ ac reſtitutũ Antiochꝰ Achaida appellauit. Derbices, quoꝝ medios fines ſecat oxus amnis ortꝰ i lacu oxo. Syrmatę, ✝oxii, tagę, heniochi bateni, ſaraparæ, bactri, quoꝝ oppidũ zariaſpe, qđ poſtea bactꝝ a flumine appellatũ eſt. Gẽs hęc ✝Oxia Oxyſta- gæ. obtinet aduerſa mõtis paropamiſſi, & aduerſus fontes Indi. Includiẽ flumine ocho. Vltra ſogdiani oppidũ páda, & in ultimis eoꝝ finibꝰ alexádria ab alexádro magno cõditũ oppidũ. Arę ibi ſũt ab hercule & libero patre cõſtitutæ. Itẽ cyro & ſemiramide atq; alexádro. Finis oium eoꝝ ductus ab illa parte terrarũ includẽte flumĩe Iaxarte, qđ ſcythæ ſilyn uocãt. Alexáder militeſq; eiꝰ tanain putauere eſſe. Tranſcẽdit eum amnẽ Dæmodamas Seleuci & Antiochi regũ dux, quẽ maxime ſequimur in iis, araſq; Apollini Dydimæo ſtatuit.

Scytharũ gentes. Cap. xvii.

Vltra ſũt ſcythaꝝ populi. Perſæ illos Sacas uniuerſos appellauere a ꝓxima gente. Antiqui arameos. Scythæ ipſi Perſas, chorſaros, & caucaſum montẽ graucaſum, hoc eſt niue candidũ. Multitudo populoꝝ innumera, & quæ cũ Parthis ex æquo degat. Celeberrimi eorum ſacæ, maſſagetæ, dahæ, eſſedones, ariacæ, rhymnici, ♣ pſtithomoti, hiſti edones, camę, camacę, eu ♣Peſici Amot- di. charæ, cotieri, autariani, pilæ, arimaſpi, antea, cacidiri, aſæi, octei. Ibi napei iteriiſſe dicunẽ & apellæi. Nobilia apud eos flumia mádragrẽũ & caſpaſum. Nec in alia parte maiorẽ auctoꝝ inconſtantiam credo ꝓpter innũeras uagaſq; gẽtes. Hauſtũ ipſius maris dulcẽ eſſe & Alex. Magnus ꝓdidit & .M. Varro talẽ prælatũ põpeio iuxta res gerẽti Mithridatico bello, magnitudine haud dubie influentiũ amniũ uicto ſale. Adiicit idem Pompei ductu exploratũ in bactros .vii. diebus ex India peruenri ad Icarũ flumẽ, quod in Oxũ influat. Et ex eo per Caſpiũ in Cyrũ ſubuectos. Et quinq; non amplius diebꝰ terreno itinere ad phaſin in põtũ idicas poſſe deuehi merces. Inſulæ toto eo mari multæ. Vulgata una maxime Tazata. A Caſpio mari ſcythicoq; oceano in eam curſus inflectiẽ ad orientẽ cõuerſa littoꝝ fronte. Inhabitabilis eius pria pars a ſcythico ꝓmõtorio ob niues. Proxima inculta ſæuicia gentiũ, antropophagi ſcythę inſidẽt hũanis corporibus ueſcẽtes. Ideoq; iuxta uaſtæ ſolitudines ferarũq; multitudo haud diſſimilẽ hoium imanitatẽ obſidẽs. Iteꝝ deĩde Scythæ, iterũq; deſerta cũ beluis uſq; ad iugũ incũbens mari qđ uocãt Tabin. Nec ante dimidiã ferme lõgitudinẽ eius oræ q̃ ſpectat æſtiuũ orientẽ inhabitaẽ illa regio. Primi ſunt hoium q̃ noſcanẽ, ſeres lanitio ſyluaꝝ nobiles, pfuſam aqua depectẽtes frondiũ caniciem. Vnde geminus fœminis noſtris labor redordiẽdi fila, rurſumq; texendi tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona trãſluceat. Seres mites quidẽ, ſed & ipſis feris pſimiles. Cœtum reliquoꝝ mortaliũ fugiũt, cũ cõmercia expectant. Primũ eoꝝ noſciẽ flumen Pſitaras, proximũ Carabi, tertiũ Lanos, a quo ꝓmõtoriũ, Chryſeſinꝰ, Cytnaba flumẽ, Attanos ſinus. Et gẽs hoium Attacoruꝫ apricis ab oĩ noxio afflatu ſecluſa collibꝰ, eadẽ qua hyperborei degũt tẽperie. De iis priuatim cõdidit uolumẽ Amometꝰ, ſicut Hecatæus de hypboreis. Ab attacoris gẽtes Vnni & thoeari & iã Indoꝝ caſiri introrſus ad ſcythas uerſi hũanis corpibꝰ ueſcunẽ. Nomades quoq; Indiæ uaganẽ. Sũt qui ab aqlone cõtingi ab ipſis & cyconas dixere, & bryſanos. Sed inde (ut plane conſentiũt oẽs) emodi mõtes aſſurgũt. Indorũq; gens incipit nõ eo rantũ mari adiacẽs, ueꝝ & a meridiano qđ indicũ appellauimꝰ q̃q; pars oriẽti aduerſa recto ꝓtendiẽ ſpacio ad flexũ & initium Indici maris .xviii. lxxv. M. paſ. colligit. Deinde qua flectiẽ in meridiẽ .xxiiii. lxxv. M. paſ. ut Eratoſthenes tradit uſq; ad Indũ qui eſt ab occidente finis Indiæ. Cõplures aũt totã ipſius longitudinẽ .xl. dieꝝ noctiũq; uelifico nauiũ curſu determinauere. Et a ſeptẽtriõe ad meridiẽ .xxviii. l. M. ſpa. Agrippa lõgitudinis .xxxiii. M. Latitudinis .xxiii. M. prodidit. Poſſidoniꝰ ab æſtiuo ſolis ortu ad Hybernũ exortum metatus eſt. Eam aduerſam galliæ ſtatuẽs, quã ab occidẽte æſtiuo ad occidentem hibernum metebaẽ totã a Fauonio. Itaq; obuerſam eius uenti afflatu iuuari Indiã, ſalubreq; fieri haud dubia rõne docuit. Alia illiꝰ cœli facies. Alii ſyderũ ortus. Binæ meſſes i ãno. Binæ æſtates media

inter illas hyeme Eteſiaꝝ flatu. Noſtra uero brumali. Lenes ibi auræ. Mare nauigabile. Gẽtes & urbes innumerabiles, ſiqꝫ oẽs ꝓſequi uelit. Etenĩ patefacta eſt non modo Alexãdri Magni armis regũqꝫ qui ei ſucceſſere, circũuectis etiã in Hyrcanũ mare & Caſpium Seleuco & Antiocho præfectoqꝫ claſſis eorum Patrocle. Verum & aliis auctoribus græcis qui cum regibus Indicis morati ſunt, ſicut Megaſthenes, & Dionyſius a Philadelpho miſſus, ex ea cauſa uires quoqꝫ gentiũ ꝓdidere. Non tñ deeſt diligẽtiæ locus, adeo diuerſa & incredibilia tradunt. Alexãdri Magni comites in eo tractu Indiæ quẽ ſubegerãt ſcripſerũt. v. M. oppidoꝝ fuiſſe, nullũ Co min⁹ gẽtiũ. ix. Indiãqꝫ tertiã partẽ eẽ terraꝝ oĩum, multitudinẽ gentiũ innumeram ꝓbabili ſane ratione. Indi enim prope gentiũ ſoli nunq̃ emigrauere finibus ſuis. Colligunt a Libero patre ad Alexãdrũ Magnum reges eoꝝ. cliii. ãnis. vi. M. ccccii. adiiciũt & mẽſes tres. Amniũ mira uaſtitas. Prodit Alexãdrũ Magnũ nullo die min⁹ ſtadia. cccccc. nauigaſſe in Indo, nec potuiſſe ante mẽſes. v. enauigare adiectis paucis dieb⁹, & tamẽ minorẽ Gange eſſe cõſtat. Seneca etiã apud nos Megaſthenes tẽtata Indiæ commentatiõe. lx. amnes eius ꝑdidit. Gentes duodeuiginti centũqꝫ. Par labor ſit mõres enũerare. Iungunt iter ſe Imaus, Hemodus, Parapamiſſus, ✣Caucaſus. P. A. R. qbus tota decurrit in planiciem immẽſam & ægito ſimilẽ. Verũ ut terrena demõſtratio intelligatur. Alexãdri Magni ueſtigiis inſiſtamus. Diognetus & Beton iterum eius menſores ſcripſere a portis Caſpiis Hecatompylon Parthorũ quot diximus milia eſſe. Inde Alexandriã Arion, quã urbem is rex condidit. d. lxxv. M. Inde ad Prophthaſiã Drangarũ. cxcix. M. Inde ad Arachoſioꝝ oppidũ. d. xv. M. Inde Orthoſpanũ. ccl. M. Inde Alexãdri oppidũ. l. M. in qbuſdã exẽplarib⁹ diuerſi numeri reperiunt. Hanc urbẽ ſub ipſo Caucaſo eſſe poſitã. Ab ea ad flumẽ Chepta, & oppidũ Indorũ Peucolaitin. ccxxvii. M. Inde ad flumen Indum oppidum Taxilla. lx. M. ad Hyſtaſpen fluuium clarũ. cxx. M. ad Hypaſin nõ ignobiliorẽ. lxix. cccxc. M. qui fuit Alexãdri, itinerũ terminus, exuperato tamẽ amne Ariſqꝫ in aduerſa ripa dicatis Epiſtolæ quoqꝫ regis ipſius cõſentiũt his. Reliq̃ inde Seleuco Nicanori peragrata ſunt ad Heſidrũ. clxviii. M. *Iomanẽ amnẽ tantũmodo. Exẽplaria aliqua adiiciunt. v. M. paſ. Inde ad Gãgen. cxii. M. ad Rhodapham. clxix. M. Alii. ccc. M. xxv. M. in hoc ſpacio ꝓdũt ad Calinipaxa oppidum. clxvii. d. alii. cclxv. M. Inde ad cõfluẽtẽ Iomanis amnis & Gangis. d. cxxv. M. Plæriqꝫ adiiciũt. xiii. M. ad oppidũqꝫ Palibotra. ccccxxv. Ad oſtium Gangis. d. cxxxviii. M. d. gentes quas morare non pigeat a montibus Hemodis, quorum promõtorium Hymaus uocatur, incolaꝝ lingua niuoſum ſignificãte, Iſari, Coſyri, Izgi, & per iuga Chiſiotoſagi multarũqꝫ gentiũ cognomen Brachmanæ, quoꝝ Macco Calignæ flumina Pumas & Cainas, qđ in Gangẽ influit ambo nauigabilia. Gẽtes Calignæ ꝓximæ mari, & ſupra mãdei, malli, quoꝝ mõs Mallus, tractuſqꝫ eius finis Gãges.

✣Parnetus uł caucaſi partes.

* Diamunem

Fluuius Ganges. Cap. xviii.

HVnc alii in certis fontibus ut Nilũ rigantẽqꝫ uicina eodẽ modo, alii in ſcythicis mõtibus naſci dixerũt. Influere in eũ. xix. amnes. Ex iis nauigabiles ꝑter iã dictos Canuchã, uamã, Erranoboã, coſoagũ, Sonũ. Alii cũ magno fragore ipſius ſtatim fontis erũpere, deiectũqꝫ per ſcopuloſa & abrupta ubi primum molles planities contingat in quodam lacu hoſpitari, inde lenẽ fluere ubi minimũ. viii. M. p. latitudĩe, ubi modicũ ſtadioꝝ. c. Altitudĩe nuſq̃ minore paſ. xx.

Gentes Indiæ. Cap. xix.

NOuiſſimæ gẽtes gãdaridũ, calingaꝝ. Regio ꝑtalis uocat. Regi. lxx. M. peditũ, eqtes. M. elephanti. d. cc. in ꝓcinctu belloꝝ excubãt. Nãqꝫ uita mitioribus populis Indorũ multi partita degit. Alii tellurẽ exercẽt, militiã alii capeſſunt, merces, alii ſuas euehũt res externas inuehũt, res publicas optimi ditiſſimiqꝫ tẽperant. Iudicia reddũt. Regibus aſſidẽt. Quintũ gen⁹ celebratæ illic & ꝓpe in religionẽ uerſæ ſapiẽtiæ deditũ, uolũtaria ſemꝑ morte uitã accẽſo pri⁹ rogo finit. Vnũ ſup hoc eſt ſemiſerũ ac plenũ laboris imenſi, a quo ſupradicta cõtinent uenãdi elephantes, domãdiqꝫ. Iis arãt, Iis inuehũt. Hæc maxime nouere pecuaria. Iis dimicãt. militantqꝫ pro finibus. Delectũ in belua uires & ætas atqꝫ magnitudo faciunt. Inſula in Gange eſt magnę amplitudis gẽtẽ cõtinẽs unã modogalicã noĩe. Vltra ſiti ſũt modubæ Molindæ. Vberæ cũ oppido eiuſdẽ nois magnifico modroeſi, ꝓti, caliſſe, ſaluri, paſſalæ, colubæ, orzulæ abali taluctę. Rex hoꝝ peditũ. l. milia, equitũ. iii. M. elephãtoꝝ. cccc. in armis habet. Validior deĩde gens Andarę plurimis uicis. xxx. oppidis, quæ muris turribuſqꝫ muniunt. Regi ꝓbet peditũ. c. M. equitum. ii. M. elephantos mille. Fertiliſſimi ſunt auri Dardæ, Setæ uero argẽti. Sed oĩum ĩ India ꝓpe non modo in hoc tractu potentiã claritatẽqꝫ añcedũt. Praſi ampliſſima urbe ditiſſimaqꝫ Palybotra. Vñ quidã ipſam

gentem

gentem palybotros uocant, imo uero tractũ uniuerſum a Gange. Rege eorũ peditũ ſexcenta. M. equitũ xxx. M. elephantorũ. ix. M. per oẽs dies ſtipendiant. Vnde coniectatio ingens opũ eſt, Ab iis in interiore ſitu Monedes & ✤Suari, quorũ mons Maleus in quo umbræ ad ſeptẽtrionẽ cadũt hyeme, æſtate in Auſtrũ per ſenos menſes. Septẽtriones eo in tractu ſemel in anno apparere, nec niſi. xv. diebus. Beton auctur eſt. Hoc idẽ pluribus locis Indiæ fieri Megaſthenes. Auſtrinũ polum Indi Dramaſa uocãt. Amnis Iomanes per Gangẽ & Palybotros decurrit. Inter oppida Methora & Cyriſo Borea. A Gange uerſa ad meridiẽ plaga tinguntur ſole populi iam quidẽ infecti, nondũ tamẽ æthiopũ modo exuſti, quantũ ad Indũ accedunt, tantũ colore præferunt ſydus. Ind⁹ ſtatim a Praſiorum gente quorũ in mõtanis Pygmæi traduntur. Artemidorus inter duos amnes. xxi. M. paſ. intereſſe tradit.

✤Oretes.

Indus fluuius. Cap. xx.

INdus Sandus ab incolis appellatus in Iugo Caucaſi mõtis quod uocat Paropamiſus aduerſus ſolis ortũ effuſus, & ipſe undeuiginti recipit amnes. Sed clariſſimos Hyſtaſpen quattuor alios efferentẽ, Cantabram tres. Per ſe uero nauigabiles Acesinũ & Hypaſin, quadam tamen aquarũ modeſtia nuſq̃ latior quinquaginta ſtad. aut altior. xv. paſ. ampliſſimã inſulam efficiens, quæ Praſiane nominatur, & aliam minorem quæ patale. Ipſe per. xii. xl. paſ. pauciſſimis auctorib⁹ nauigatus, & quodã ſolis comitatu in occaſum uerſus oceano infunditur. Menſurã in ora ad eum ponam ut inuenio generatim, quanq̃ inter ſe nullæ congruãt. Ab oſtio gangis ad ꝓmõtorium Calingon, & oppidũ Dãdagula. d. ccxxv. M. paſ. Ad Tropina. xii. M. xxv. Ad Perimulæ promontoriũ ubi eſt celeberrimũ Indiæ emporiũ. decl. ad oppidũ in inſula quam ſupradiximus patalã. d. ccx. M. paſ. Gentes montanæ inter eum & Iomanem Ceſi, Cetriboni ſyluestres. Deinde Megale quorum regi qngenti elephanti, peditũ & equitũ nũerus incertus. Chryſei, Paraſange, Aſangi, Tigri fera ſcatẽtes. Armant peditũ. xxx. M. elephantos. ccc. equites. d. ccc. Hos includit Ind⁹ montiũ corona circũdatos & ſolitudinib⁹, dcxxv. M. Infra ſolitudĩes dari Suræ. Iterũq; ſolitudĩes per. clxxxvii. M. p. plærũq; harenis ambiẽtibus haud alio modo q̃ inſulas mari, infra deſerta hæc Maltecoræ, Singæ, Marohæ, Rarungæ, Moruntes & Maſuæ. Pangũgæ, Ialii. Hi montiũ qui ꝑpetuo tractu oceani orã tenẽt, incolæ, liberi, & regũ expertes multis urbibus mõtanos obtinẽt colles. Narcæ deinde quos claudit mons altiſſimus Indicorũ capitalia. Huius incolæ alio latere late auri & argẽti mettalla fodiũt. Ab iis oratutæ. Quorũ regi elephanti quidẽ. x. M. Sed amplæ uires peditũ, Varetatæ qui ſub rege elephãtos nõ alunt fiducia equitũ peditũq;. Odomboeræ, Salabaſtræ Horatæ urbe pulchra foſſis paluſtribus munita, per quas crocodili humani corpis auidiſſimi aditum niſi ponte non dant. Et aliud apud illos laudatur oppidũ Automela impoſitũ littori quinq; amnium in unum confluente concurſu emporio nobili. Regi eorum elephantos. M. dc. peditum. cl. equitũ quinq;. Pauperior Charmarum rex elephantos. lx. paruaſq; reliquas uires habet. Ab iis gens Pandeſola Indorũ regnata fœminis. Vnã Herculi ſexus eius genitã ferũt, ob idq; gratiorẽ regno donatam præcipuo. Ab ea deducẽtis originẽ imperitãt. ccc. oppidis, peditũ. cl. M. elephantis quingẽtis. Poſt hãc trecentaꝝ urbiũ Syrieni, Derangæ, Poſingæ, Buzæ, Gogiarei, umbræ, Nereæ, Bramcuſi, nobũdæ, cocõdę, neſei, pedatritæ. ſalobriaſę, oloſtræ. patalã iſulã attigẽtes, a cui⁹ extrẽo littore ad caſpias portas. xviii. xxv. M. ꝓdũt. Hĩc deiñ accolũt Indũ aduerſus eos euidẽti demõſtratione amatæ, boligæ, gallitalutæ, dimuri, megari, ordabę, meſæ, Ab his Vri, ſylẽi. Mox deſerta. i. ccl. M. paſ. Quibus exupatis organagæ, abaortæ, ſibaræ, ſuertæ, & ab iis ſolitudines prioribus pares. Dein ſarophages, ſorgæ, baraomatę, gũbritæq;, quoꝝ. xii. natiões ſinglĩſq; binæ urbes. Aſeni triũ urbiũ incolæ. Caput eoꝝ bucephala Alexãdri regis equo: cui fuerat hoc nomẽ ibi ſepulto conditum. Mutani ſuper hos Caucaſo ſubiecti. Soleadæ, ſondræ, trangreſſiſq; Indũ, & cũ eo decurrentibus ſamarabriæ, ſambraceni, briſabritæ, ✝orſiãdi, xeni, taxile cũ urbe celebri. Iam ĩ plana demiſſo tractu cui uniuerſo nomẽ Amãdræ. Populi q̃ttuor Peucolaitæ, Arſagalitę, Geretę, Aſoi. Etẽm plerĩq; ab occidẽte non Indo amne determinant, ſed adiiciũt q̃ttuor Satrapias, Gedroſos, Arachotas, Arios, Paropamiſſadas.

✝Orſii.
⁎Antixeni.

Arii & iunctę gentes. Cap. xxi.

VLtimo fine Cophetę fluuio, q̃ oĩa Ariorum eſſe aliis placet. Necnon & niſam urbem plerĩq; Indię aſcribũt, montẽq; merum Libero patri ſacrum. Vnde origo fabulę Iouis fœminę editum. Item Aſpagonas gentẽ uitis & lauri & Buxi pomorũq; omniũ in grecia naſcentiũ fertilem. Quę memorãda & ꝓpe fabuloſa de fertilitate terrę ac genere frugũ arborumq; aut ferarum aut uolucrũ & aliorũ animaliũ tradunt, ſuis quęq; locis in reliqua pte operis cõmemorabũ.

tur.Quattuor uero Sattapiæ mox paulo ad Taprobanã inſulã feſtinãte aio.Sed ante ſũt aliæ patalæ q̃ ſignificauimꝰ i ipſis faucibꝰ Indi triq̃tra figura.ccxx.M.p.latitudie.Extra oſtiũ Indi,Chryſæ,& Argyræ fertiles metallis ut credo.Nã quod aliqui tradidere aureũ argenteũq; iis ſolum eſſe facile crediderim.Ab iis.xx.M.paſ.Crocole. Ab ea. xii.M.paſ.Bibaga Oſtreis & cõchiliis referta. Deinde Toralliba.ix.M.paſ.a ſupradicta,multæq; ignobiles.

Taprobane inſula. Cap.xxii.

TAprobanẽ alterũ orbem terrarũ eſſe diu exiſtimatũ eſt Antichthonum appellatione. Vt liqueret inſulam eſſe Alexãdri Magni ætas reſq; præſtitere.Oneſicritus claſſis eius præfectus elephantos ibi maiores bellicoſioreſq; q̃ in India gigni ſcripſit. Megaſthenes flumine diuidi,incolaſq; Palæogones appellari,auri margaritarumq; grãdium fertiliores q̃ Indos.Eratoſthenes & menſuram prodidit longitudis.vii.M.ſtad.Latitudine.v.M.nec urbes eſſe, ſed uicos ſeptingẽtos.Incipit ab Eoo mari inter ortũ occaſumq; ſolis Indiæ ꝑtenta & quõdã credita.xx.dieꝝ nauigatiõe a Praſiana gẽte diſtare,mox qa papyraceis nauibꝰ armamẽtiſq; Nili peteref ad noſtraꝝ nauium curſus.vii.dierũ interuallo taxato,Mare intereſt uadoſum,Seuis non amplius altitudinẽ paſſibus,ſed certis canalibus adeo ꝓfundũ ut nullæ anchoræ fidant,ob id nauibus utrinq; proræ ne per anguſtias aluei circũagi ſit neceſſe,Sideꝝ in nauigãdo nulla obſeruatio. Septẽtrio non cernif,ſed uolucres ſecũ uehũt emittens ſæpiꝰ,meatũq; earũ terras petentium comitanf. Nec pluſq̃ ternis mẽſibus in anno nauigãt.Cauẽt a ſolſtitio maxie.c.dies tunc illo mari hyberno . Hactenus priſcis memorata,nobis diligẽtior notitia Claudii principatu cõtingit.Legatis ẽt ex inſula aduectis.Ibi accidit hoc modo Annii Plocanii qui maris rubri uectigal a fiſco redemerat libertꝰ circa Arabiã nauigãs aqlonibꝰ raptus ꝑter Carmaniã.xv.die hippuros portum eius inuectus hoſpitali regis clementia ſex menſium tempore imbutus alloquio percontanti,poſtea enarrauit Romanos & Cæſarem mirũ immodũ in auditis iuſticia ille ſuſpexit,ꝙ pares pondere denarii eſſent in captiua pecunia,cũ diuerſæ imagines indicarent a pluribꝰ factos.Et hoc maxie ſollicitatꝰ ad amicitiã legatos quattuor miſit principe eoꝝ Rachia.Et iis cognitũ.d.eſſe oppida.portum contra meridiem appoſitum oppido Paleſimundo omniũ ubi clariſſimo ac regia.cc.paſ.Lebis ſtagnum intus Megiſba.cclxxv.M.paſ.ambitu,inſulas pabuli tantum fertiles complexum . Et ex eo duo amnes erũpere Paleſimundũ iuxta oppidum eiuſdem nominis influentem in portum tribus alueis. v.ſtadiorũ arctiſſimo.xv.ampliſſimo,Alteꝝ ad ſeptẽtrionem Indiamq; uerſus Cydara nomine Proximũ eſſe Indiæ promontoriũ,quod uocaf Colaicũ quatridui nauigatione,medio incurſu ſolis inſula incurrẽte.Mare id colore peruiridi,ꝑterea fruticoſum arboribꝰ Iubas eaꝝ gubernaculis deterrẽtibus.Septẽtriones uergiliaſq; apud nos ueluti in nouo cœlo mirabanf.Lunã quidem apud ipſos nõ niſi ab octaua ad.xv.ſupra terram aſpici fatentes.Canopũ lucere noctibus ſydus ingens & clarũ.Sed maxime mirũ iis erat umbras ſuas in noſtrum cœlum cadere,non in ſuum, ſolem a leua oriri,& in dextera occidere potiusq̃ e diuerſo,Idem narrauere latus inſulæ quod ꝑtenderet Indiæ.x.M.ſtad.eſſe ab oriente hyberno ultra montes Emodos.Seras quoq; ab ipſis aſpici,notos ẽt cõmertio patrem Mabaciẽ cõmeaſſe eo aduenis ibi feras occurſare.Ipſos uero excedere hominũ magnitudinem,rutilis comis,ceruleis oculis,oris ſono truci nulli commercio linguæ. Cætera eadem quæ noſtri negociatores,Luminis ulteriore ripa merces poſitas iuxta uenalia tolli ab his ſi placeat permutatio nõ aliter odio triſtiore luxuriæ q̃ ſi perducta mens illuc uſq; cogitet quid & qđ petaf & q̃re.Sed ne Taprobane qdem q̃uis extra orbem a natura relegata noſtris uitiis caret, aurũ argentũq; & ibi in ꝑcio.Marmor teſtudis ſimile.Gẽmæ margaritæq; in honore multo præſtantiores.Et totus luxuriæ noſtræ cumulus,ipoꝝ opes maiores eſſe dicebant,ſed apud nos opulentiæ maiorẽ uſum.Seruũ nemini.Ne in diẽ aut interdiu ſomnũ.Aedificia modice ab humo extantia.Annonã nunq̃ augeri.Nõ fora liteſue eſſe.Coli Herculẽ.Eligi regẽ a pp̄lo ſenecta clementiaq; liberos nõ habẽtẽ,& ſi poſtea gignat abdicari,ne fiat hæreditariũ regnũ.Rectores ei a populo.xxx.dari,nec niſi pluriũ ſententia quenq̃ capite damnari,ſic quoq; appellationẽ eſſe ad populũ lxx.iudices dari,ſi liberẽt ii reũ amplius.xxx.iis nullũ eſſe dignationẽ grauiſſimo ꝓbro. Regi cultum,Liberi patris,cæteris Arabũ Regẽ ſi quid delinquat morte mulctari nullo interimente, ſed auerſantibus cũctis & cõmertia etiã ſermonis negãtibꝰ.Feſta uenatiõe abſumi,Gratiſſimam eã tigrihus elephantiſq; cõſtãre.Agros diligẽter coli:Pomis abũdate.Eſſe i piſcatu uoluptatẽ,teſtudinũ maxie,quarũ ſupficie familias habitantiũ cõtegi tanta reperiri magnitudie.Vitam hoium cẽ

tum annis modicā.Hæc comperta de Taprobane.Quartnor Satrapiæ quas in hunc locum diſtulimus ita ſe habent. Capiſſenæ.Dariti,Carmania. Cap.xxiii.

A Proximis Indo gentibns montana capiſſenæ habent.Capiſſam urbem,quam diruit Cyrus Arachoſia eū oppido & flumine eiuſdem noīe,quod quidam Cophen dixere a Semiramide conditum.Amnis Hermādns præfluens per Abeſten arachoſiorū.Proxíos iis a meridie ad parté arachotaꝝ faciūt gedroſos,& ſeptenrrīōe parapamiſſadas.Cartana opidū ſub caucaſo,qđ poſtea cecrogonis dictū.Hæc regio eſt ex aduerſo bactrianoꝝ,Deiñ eiꝰ oppidū Alaxandria a cōditore dictū.Syndraci,daugalæ.parapianæ,cātaces,magi.Ad caucaſū cadruſi oppidū ab alexādro cōditum.Infra hæc oīa ora arabindo.Ariana regio ambuſta feruoribꝰ,deſertiſq; circūdara,Multa tñ iterfuſa opacitate cultores cōgregat circa duos maxīe fluuios Tōderon & Aroſapé.Oppidū Artacacna,arius amnis,qui ꝑflit Alexandriā ab Alexandro cōditam Patet oppidū ſtad.xxx.multoq; pulchrius(ſicut ✤ Acticinius tradit)Artacabāe ✝ Ité ab Antiocho munirū ſtad.l.Deiñ doriſci gens.Amnes pharnacotis,oppradus.prophthaſia.Oppidū Zaraſparū, drangæ,argetæ,zarangæ, gedruſi,Oppida peucolais,lymphorta,methorieū,deſerta.Amnis manain. Augurtiri gens.Flum born.Genſurbi flumen nauigabile ponamus pandoꝝ finibus.Ité caberon ſoraꝝ oſtio portuoſus Oppidū cōdrigrāma.Flumé cophes influūt ī eū nauigabilia Sadarus,paroſpus,Sodinus. Arianæ parté eſſe dararin aliq uolūt,mēſuramq; produnt,utriuſq;lōgitudine.xix.l.M.paſſuū.Latitudie dimidio minorem q̃ Indię.Alii gedruſos & ſyros poſuere per. clxxxiiii.M.paſ.Mox Ichthiophagos, Oritas ꝓpria nō Indorū lingua loquentes per.cc.M.paſ. inde poſuere arbioꝝ genté p.cc.mil.pa. Ichthiophagos oēs Alexander uetuit piſcibus uiuere.Vltra deſerta deinde carmania,ac perſi atq; arabia.Sed priuſq̃ hæc generatim pſequamur, indicare cōuenit q̃ ꝓdit Oneſicritus claſſe Alexandri circūuectus in mediterranea perſidis & indiæ narrata ꝓxime a Iuba.Deiñ eam nauigationé q̃ his amnis coperta ſeruat̃ hodie.Oneſicriti & Nearchi nauigatione nec noīa haber māſinū nec ſpacia Primū Xylenopolis ab Alexādro cōdita unde cœperūt exordiū.Iuxta quod flumen aut ibi fuerit non ſatis explanat̃. Hæc tñ digna memoratu produnt̃,ab iis oppidū a Nearcho coditum ī nauigatiōe ea Flumen Nabrū nauiū capax cōtra inſulā diſtans.lxx.ſtad.Alexandria cōdita a Leonato iuſſu Alexandri in finibus gētis.Argenuꝰ portu ſalubris.Flumé tuberū nauigabile,circa qđ parirę.Deinde Ichthiophagi tam longo tractu,ut.xx.dierum ſpacio nauigauerint inſulā,q̃ ſolis appellat̃:& eadé cubile nympharū rubés,in qua nullū nō aīal abſumit̃ īcertis cauſis·Origens,flumé Carmaniæ Hytanis portuoſum & auro fertile.Ab eo primum ſeptétriōes apparuiſſe adnotauere. Arcturum nec oīnibus cerni noctibus,nec totis unq̃.Archemenide uſq; illo tenuiſſe.Aeris & ferri metalla & arſenici & minii exercere.Inde ꝓmontorium Carmanię eſt.Ex quo ī aduerſo ora ad gétem arabię Maeas traiectus diſtat.l.M.p,Inſulę tres quarū organa tantū habitat̃ a Coſa a continenti.xxy.M.paſ.inſulæ q̃rtuor intimo in ſinu ante perſida.Circa has Hydri marini uicenū cubitorū adnatantes terruere claſſem,inſula acrotadus,ité gauratæ ī quibꝰ chiōa gens. Flumé hyppetis in medio ſinu Perſico onerariaꝝ nauiū capax.Flumé Sitiogagus,quo Paſargadas ſeptīo die nauigat̃.Flumen nauigabile phirſtimus,inſula ſine noīe.Flumé granius modicaꝝ nauiū capax p ſuſianem fluit.Dextra eius accolūt Deximontani,q bitumen perficiūt.Flumé ✝ Zarotis oſtio difficili niſi peritis,inſulæ duæ paruę,inde uadoſa nauigario paluſtri ſimilis.Per euripos tñ quoſdā peragitur.Oſtium Euphratis. Lacꝰ qué faciūt Eulæꝰ & Tigris iuxta characé,Inde Tigri ſuſa . Feſtos dies ibi agentem Alexandrū inuenerūt.vii.menſe poſtq̃ digreſſus ab is fuerit patalis tertio nauigationis.Sic Alexādri claſſis nauigauit,poſtea aſyagro Arabię ꝓmōtorio patalen Fauonio quem Hypalū ibi uocant peti certiſſimū uidebat̃.xiii.M.xxxii.p.æſtimatione.Secura uero ætas ꝓpioré curſum tutiorem indicauit,ſi ab eodem ꝓmontorio Zizerum amnem portū Indię peteret. Diuq; ita nauigatū eſt,donec cōpendia inuenit mercator,lucroq; India admota eſt.Quippe omnibꝰannis nauigat̃ ſagittariorū cohortibus īpoſitis.Etení pyratæ maxīe īfeſtabāt.Nec pigebit totū curſum ab ægypto exponere nunc primū certa notitia pateſcente.Digna res nullo anno minꝰ ✤ hic quinquageſimus impii nři exhauriente India & merces remittēte,q̃ apud nos centuplicato ueneant. Mille millibus paſ.ab Alexandria abeſt oppidū Heliopolis.Inde nauigāt Nilo Coptu.ccciii.M.p. qui curſus eteſiis flantibꝰ pagitur. xv.diebus. A Copto camelis itur aquationum ratione māſionibꝰ diſpoſitis, Prima appellat̃ ✝ hydreū.xxxii.Secūda ī mōte diei itinere.Tertia ī altero hydreumate a Copto.xcy.Deiñ ī mōte Mox ad hydreū Apollonis a copto,clxxxiiii.M.pa.Rurſus ī mōte

✤ Antiquitus. ✝ Iterū.

✝ Oroatis.

✤ HS quinquagétis .M.

✝ Hidreuma

Mox ad nonū hydreū a copto ccxxxiii.p.Eſt & aliud hydreū uetus.Troglodyticū noiaſ,ubi pſidium excubat diuerticulo duū miliū.Diſtat a nouo hydreumate quattuor.M.p.Inde Bæreniçe oppidum ubi portus rubri maris Copto celviii.paſ.Sed qa maior pars itineris conficitur noctib⁹ ꝓpter æſtus,& ſtatim die abſumunſ totū a Copto Bærenicē iter duodecimo cōficiſ die.Nauigare incipiūt æſtate media ante canis ortū,aut ab exortu ꝓtin⁹.Veniūtq; circiter.xxx.die Ocelin Arabiæ,aut Canan thuriferæ regionis.Eſt & tertius portus,q uocaſ muſa, quē indica nauigatio nō petit,nec niſi thuris adorūq; arabicorū mercatores.Int⁹ oppida regia ei⁹.unū appellaſ ✣ſaphar, aliudq; Sabæ,Indos aūt petētib⁹ utiliſſimū eſt ab oceli egredi.Inde uento Hipalo nauigāt dieb⁹ .xl.ad primū emporiū Indiæ.Muzirū nō expetendū pp uicinos pyratas q obtinent locum nomīe hydras,neq; eſt abundans mercib⁹.Præterea longe a terra abeſt nauiū ſtatio,lyntribuſq; efferūſ onera quæ gerunſ.Regnabat ibi cū ꝓderem hæc Celebothras.Alius utilior port⁹ gentis Necanidon,q uocaſ Becare.Ibi regnat Paridion,longe ab emporio mediterraneo diſtante oppido qd'uocaſ Moduſa.Regio aūt ex qua piper monoxylis lyntribus Baracē conuehiſ uocaſ Cottonara,q oīa gētiū portum ue aut oppidorum nomina apud neminem priorum inueniuntur.Quo apparet mutari locorū ſtatus.Ex India renauigant menſe ægypto Tybi incipiēte noſtro decēbri,aut utiq; Mechiris ægypti intra diem ſextū,qd' fit itra idus Ian.noſtras.Ita euenit ut eodē anno remeēt.Nauigant aūt ex India uēto uulturno,& cū intrauere rubrū mare.Africo uľ auſtro. Nūc reuertemur ad ꝓpoſitum.Carmaniæ orā patere duodecies.l.M.p.Nearchus ſcripſit. Ab initio eius ad flumen Sabin.c.M.paſ.Inde uineas coli & arua.Flumē Andanin.xxv.mil.ſpacio.Regio uocatur Armuri. Oppida Carmaniæ Zetis,Alexandriæ.Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras, quod rubrum dixere noſtri,græcia erythreum a rege Erythreo,aut ut aliis ſolis repercuſſu talē reddi colorem exiſtimantes.Alii ab harena terraq;.Alii tali aquæ ipſius natura.

Saua. (margin note)

Sinus Perſicus & Arabicus. Ca. xxiiii.

SEd in duos diuidiſ ſinus.Is qui ab oriente eſt perſicus appellaſ.xxv.mil.paſ.circuitu,at Eratoſthenes tradit.Ex aduerſo eſt Arabia,cuius.xii.mil.p.eſt lōgitudo.Rurſus altero ambiſ ſinu Arabico noīato,oceanum q influit Azaniū appellant.Perſicū introitū.v.mil.paſ.latitudinis, alii quattuor fecerunt.Ab eo ad itimum recto curſu.xi.M.xxv.propemodum conſtat eſſe & ſitum eius humani capitis effigie.Oneſicritus & Nearch⁹ ab Indo amne in ſinum perſicum,atq; illinc babylonem ab Euphratis paludib⁹ ſcripſerunt.xxv.mil.paſ.eſſe,in Germaniæ angulo ſunt Chelonophagi teſtudinum ſupficie,caſas tegentes,carne ueſcentes.A flumine Arbi promontorium ipſum inhabitant,præter capita toto corpore hirti,coriiſq; piſcium ueſtiti.

✱Socaicādros ✣Aſthoidis (margin notes)

Caſeandrus inſula,Parthorum regna. Cap.xxv.

AB horum tractu Indiā uerſus ✱Caſcādrus deſerta inſula in oceano mil.p.tradiſ,iuxta eā freto influente ✣Stoidis q̄ſtuoſa margaritis a ꝓmōtorio.Carmanis iūgunſ Armozei.Quidā interponunt arbios ceccxii.p.toto littore.Ibi portus macedonū.& aræ Alexandri in promontorio amnes Saganos dein Daras & ſalſus.Ab eo ꝓmontoriū Themiſteas:inſula aphrodiſias habitaſ ide Perſidis initiū ad flumē Oroati,quo diuidiſ ab Elimaide.Cōtra Perſidē iſulæ philos caſādra aracia cū mōte ꝓalto Neptūo ſacra,ipſa Perſis aduerſus occaſū ſita obtinet littora d.l.M. paſ.etiam in luxum diues ī Parthorum iam pridem tranſlata nomen.Horum de imperio nūc paucis.Regna parthorū duodeuiginti ſunt oīa,ita eīn diuidūt ꝓuīcias circa duo ut diximus maria,rubrū a meridie,hircanū a ſeptētriōe.Ex iis xi.q̄ ſupiora dicūtur icipiūt a cōfinio armeniæ, caſpiiſq; littorib⁹ ꝑtinent ad Scythas,cum qbus ex æquo degūt.Reliq̄ vii.regna īferiora appellanſ.Quod ad Parthos attinet,ſemp fuit Parthia in radicibus mōtiū ſæpius dictorū,q oēs eas gentes ꝑtexūt. Hn̄t ab ortu Arios,a meridie carmāia & ariāos,ab occaſu ꝓratitas medas,a ſeptētriōe hyrcanos. Vndiq; deſertis ciʼcta.Vlteriores Parthi nomades appellāſ.Citra deſerta , ab occaſu urbes eoꝝ,q̄s dixi⁹ Iſſatis & Calliope,ab oriente æſtiuo Europum,ab Hyberno mania,ī medio Hecatōpylos.Arſacia regio Neſça Parthyæne nobiles,ubi Alexandropolis a conditore.

✣Hiſpratitas. (margin note)

Media,Meſopotamia,Babylon,Seleucia. Ca.xxvi.

NEceſſariū eſt in hoc loco ſignate & Medorum ſitū,terrarū q; circunagere ad perſicum mare,quo facilius deinde reliqua noſcanſ.Nanq; media ab occaſu traſuerſa oblique Parthiæ occurrēs utraq; regna includit.Habet ipſa ab ortu caſpios & parthos,at meridie ſittacenē & ſuſianē & perſida,ab occaſu adiabenē, a ſeptētrione armeniā,Perſæ rubrū mare ſp accoluere , ꝓpter quod

pter qđ is ſinus Perſicus uocat̃.Regio ibi maritima,cyropolis.Quia uero iṗa ſubit ad Medos Elimais Megala appellat̃ locus arduo mōtis aſcēſu p gradꝰ ītroitu anguſto ad Perſopolin caput regni dirutā ab Alexādro.Præterea habet in extremis finibꝰ Laodiceā ab Antiocho cōditā.Inde ad orientē magi obtinēt Paſſargada caſtellū,in quo Cyri ſepulchrū eſt,& horū Agabatana oppidū trāſlatū ab Dario rege ad mōtes.Inter Parthos & Arianos excurrūt Parætacenæ.His gētibꝰ & euphrate iferiora regna includūt̃.Reliq̄ decemꝰa Meſopotamia excepto mucrone eius Arabūq; poplis ī prioř dictis uolumīe,Meſopotamia tota Aſſyrioꝝ fuit uicatim diſpſa,p̄ter Babylonia & Ninū.Macedones eā in urbes cōgregauere propter ubertatē ſoli.Oppida p̄ter iam dicta habet Seleuciā,Laodiceā,Artemitā.Itē in Arabū gente qui Atroei uocant̃ & Mardani,antiochia,q̄ a præfecto Meſopotamiæ Nicatore cōdita Nicatoria uel Arbelis uocat̃.Iūgunt̃ his Arabes,introrſus Eldamarii.Super quos ad Pellaeontam flumen Bura oppidū,Salmani & Meaſi Arabes.Gordyæis uero iūcti Aloni,p quos Zerbis fluuius in Tigrin cadit,Azones,Silices,Mōtani,& orōtes.Quoꝝ ad occidērē oppidū Gaugamela.Itē ſuæ in rupibꝰ.Supra Sicelaſſi.iiii.Mil.p.p quos Lycus ex Armenia fert̃.Abſitris ad hybernū exortū Azochis oppidum. Mox in cāpeſtribus oppida dioſpage,Polytelia,Stratonicea✠Anthemus.In uicina Euphratis Nicephorion,qđ ut diximus Alexander iuſſit cōdi pp loci oportunitatē.Dicta eſt & in Zeumate Apamia,ex qua orientē perētes excipit oppidū apprime munitū quondā ſtadioꝝ.lxv.amplitudīe,& Satraparū regia appellatū,quo tributa conferebant̃,nunc in arcem redactū.Durant ut fuerāt hebata,& ductu Pompei Magni terminus romani imperii oruros.A zeumate.cel.M.pa.Sunt qui tradūt Euphratē Cobaris præfecti opere deductum,ubi eū diximus fidi,ne præcipiti curſu Babyloniam infeſtaret.Ab aſſyriis uero uniuerſis appellatū armalchar,qđ ſignificat regiū flumen,qua deriuatū oppidum fuit.Agrani e maximis,quod diruere Perſæ.Babylon Chaldiacarū gētiū caput diu ſūmā claritatē obtinuit ī toto orbe,ppter quā reliq̄ ps Meſopotamiæ Aſſyriæq; babylonia appellata eſt.lx.Mil.paſ. amplexa muris ducenos pedes altis,quinquagenos latis.In ſingulos pedes ternis digitis mēſura ampliore q̄ noſtra,interfluo Euphrate mirabili ope utroq;.Durat adhuc ibi Iouis Beli tēplū.Inuentor hic fuit ſyderalis ſciētiæ.Cætero circuitu in ſolitudinē rediit exhauſta uicinitate Seleuciꝫ ob id cōditæ a Nicanore ītra nonageſimū lapidē ī cōfluētē Euphratis foſſa pductis atq; tigris,quæ tamen Babylonia cognoiant̃.Libera hodie ac ſui iuris Macedonūq; moris.Ferunt̃ ei plebes urbanæ ſexcētæ eſſe.Sitū uero mœniū aquilꝫ pandētis alas.Agrū totius oriētis fertiliſſimū.Inuicē ad hāc exhauriēdā,& Cteſiphōtē iuxta tertiū ab ea lapidē ī Chalonitide cōdidere parthi,qđ eſt nūc caput regni.Et poſtq̄ nihil proficiebat̃ nup Vologeſus rex aliud oppidū Vologeſocertā in uicino cōdidit.Sūt etiā in Meſopotamia oppida Hupparenū Chaldæoꝝ doctrina clarum.Et hoc ſicut Babylon iuxta flumē Narragā qui dedit ciuitati nomē.Muros* Hipparenoꝝ Perſæ diruere.Orcheni quoq; tertia Chaldæoꝝ doctrina ī eoſdē ſitu locant̃ ad meridiē uerſi.Ab iis noticiæ & orthophātæ & græciochāthæ.Euphrate nauigari babylonē & Perſico mari.cccexxii.M.p. tradūt Nearchꝰ & Oneſicritꝰ.Qui uero poſtea ſcripſet̃ a ſeleucia.cccexc.M.Iuba a Babylona Characē.clxxv.M.d Fluere aliq ultra babylonē cōtinuo alueo priuſq̄ diſtrahit̃ ī irrigua.lxxxvii.M. Vniuerſo aūt curſu.xi.M.p.incōſtātiā mēſuræ diuerſitas auctoꝝ facit,cū Perſæ quoq; ſchœnos & Paraſangas alia menſura determinēt.Vbi deſinit alueo munire ad cōfiniū Characis accedente tractu ſtatim infeſtāt,Attali latrones,Arabū gēs.Vltra quos ſchœnitꝫ.Ambitu uero Euphratis nomades Arabæi uſq; ad deſerta ſyriæ,unde in meridiē flecti eū diximus ſolitudīes palmirenas relinquentē.Seleucia abeſt a capite Meſopotamiæ Euphratē nauigātibus undecies.xxv.M.p.A mari rubro ſi Tigri nauiget̃.cccxx.M.A zeumate.d.M.xxvii.zeuma a Seleucia ſyriæ ad noſtꝝ littus.cxxxii.M.p.Hꝫc eſt ibi latitudo terraꝝ inter duo maria.Parthici uero regni.d.cccc.M.xliiii.p.Eſt etiānū oppidū Meſopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes,quod uocant Digbani

✠ Anthemuſa.

*Borſippenos

Flumen Tigris. Cap.xxvii.

1 SEd & de Tigri iṗo dixiſſe cōueniat.Oritur in regione Armeniæ maioris fonte conſpicuo in planicie.Loco nomē ælongoſine eſt.Ipſius qua tardior fluit diglito.Vnde concitat̃ a celeritate Tigris incipit uocari.Ita appellant medii ſagittā,influit in lacū Arethuſſam oīa illata pondera ſuſtinentē,& Nitrū nebulis exhalantē.Vnū genus ei piſciū eſt,& hic aquæ tranſcurrētis nō miſcet̃ alueo,ſicut nec e Tigri piſces in lacum tranſnatāt.Fert̃ autem & curſu & colore diſſilis. Trāſuectuſq; occurrēte Tauro monte in ſpecu mergitur·Subterq; lapſus a latere altero eius erū

pit locus uocaſ Zoroanda. Eundē eſſe manifeſtū eſt quod demerſa perfert. Alterū deinde trāſit lacū qui Teſbidis appellaſ, rurſuſq; in cuniculos mergiſ, & poſt. xxy. M. paſ. circa nympheū redditur tam uicinū Arſaniæ. Fluere eū in regionem Arheni Claudius Cæſar auctor eſt, ut & cum in tumuere confluāt, nec tn̄ miſceanſ. Leuiorq; Arſanias innatat. iiii. M. ferme ſpacio. Mox diuiſus in Euphraten mergitur. Tigris aūt ex Armenia acceptis flumībus claris Partheni aguice pharīōe arabas ore os adiabenoſq; diſterminās, & quā diximus Meſopotamiā faciēs luſtratis mōtibus gordyæorū circa apameā meſenes oppidū, citra ſeleuciē babyloniā. cxxy. M. p. diuiſus ī alueos duos. Altero meridiē ac ſeleuciā petit meſenē pfundens. Altero ad ſeptētrionē flexus eiuſdē gentis tergo cāpos cauchas ſecat. Vbi remeauere aq̄ paſitigris appellaſ. Poſtea recipit ex media choaſpen, atq; ut diximus inter ſeleuciā & Cteſiphōtē uectus in lacus Chaldiacos ſe fundit, eoſq; . lxx. M. p. amplitudine implet. Mox uaſto alueo pfuſus dextra Characis oppidi inferſ mari Perſico ✚ decio ore. Inter duorū amniū oſtia. xxy. M. p. fuere. Aut ut alii tradūt. yii. M. utroq; nauigabili. Sed longo tpe Euphratē pcluſæ ortheni & accolæ agros rigantes, ac niſi poſt Tigrin deferſ in mari. Proxima Tigri regio Paropotamia appellaſ. In ea dictū eſt de Meſene. Oppidū eius Dibitach iunguntur Chalonitis cū Cteſiphōte, nō palmetis modo, uerum & olea pomiſq; aliiſq; arbuſtis nobilis. Ad eā puenit Zagrus mons ex armenia inter medos adiabenoſq; ueniēs ſupra paræracenē & Perſidē. Chalonicis abeſt a pſide. cccclxxx. M. p. Tantū a Caſpio mari Aſſyria abeſſe cōpēdio itinerū aliq tradūt. Inter has gētes atq; meſenē ſittacene eſt, eadē arbelitis & palæſtina dicta. Oppidū ei⁹ ſittace græcoꝝ ab ortu eſt & ſabbata. Ab occaſu aūt. Antiochia inter duo flumīa Tigrin & Tornadotū. Itē Apameæ cui nomē Antioch⁹ matris ſuæ īpoſuit, Tigris circūfundiſ. Hæc diuidiſ Archoo. Infra eſt ſuſiane, inq̄ uetus regia Perſaꝝ ſuſa a Dario Hiſtaſpis filia condita. Abeſt a ſeleucia Babylonia. cccl. M. p. Tantūdem ab Egbatanis medoꝝ p montē charbanū in ſeptētriōali. Tigris alueo oppidū eſt babytace. Abeſt a Suſis. cxxxy. M. p. Ibi mortaliū ſoli aurū in odio cōtrahūt. Id defodiūt ne quo cui ſit ī uſu. Suſianis ad oriētē uerſus iūguuſ coſſei latrōes & mizæoꝝ. xl. ppl'i liberæ ueritatis. Supra eos patēt Parthuſi, Mardi, & Saitæhy qui ptēdūſ ſupra Elymaida, quā Perſidi in ora iunximus. Suſa a Perſico mari abſunt. cel. M. p. qua ſubiit ad eam claſſis Alexandri paſitigri intus ad lacū chaldaicū uocaſ Alphie, uñ ſuſa nauigatiōe. lxy. M. d. p. abſunt ſuſianis ab oriente ſūt Choſiei. Supra choſieos ad ſeptētrionē moſobatene ſub mōte cābalido, q eſt caucaſi ram⁹ Inde molliſſimo tranſitu in bactros. Suſianen ab elymaide diſtermiat amnis Euleus ortus in Medis, medioq; ſpacio cuniculo cōditus: ac rurſus exortus per meſobatenen lapſus circuit arcem ſuſarū ac Dianæ templū auguſtiſſimū cū illis gentib⁹ & īpe in magna cerimonia ſit. Siquidē reges nō ex alio bibūt, & ob id iu longiq̄ portant. Recipit amnes œdippū præter Aſylū a mōtibus Perſarū uenientē ad unū ex ſuſianis oppidū, iuxta eū magoga a charace. xy. paſ. Quidam hoc in extrema Suſianę ponunt ſolitudinibus proximū. Infra Euleū Elymais eſt in ora iuncta Perſidi, a flumie Oroati ad Characē. ccxl. M, Oppida eius Seleucia & Soſirate appoſita monti Caſyro. Oram quæ piacet Minoꝝ Syrtiū uice dixim⁹ inacceſſam cœno plurimū limi deferētibus Brixia & Ortacea amnibus, madēte & īpa Elymaide in tantū ut nullus, ſit niſi circuitu eius a Perſide adit⁹. Infeſtaſ a ſerpētibus quos flumīa deportāt: pars eius maxi e īuia characene uocaſ ab oppido Arabiæ claudētę regna de quo dicemus expoſita prius. M. Agrippæ ſentētia. Nanq; is Mediam & Parthiam, & Perſidem ab oriente Indo, ab occidente Tigri, a ſepteutrione Tauro Caucaſo, a meridie rubro mari terminatas patere in lōgitudinē terdecies. xx. M. paſ. in latitudine. d. cccxl. pdidit. Præterea per Meſoporamiā ab oriēte Tigri, ab occaſu Euphrate, a ſeptētrione Tauro, a meridie mari Perſico incluſam lōgitudine octingentoꝝ. M. paſ. Latitudine. ccclx. Charax oppidū Perſici ſinus intimum, a quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitaſ in colle manufacto inter confluētes dextra Tigrin, leua Euleū. iii. M. p. laxitatę cōditū eſt. Primū ab Alexandro magno colonis ex urbe regia Durine, quæ tū interiit deductis, militūq; inutilibus ibi relictis Alexandriam appellari iuſſerat, pagūq; pelleneū a patria ſua, quē pprie Macedonū fecerat. Flumina id oppidum expugnauere. Poſtea Antiochus reſtituit quintus regū & ſuo nomie appellauit. Iterūq; infeſtatum Paſſiones Sogdonaci filius rex finitimoꝝ Arabū quē Iuba Satrapem Antiochi fuiſſe falſo tradit oppoſitis molibus reſtituit, nomen ſuū dedit emunito ſitu iuxta in longitudinē. vi. M. paſ. Latitudie paulo minus. Primo fuit a littore ſtadiis. x. & maritimū etiā in ✚ Pſanda porticus habet, Iuba uero pdentę. l. M. paſ. Nūc abeſſe a littore. c. xx. M. Legati Arabum noſtriq; negociatores qui inde uenere affir.

✚Dupli ci mō.

✚In pſe udo por ticus.

nere affirmãt.Nec ĩ ulla parte plus aut celerius ꝓfecere terræ fluminibꝰ inuectæ.Magis id mirum eſt æſtu longe ultra id accedẽte non repcuſſa. Hoc in loco genitũ eſſe Dionyſiũ terrarum orbis ſitus recẽtiſſimũ auctorẽ conſtat:quẽ ad cõmentanda omnia in orientẽ præmiſit Diuus Auguſtus ituro in Armeniã ad Parthicas arabicaſq̃ res maiore filio. Nõ me præterit:nec ſum oblitus ſui quẽq̃ ſitus diligẽtiſſimũ auctorẽ uiſum nobis in introitu huiꝰ opis.In hac tñ parte arma romana ſeq placet nobis,Iubamq̃ regẽ ad eundem Claudiũ Cæſarem ſcriptis uoluminibus de eadem Arabica expeditione.

Arabia,Nomades,Nabathei,Omani,Tilos,& Ogyris inſulæ. Cap.xxviii.

CRocodilũ habet Nilus q̃drupes malũ, & terra pariter ac flumine infeſtũ. Vnum hoc animal terreſtræ linguæ uſu caret. Vnũ ſupiore mobili maxilla ĩprimit morſum, alias terribile pectinatim ſtipãte ſe dẽtiũ ſerie. Magnitudie excedit plærũqꝫ duodeuiginti cubita. Parit oua quãta anſeres, eaqꝫ extra eũ locũ trãſferẽs ſp incubat, ꝑ diuinatiõe q̃dã ad quẽ ſũmo auctu eo ãno egreſſurꝰ eſt Nilꝰ. Nec aliud aĩal ex miori origie ĩ maiorẽ creſcit magnitudinẽ. Et unguibꝰ hic armatꝰ, eſt cõtra oẽs ictus cute inuicta. Dies ĩ terra agit, noctes aq̃ tp̃is utrũqꝫ rõe. Hũc ſaruꝫ cibo piſciũ, & ſemp eſculẽto ore ĩ littore ſomno datũ parua auis, quæ trochilos ibi uocat, rex auiũ in Italia, inuitat ad hiãdũ pabuli ſui gr̃a, os primũ eius adſultim repurgãs. mox dẽtes & intus fauces quoqꝫ ad hãc ſcabẽdi dulcedinẽ q̃ maxie hiantes. In qua uoluptate ſomno ꝓſſum cõſpicatus ichneumon p eaſdẽ fauces ut tælũ aliqđ ĩmiſſum erodit aluũ. Silis Crocodilo, ſed minor ẽt ichneumone eſt in Nilo natus ſcincos, cõtra uẽnena ꝓcipuũ antidotũ. Itẽ ad inflãmãdã uirorũ uenerẽ. Veꝝ ĩ crocodilo maior erat peſtis, q̃ ut uno eſſet eius hoſte natura contẽta. Itaqꝫ & delphini ĩmeãtes Nilo quoꝝ dorſo tãq̃ ad hũc uſũ cultellata ĩeſt pẽna abigẽtes eos ꝓda, ac uelut in ſuo tm̃ amne regnãtes, alioqn ĩpares uiribꝰ ipi actu interimũt. Callẽt. n. in hoc cũcta aĩalia, ſciũtqꝫ nõ mõ ſua cõmoda, ueꝝ & hoſtiũ aduerſa. Norũt ſua tæla, norũt occaſiões, ptesqꝫ diſſidẽtiũ ĩbellis. In uẽtre mollis ẽ, tenuiſqꝫ cutis crocodilo, ideo ſe ut territi ĩmergũt delphini, ſubeũteſqꝫ aluũ illã ſecãt. ſpina. Quin & gens holuꝫ eſt huic beluæ aduerſa ĩ ipo nilo. Tẽtyritæ ab ĩſula in qua habitat appellata. Mẽſura eoꝝ pua, ſed ꝓſentia animi in hoc tm̃ uiſu mira. Terribilis hæc cõtra fugaces belua eſt, fugax cõtra inſequẽtes. Sed aduerſũ ire ſoli hi audẽt, Quin ẽt flumini innatãt, dorſoqꝫ eqtantiũ mõ ĩpoſiti hiãtibus teſupio capite ad morſũ addita in os claua dextra ac leua tenẽtes extrema eiꝰ utriqꝫ, ut frenis ĩ terrã agũt captiuos, ac uoce ẽt ſola territos cogũt euomere recẽtia corpa ad ſepulturã. Itaqꝫ ei uni ĩſulæ crocodili nõ adnatãt. Olfatuqꝫ eiꝰ generis boium, ut pſylloꝝ ſerpẽtes fugant. Hebetes oculos hoc aĩal dr̃ habere in aq̃, extra acerrimi uiſus. Quattuorqꝫ mẽſes hyemis inedia ſp trãſmittet ĩ ſpecu. Quidã hoc unũ

q̃diu uiuat

q̃diu uiuat creſcere arbitrať. Viuit aũt longo tpe. Maior altitudine i eodẽ Nilo belua hippopotamus editur. Vngulis binis q̃les bubus, dorſo equi, & iuba, & hinitu, roſtro reſimo, cauda torta, & dẽtibus aprorũ aduncis, ſed minus noxiis. Tergoris ad ſcuta galeaſqꝫ ipenetrabilis, p̃terq̃ ſi humore madeat. Depaſcit ſegetes, deſtinatiõe ante ut ferũt determinatas in diẽ, & ex agro ferẽtibꝰ ueſtigiis neqꝫ reuertenti inſidiæ comparenť.

Qui primꝰ Romæ hippopotamũ & Crocodilos oſtẽdit, & medicinæ ab aĩalibus reptæ. Ca. xxvi.

PRimus eũ & quinqꝫ crocodilos romæ ædilitatis ſuæ ludis. M. Scaurus temporario Euripo oſtendit. Hippopotamus in quadã medendi parte etiam magiſter extitit, aſſidua nãqꝫ ſatietate obeſus exit in littus, recẽtes arundinũ cæſſuras perſpeculatus, atqꝫ ubi acutiſſimum uidet ſtipitẽ imprimẽs corpus uenam quandã in crure uulnerat, atqꝫ ita ꝓfluuio ſanguinis morbidum alias corpus exonerat, & plagam limo rurſus obducit.

Quæ aĩalia, q̃s herbas oſtenderũt cerui, lacerti, hirũdines teſtudĩes, muſtela, ciconia aper, anguis, draco, panthera, elephas, urſi, cerui, palumbes, colũbæ, grues, coruus. Cap. xxvii.

SImile quidã & uolucris in eadẽ ægypto mõſtrauit, quæ uocať ibis, roſtri aduncitate per eam partẽ ſe perluẽs qua reddi ciborũ onera maxĩe ſalubre eſt. Nec hæc ſola multis aĩalibus reperta ſunt uſui futura & hoi. Dictamũ herbã extrahẽdis ſagittis cerui monſtrauere percuſſi eo tælo paſtuqꝫ eius herbæ eiecto. Iidẽ percuſſi a phalãgio, qđ eſt aranei genus, aut aliquo ſimili cãcros edẽdo ſibi medenť. Eſt & ad ſerpẽtiũ ictus p̃cipua, qua ſe Lacerti quotiẽs cũ his conſerue re pugnã uulnerati refouent. Chelidoniã uiſui ſaluberrimã hirũdines mõſtraueꝛ uexatis pulloꝝ oculis illa medẽtes. Teſtudo cunilæ quã bubulã uocãt paſtu uires cõtra ſerpẽtes refouet Muſtela ruta in muriũ uenatu cũ is dimicatiõe cõſerta, Ciconia ꝍrigão. Edera apri i morbis ſibi medenť. & cãcros ueſcẽdo maxĩe mari eiectos Anguis hiberno ſitu mẽbrana corpis obducta fœniculi ſucco impedimẽtũ illud exuit, nitiduſqꝫ uernat. Exuit aũt a capite primũ, nec celerius q̃ uno die ac nocte replicãs, ut extra fiat mẽbrãæ qđ fuerat itꝰ. Idẽ hiberna latebra uiſu obſcurato marathro herbæ ſeſe Affricãs oclos iuadit ac refouet. Si uero ſquamæ obtorpueꝛ, ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Draco uernã nauſeã ſylueſtris lactucæ ſucco reſtringit. Pãtheras ꝑcarnes fricatas aconito (uenenũ id eſt) barbari uænãť. Occupat illico fauces earũ angor. Quare pardaliãches id uenenũ appellauere quidã. At fera cõtra hæc excremẽtis hois ſibi medeť, & alias tã auida eoꝝ, ut a paſtoribꝰ ex iduſtria i aliquo uaſe ſuſpẽſa altiꝰ q̃ ut ꝗat ſaltu cõtigeꝛ, iaculãdo ea petẽdo ✠ defatigata poſtremo expiret alioqn uiuacitatis adeo lẽtæ, ut eiectis iteraneis diu pugnet. Elephas chamæleõte cõcolori frõde deuorato occurrit oleaſtro huic ueneno ſuo. Vrſi cũ Mãdragoræ mala deguſtauere formicas lãbunt. Cerueꝰ herbas cynare uenenatis pabulis reſidit. Palũbes, graculæ, merulæ perdices, lauri folio annuũ faſtidiũ purgãt. Colũbæ, turtures, & gallinacei herba q̃ uocať helxĩe. Anates, anſeres, cæteræqꝫ aq̃ticæ herba ſideritæ Grues, & ſiĩes iũco paluſtri. Coruꝰ occiſo chameleõte qui etiam uictori nocet lauro infeſtum uirus extinguit.

✠ Defigatur.

Prognoſtica animalium. Cap. xxviii.

MIlia p̃terea utpote cũ pl̃imis aĩalibus eadẽ natura rerũ cœli quoqꝫ obſeruatiõe & uẽtoꝝ & hymbriũ tempeſtatũ præſagia aliis alia dederit, quod ꝓſequi imẽſum eſt, æque ſcilicet q̃ reliquã cũ ſingl̃is hominũ ſocietatẽ. Siquidẽ & pericula præmonent non fibris modo extiſqꝫ circa quod magna moraliũ portio hæret, ſed alia quadã ſignificatione. Ruinis iminẽtibꝰ muſculi præmigrant. Aranei cũ tælis primi cadunt. Auguria ꝗdem artem periculis feceꝛ. Apud romanos ſacerdotũ collegiũ uel maxĩe ſolẽne eſt. In Tracia locis rigẽtibus, & uulpes aĩal aliogn ſolerti auditu, amnes Gelatos lacuſqꝫ nõ niſi ad paſtus ituræ redituræqꝫ trãſeunt. Obſeruatũ eã aure ad glaciem appoſita cõiectare craſſitudinem gelu.

Ciuitates & gentes a minutis animalibus deletæ. Cap. xxix.

NEc minus clara exitii documẽta ſũt etiã ex cõtẽnendis aĩalibus. M. Varro auctor eſt a cuniculis ſuffoſſũ in hiſpania oppidũ, a talpis i theſſalia, ab ranis citatẽ in galia pulſam, ab locuſtis i africa. Ex gyaro cycladũ inſula incolas a muribꝰ fugatos. In Italia amyclas e ſerpentibus deletas. Citra cynamulgos æthiopas regio eſt a ſcorpionibus & ſolpugis gente ſublata, & a ſcolopẽdris abactos otrerietes auctor eſt Theophraſt. Sed a reliq̃ ferraꝝ gñã trãſeamus.

De hyena: & crocuta, & manticora, & fibris, & lutris. Cap. xxx.

b Yenis utrãqꝫ eſſe naturã, & alternis annis eſſe marẽ, alternis fœminã fieri. Parere ſine ma

re uulgus credit. Ariſtoteles negat. Collũ & iuba cõtinuitate ſpinæ porrigitur, flectiq; niſi circũacta totius corpis nequit. Multa præterea mira tradunt. Sed maxime ſermonẽ humanũ inter paſtorum ſtabula aſſimulare, nomẽq; alicuius addiſcere, quẽ euocatũ foras laceret. Itẽ uomitionem hoĩs imitari ad ſollicitãdos canes, quos iuadat. Ab uno aĩali ſepulchra erui iqſitiõe corpoꝝ. Fœminã raro capi. Oculis mille eſſe uarietates, oculorũq; mutatiões. Præterea ũbra ei⁹ cõtactu cães obtumeſcere. Et qbuſdã magicis artibus oĩe aĩal quod ter luſtrauerit in ueſtigio hærere. Huius generis coitu leæna æthiopica parit Crocutã, ſilr uoces imitãtẽ hoĩm pecorũq;. Acies ei ꝑpetua in utraq; pte oris, nullis gingiuis dente cõtinuo, qui ne cõtrario occurſo hebetet, capſaꝝ modo includit. Hoĩm ſermones imitari, & manticorã i æthiopia auctor eſt Iuba. Hyenæ plimæ gignũtur in Africa, q̃ & aſinoꝝ ſylueſtriũ multitudinẽ fundit. Mares i eo gñe ſinglis fœminaꝝ gregib⁹ ĩperitãt. Timẽt libidis æmulos, & ideo grauidas cuſtodiũt. Morſuq; natos mares caſtrant. Cõtra grauidæ latebras petũt. & parere furto cupiũt, gaudẽtq; copia libidis. Eaſdẽ ptes ſibi ipi põtici ãputãt fibri piculo urgẽte, ob hoc ſe peti gnari. Caſtoreũ id uocãt medici. Al'as aĩal horrẽdi morſus. Arbores iuxta flumia ut fero cædit, hoĩs pte cõphẽſa nõ anteq̃ fracta cõcrepuerit oſſa morſu reſoluit. Cauda piſciũ iis, cætera ſpecies lutræa Vtrũq; aquaticũ. Vtriq; mollior pluma pilus.

De ranis & uitulis marinis, & ſtellionibus. Cap.xxxi.

RAnæ quoq; rubetæ quarũ & in terra & i hũore eſt uita, plurimis refertæ medicaminib⁹ deponere ea quotidie ac reſumere a paſtu dicunt, uenena tãrũ ſibi reſeruãtes. Similis & uitulo marino uictus in mari ac terra. Simile fibro & ĩgeniũ. Enomit fel ſuũ ad mi'ra medicamẽta utile. Item coagulũ ad comitiales morbos. Ob ea ſe petit prudẽs. Theophraſtus auctor eſt, angues eo modo & ſtelliones ſenectutẽ exuere, eamq; ꝓtinus deuorare, ꝑcipientes comitiali morbo remedia. Eodẽ peſtiferos ferũt in græcia, inocuos eſſe in Sicilia. De Ceruis. Cap.xxxii.

CEruis quoq; eſt ſua malignitas q̃q̃ placidiſſimo aĩaliũ, urgente ui canũ ultro cõfugiũt ad hoĩes. Et in pariendo ſemitas minus cauent, hũanis ueſtigiis tritas, q̃ quæ ſecretæ ac feris opportunæ. Cõceptus eaꝝ poſt arcturi ſydus. Octonis mẽſibus ferũt partus, & interdum gemios. A cõeptu ſepant ſe. At mares relicti rabie libidis ſæuiũt. Fodiũt ſcrobes. Tũc roſtra eoꝝ nigreſcũt, donec aliq abluãt hymbres. Fœminæ aũt añ partũ purgant herba q̃dã q̃ Seſelis dicit, ✣ Siſet. Rhamnos. faciliore ita utẽtes utero. A pru duas hñt herbas q̃ ✣ Aros & Seſelis appellat. Paſtæ redeũt ad fœtum. Illos imbui lactis prio nolũt ſucco q̃cunq; de cauſa. Editos ptus exercẽt curſu, & fugam meditari docent. Ad ꝑrupta ducũt, ſaltũq; demõſtrãt. Iam mares ſoluti deſiderio libidis auide petũt pabula. Vbi ſe ꝑpingues ſenſere latebras q̃rũt, fatẽtes incõmodũ põdus, & alias ſp in fuga acquieſcunt, ſtãteſq; reſpiciũt. Cũ ꝓpe uentũ eſt, rurſus fugæ ꝑſidia repetentes. Hoc ſit inteſtini dolore tam infirmi, ut ictu leui rũpat it⁹. Fugiũt aũt lattatu canũ audito aura ſemp ſecũda, ut ueſtigia cũ ipis abeãt. Mulcent fiſtula paſtorali & cantu. Cũ erexere aures acerrimi auditus, cũ remiſere, ſurdi. Cæterũ aĩal ſimplex. & oĩm rerũ miraculo ſtupẽs, i tm̃ ut equo aut bucula accedẽte ꝓpius hoĩem iuxta uenantẽ nõ cernũt, aut ſi cernãt, arcũ ipm ſagittaſq; mirent. Maria tranant gregati nantes porrecto ordine & capita imponẽtes præcedentiũ clunibus uicibuſq; ad terga redeũtes. Hoc maxime notat a cilicia Cyprũ traiicientibus. Nec uidẽt terras, ſed i odore eaꝝ natant. Cornua mares habẽt, ſoliq; aĩaliũ oĩb⁹ annis ſtaturo ueris tpe amittũt. Ideo ſub ipa dic q̃maxĩe ĩuia petũt. Latẽt amiſſis uelut inermes. Sed & ipi bono ſuo inuidẽtes. Dextrũ cornu negant iueniri, ceu medicamẽto aliquo præditũ. Idq; mirabilius fatendũ eſt, cum & in uiuariis mutẽt oĩb⁹ ãnis. Defodi ab iis putant. Accenſis aũt utriſlibet odore ſerpẽtes fugant, & comitiales morbi dephendunt. Indicia quoq; ætatis in illis gerunt ſingulis ãnis adũciẽtib⁹ ramos uſq; ad ſexẽnes Ab eo tẽpore ſil'ia reuiuiſcũt. Nec põt ætas diſcerni. Sed dẽtibus ſenecta declarat. Aut eñ paucos aut nullos habent, nec in cornibus imis ramos alioquin ante frontẽ ꝓminere ſoliros iuniorib⁹. Nõ decidunt caſtratis cornua, nec naſcunt. Erũpunt aũt renaſcẽtib⁹ tubetib⁹ primo aridæ cutis ſil'ia, Eadẽ teneris icreſcũt ferulis arũdineas i pãniculas molli plumata lanugie. Quãdiu carẽt iis noctib⁹ procedũt ad pabula. Increſcẽtia ſolis uapoꝛ durãt, ad arborẽ ſubide expetiẽtes. Vbi placuerit robur, in apta prodeũt. Capti iam ſũt edera i cornib⁹ uiridante ex attritu arboꝝ in aliquo ligno teneris dũ experiũt ĩnata. Fiũt aliquãdo ex cãdido colore, qualẽ fuiſſe tradit. Qu. Sertorii ceruã quã eſſe fatidicã Hiſpaniæ gẽtibus pſuaſerat. Et iis eſt cũ ſerpẽte pugna. Inueſtigant cauernas natiũq; ſpiritu extrahũt renitẽtes, Ideo ſingulat abigẽdis ſerpẽtib⁹ odoꝛ aduſto cornu ceruio

Contra morſus uero præcipuũ remedium ex coagulo hinnuli ĩ utero occiſi. Vita ceruis ĩ cõfeſſo longa poſt.c.ãnos aliqbꝰ captis cũ torqbꝰ aureis, quos Alexãder Magnꝰ addiderat, adopertis iã cute in magna obeſitate. Febriũ morbos nõ ſentit hoc aĩal. Quin & medetur huic timori. Quaſdã nos principes fœminas ſcimus oĩbus diebꝰ matutinis carnẽ eã deguſtare ſolitas & longo æuo caruiſſe febribus. Quod ita demum exiſtimant ſi uulnere uno interierit.

De Tragellapho & chamæleonte & reliquis colorẽ mutantibus. Cap.xxxiii.

EST eadẽ ſpecie barba tantũ & armorũ uillo diſtans, quẽ tragelaphon uocãt, nõ alibi q̃ iuxta phaſin amnẽ naſcẽs. Ceruos Africa ꝓpemodũ ſola non gignit. At chamæleontem & ipa q̃q̃ frequentiorẽ India. Figura & magnitudo erat lacerti, niſi crura eſſent recta & excelſiora. Latera uẽtri iũgunt̃ ut piſcibus, & ſpina ſilĩ mõ. Eminet roſtrũ, ut ĩ puo ſit haud abſilẽ ſuillo Caud ꝓlonga in tenuitatẽ deſinẽs, & ĩplicans ſe uiperinis orbibus. Vngues adunci. Motus tardior ut teſtudini. Corpꝰ aſperũ, ut crocodilo. Oculi in receſſu cauo tenui diſcrimie ꝑgrãdes, & corpori cõcolores. Nũq̃ eos opiri, nec pupillæ motu, ſʒ totiꝰ oculi uerſatiõe circũaſpicit. Ipe celſus hianti ſemp ore. Solus aĩaliũ nec cibo nec potu ſemp alit̃, nec alio q̃ aeris alimẽto. Circa Capriſtos ferus, innoxius alioqn. Et coloris natura mirabilior. Mutat nãq; eũ ſubinde, & oculis & cauda & toto corpe. Redditq; ſemp quẽcunq; ꝓxime attingit præter rubrũ candidũq;. Defũcto pallor eſt. Caro in capite & maxillis & ad cõmiſſurã caudæ admodum exigua. Nec alicubi toto corpore. Sãguis in corde & circa oculos tantũ. Viſcera ſine ſplene. Hybernis mẽſibꝰ latet ut lacerta.

De Tharando & Lycaone & Thoe. Cap.xxxiiii.

MVtat colores Scytharũ Tharãdus, nec aliud ex iis q̃ pilo ueſtiunt̃, niſi ĩ Indis lycaon, cui iubata tradit̃ ceruix. Nam Thoes luporũ id genus eſt ꝓcerius lõgitudine, breuitate crurum diſſilẽ, uelox ſaltu. Venatu uiuẽs, innocuũ homini. Habitum non colorẽ mutat. Per hyemes hirti, æſtate nudi. Tharãdo magnitudo q̃ boui. Caput maius ceruino, nec abſimile. Cornua ramoſa, ungula bifida, uillus magnitudine urſorũ. Sed cũ libuit ſui coloris eẽ, aſino ſimilis eſt. Tergori tanta duritia, ut Thoraces ex eo faciant. Colorem omniũ arborũ fruticũ, florem, locorũq; reddit metuens in quibus latet. Ideoq; raro capit̃. Mirum eſſet habitũ corpore tam multiplicem dari mirabilius & uillo.

De Hyſtrice. Cap.xxxv.

HYſtrices generat India & Africa ſpina contectas, ac erinaceorũ genere, ſed hyſtrici longiores aculei, & cũ intẽdit cutẽ miſſiles. Ora urgentiũ figit canum, & paulo longius iaculat̃. Hybernis aũt ſe menſibus condit. Quæ natura multis & omnia urſis.

De urſis & fœtibus eorum. Cap.xxxvi.

EOrum coitus hyemis initio, nec uulgari q̃drupedũ more, ſed ambobus cubãtibus complexiſq;. Dein ſeceſſus in ſpecus ſeparatim, in quibꝰ pariũt .xxx. die ac plurimum quinos. Hi ſunt cãdida informiſq; caro, paulo muribus maior ſine oculis ſine pilo. Vngues tm̃ prominent. Hanc lãbendo paulatĩ figurãt. Nec quicq̃ rarius hoĩes q̃ parientẽ uidet̃ urſam. Ideo mares q̃dragenis diebus latent. Fœminæ q̃ternis mẽſibus. Specus ſi non habuere ramorũ fruticũq; congerie ædificãt ĩpenetrabiles hymbribus, molliq; fronde cõſtratos. Primis diebus bis ſeptenis tã graui ſomno ꝑmũt̃, ut ne uulneribꝰ qdẽ excitari queãt. Tũc mirũ ĩmodũ ueterno pingueſcũt. Illi ſunt adipes medicamĩbꝰ apti, cõtraq; defluuiũ capilli tenaces. Ab iis diebꝰ reſidũt, ac prioꝝ pedũ ſuctu uiuũt. Fœtꝰ rigẽtes apprimẽdo pectori fouẽt, nõ alio incubitu q̃ oua uolucres. Mirũ dictu credit Theophraſtꝰ per id tp̃s coactas quoq; urſorũ carnes ſi aſſeruent̃ ĩcreſcere. Cibi tũc nulla argumẽta, nec niſi humoris minimũ ĩ alno ĩueniri. Sãguis exiguas circa corda tantũ guttas, reliquo corpori nihil ineſſe. Procedũt uere, ſed mares ꝑpingues. Cuius rei cauſa non ꝓmpta eſt. Quippe nec ſomno quidẽ ſaginatis præter quatuordecim dies ut diximus. Exeũtes herbã quandã Aron noĩe laxãdis inteſtĩs alioqn cretis deuorãt, circa ſurculos ♣ dentiũ ꝑdomãtes ora. Ocl̃i eorũ hebetãt̃ crebro. Qua maxĩe fauos cauſa expetũt, ut cõuulneratũ ab apibꝰ os leuet ſãguĩe grauedinẽ illã. Inualidiſſimũ urſo caput, quod leoni fortiſſimũ. Ideo urgẽte ui ꝓcipitaturi ſe ex aliq̃ rupe mãibꝰ eo opto iaciunt̃, ac ſæpe in harena colaphis inflictis exanimant̃. Cerebro ueneficiũ eſſe Hiſpãiæ credũt, occiſorũq; ĩ ſpectaculis capita cremãt teſtato, qm̃ potũ in urſinã rabiem agat. Ingrediũt̃ & bipedes. Arborẽ auerſi diripiũt. Tauros ex ore cornibuſq; eoꝝ pedibus oĩbus ſuſpenſi põdere fatigãt. Nec alteri animaliũ ĩ maleficia ſtulticia ſolertior. Annalibꝰ notatũ ẽ .M. Piſone .M. Meſſala cõſ. ad .xiiii. Kaleñ. Octo. Domitiũ Aenobarbũ ædilem curulẽ urſos numidicos .c. & totidẽ

♣ Cũ dẽtiũt uel Dẽtitioni.

uenatores æthiopas in cyrco dediſſe. Mitor adiectũ numidicos fuiſſe, cũ in Africa urſos nõ gigni (conſtet.

De muribus ponticis, & alpinis, & herinaceis. Cap. xxxvii.

Condunt hyeme & põtici mures, hi dũtaxat albi. Quoq; palatũ in guſtu ſagaciſſimum auctores quo nam modo intellexerint miror. Cõdunt & alpini, q̃bus magnitudo media eſt. Sed hi pabulo ante in ſpecus cõuecto, cũ quidã narrent alternos marẽ ac fœminam ſupra ſe cõplexo faſce herbæ ſupinos cauda mordicus apphẽſa inuicem detrahere ad ſpecũ. Ideoq; illo tpe detrito eſſe dorſo. Sunt his pares & in ægypto. Similiter reſident in clunes, & binis pedibus gradiunt, prioribuſq; ut manibꝰ utunt. Præparãt hyemi & herinacei cibos, ac uolutati ſupra iacẽtia poma affixa ſpinis unũ nõ amplíꝰ tenẽtes, ore portãt in cauas arbores. Iidẽ mutationẽ aqlonis i auſtrũ cõdẽtes ſe in cubile præſagiũt. Vbi uero ſenſere uenantẽ cõtracto ore pedibuſq; ac parte omni inferiore, qua raram & innocuã habent lanuginẽ, cõuoluunt in formã pilæ, ne quid cõpræhendi poſſit præter aculeos. In deſpatione uero urinã ex ſe reddũt tabificã, tergori ſuo ſpiniſq; noxiã, propter hoc ſe capi gnari. Quãobrem exinanita prius urina uenari ars eſt. Et tũ præcipua dos tergoris. Alias corrupta fragilis putribꝰ ſpinis atq; deciduis, ẽt ſi uiuat ſubtractꝰ fuga. Ob id nõ niſi in nouiſſima ſpe malefico illo pfundit. Quippe & ipſi odere iſitũ ueneficiũ ita parcẽtes ſibi: terminũq; ſupremũ operiẽtes, ut ferme ante captiuitas occupet. Calidæ poſtea aſperſu reſoluit pila, apphenſuſq; pede altero e poſterioribus ſuſpendio ac fame necat. Aliter nõ eſt occidere & tergori parcere. Ipſum aial non uerent plæriq; dicere uitæ hominũ ſuperuacuũ eſſe. Si nõ ſint illi aculei fruſtra uellerũ mollicies in pecude mortalibus data. Hac cute expoliũt ueſtes Magnum fraus & ibi lucrũ + monopoliũ inuenit. De nulla re crebrioribus ſenatuſcõſultis nulloq; nõ principe adito quærimoniis prouincialibus.

+Monopolio.

De Leontophono, Lynce, Melibus, & ſcyuris. Cap. xxxviii.

Vrinæ & e duobus aliis aialibus ratio mira eſt leontophonon accipimꝰ uocari paruũ, nec aliubi naſcẽs q̃ ubi leo gignit. Quo guſtato tanta illa uis eſt ut cæteris q̃drupedũ imperitans illico expiret. Ergo corpꝰ eius aduſtũ aſpergũt aliis carnibꝰ polentæ mõ inſidiantes feræ, necãt etiã cinere, tã cõtraria eſt peſtis. Haud imerito igit odit leo, uiſũq; frãgit, & citra morſum exaiat. Ille cõtra urinã ſpargit prudẽs, hanc quoq; leoni exitialẽ. Lyncũ hũor ita redditꝰ, ubi gignũt glaciat, areſcitue i gẽmas carbũculis ſiles, & igneo color fulgẽres. Lyncuriũ uocata, atq; ob id ſuccio a plæriſq; ita generari pdito, Nouere hoc ſciũtq; lynces, & iuidẽtes urinã terra operiũt eoq; celeríꝰ ſolidat. Illa alia ſolertia i metu melibꝰ, ſufflata cute diſtincte ictꝰ hoium & morſus canũ arcẽt. Præuidẽt tẽpeſtatẽ & ſcyuri, obturatiſq; q̃ ſpiraturꝰ ẽ uẽtꝰ cauernis, ex alia parte aperiũt fores, detectis ipis uilloſior cauda pro tegumẽto eſt. Ergo in hyemes aliis puiſũ pabulũ, aliis pro cibo ſomnus.

De uipera, cocleis, & lacertis. Cap. xxxix.

Serpentiũ uipera ſola terra dicit condi. Cæteræ arborũ aut ſaxorũ cauis. Et alias uel ãnua fame edurant algore modo dempto. Oĩa receſſus tempe ueneno orba dormiunt. Simili modo & cocleæ. Illæ quidẽ iterũ & æſtatibus adhærẽtes maxime ſaxis, ut etiam iniuria reſupiatæ auulſæq; non tamẽ exeant. In balearibus uero inſulis cauaticæ appellatæ nõ prorepũt e cauis terræ, neq; herba uiuũt, ſed uuæ modo inter ſe cohærẽt. Eſt & aliud genus minus uolgare. Adhærent operculo eiuſdẽ teſtæ ſe opientes, obrutæ terra ſemp. Hæ & circa maritimas tm̃ alpes quondam effoſſæ cepere iam erui & in ueliterno. Oium tamẽ laudatiſſimæ in Aſtypalea iſula. Lacertæ inimiciſſimũ genꝰ cocleis. Negant ſemeſtrẽ uitã excedet. Lacerti Arabiæ cubitales. In India uero in Niſa monte. xxiiii. in longitudine pedũ, colore fului aut punicei aut cerulei.

De Canibus. Cap. xl.

Ex his quoq; aialibꝰ q̃ nobiſcũ degunt multa ſunt cognitu digna. Fideliſſimi ante omnia homi canes atq; equi. Et pugnaſſe aduerſus latrones canem pro domino accepimus confectũq; plagis a corpe nõ receſſiſſe, uolucres & feras abigentẽ. Ab alio in Epiro agnitum in cõuentu percuſſorem dñi laniatu & latratu adactum, ut cogeret fateri ſcelus. Garamantũ regẽ canes ducẽti ab exilio reduxere pliantes cõtra reſiſtẽtes. Propter bella Colophonii, itẽq; Caſtabalenſes cohortes canum habuere. Eæ primæ dimicabãt in die nunq̃ detrectãtes. Hæc erãt fidiſſima auxilia, nec ſtipendiorũ indiga. Canes defendere cibro ac cæſis dominis eorũ plauſtris ipoſitis, Canis Iaſone Lycio interfecto cibũ capere noluit ediaq; cõſumptus ẽ. Is uero cui nomẽ Hyrcani reddidit, Durides accẽſo regis Liſimacho rogo iniecit ſe flãmæ, ſiliterq; Hieronis regis Me-

de fidelitate ca nis mira ...

morat & Pyrrhō gelonis tyrāni canē Philiſtꝰ. Memorat & Nicomedis bithyniæ regis uxore eiꝰ Cōſynge lacerata ꝑpter laſciuiorē eū marito iocū. Apud nos Volcatiū nobilē, q Ceſeliū ius ciuile docuit a ſturcone e ſuburbano redeūtē, cū aduespauiſſet canis a craſſatore defendit. Itē Celiū ſenatorē ægrū Placētiæ ab armatis oppſſum. Nec priꝰ ille uulneratus ē q̄ cane iterēpto. Sed ſup oīa i nro æuo actis po. ro. teſtatū Appio Iunio. &. P. Silio coſ. cō aīaduerteret ex cauſa Neronis Germanici filii in. T. Sabinū & ſeruitia eius, unius ex his canē, nec a carcere abigi potuiſſe, nec a corpe receſſiſſe, abiecto in gradibꝰ gemoniis mœſtos edētē ululatus, magna po. ro. corona circūſtante, ex qua cū qdam ei cibū obiecisset, ad os defuncti tuliſſe. Innatauit idē in Tiberi cadauere abiecto ſuſtētare conatus, effuſa multitudie ad ſpectādā aīalis fidē. Soli dn̄m nouere & ignotū quoq; ſi repēte ueniat itelligūt. Soli noīa ſua, ſoli nocē domeſticā agnoſcūt. Itinera q̄uis lōga meminere. Nec ulli præter hoīem memoria maior. Impetus eoꝝ & ſæuitia mitigat ab hoīe cōſidente hūi. Pluria alia i his quotidie uita iuenit. Sed i uenatu ſolertia & ſagacitas p̄cipua eſt. Scrutat uestigia atq; pſeqoit. Comitātē ad ferā inqſitorē loro rettahēs, q̄uis aquā rrāſiliēs ſe occultaſſet, quā ſignificās demōſtratio eſt cauda primū, deinde roſtro. Ergo etiā ſenecta feſſos cæcoſq; ac debiles ſinu ferūt, uentos & odorē captātes, prodēteſq; roſtro cubilia. E tigribus eos Indi uolunt cōcipi. Et ob id in ſyluis coitus tpe alligāt fœmias. Primo & ſecūdo fœtu nimis feroces putāt gigni, tertio demū educāt. Hoc idē e lupis galli, quoꝝ greges ſuū quiſq; ductorē e canibus & ducē habēt. Illū in uenatu comitant, illi parēt. Nāq; iter ſe exercēt etiā magiſteria. Certū eſt iuxta Nilū amnē currētē lābef, nec crocodiloꝝ auiditati occaſionē p̄beāt. Indiā petēti Alexādro Magno rex Albaniæ dono dederat iuſitatæ magnitudis unū, cuiꝰ ſpecie delectatꝰ iuſſit urſos, mox apros & deinde Damas emitti cōtēptu imobili iacēte. Eaq; ſegnicie tanti corpis offenſus impator generoſi ſpōs eū iterimi iuſſit. Nūciauit hoc fama regi. Itaq; alteꝝ mittēs addidit mādara, ne i paruis expiri uellet, ſed in leone elephātoue, duos ſibi fuiſſe. Hoc interēpto p̄terea nullum fore. Nec diſtulit Alexāder, leonēq; ſtratū ꝓtinus uidit. Poſtea elephātū iuſſit induci, haud alio magis ſpectaculo lætatus. Horrētibꝰ qppe ꝑ totū corpos uillis ingēti primū latratu itonuit. Mox in cercī cē aſſultās cōtraq; beluā exurgēs, hinc & illinc artifici dimicatione, qua maxime opus eſſet infeſtās atq; euitās, donec aſſidua rotatū uertigine afflixit, ad caſum eius tellure cōcuſſa. Canū generibꝰ annui partꝰ. Iuxta ad pariendū annua ætas. Gerūt in utero ſexagenis diebꝰ. Gignūt cæcos, & quo largiore alūt lacte, eo tardiorē uiſū accipiūt. Nō tn̄ unq̄ ultra uiceſimūprimū diē, nec ante ſeptimū. Quidā tradūt ſi unus gignat nono die cernere, ſi gemini decimo. Idemq; in ſingulos adiici totidēq; eſſe tarditatis ad lucem dies. Et ab ea quæ fœmina ſit ex primipara genita citius cerni. Optimus in fœtu q nouiſſimus cernere incipit, aut quē primū fert i cubile fœta. Rabies canū ſyrio ardēte homini peſtifera, ut diximus, ita morſis lœtalis aquæ metus. Quapropter obuiā itur per. xxx. eos dies, gallinaceo maxie ſimo mixto canū cibis, aut ſi ꝑuenerit morbus ueratro.

Ad canis rabidi morſum. Cap. xli.

AD morſum uero unicū remediū oraculo quodā nup repertum. Radix ſylueſtris roſæ quæ Cynorhoda appellat. Columella auctor eſt, ſi q̄dragelimo die q̄ ſit natus, caſtretur morſu cauda, ſūmuſq; eius articulus auferat, ſequēti neruo exēpto, nec caudam creſcere, nec canes rabidos fieri. Canem locotū in prodigiis quod eqdē annotauerim accepimus; & ſerpentem latraſſe cum pulſus eſt regno Tarquinios,

De natura equorum. Cap. xlii.

EIdem Alexādro & equi magna raritas cōtigit. Bucephalan eū uocarūt, ſiue ab aſpectu toruo, ſiue ab inſigni taurini capitis armo impſſi. Sexdecim talētis ferūt ex Philonico Pharſali grege emptū, etiā tū puero capto eius decore. Neminē hic alium q̄ Alexandrum regio inſtratus ornatu recepit i ſedē, alios paſſi reiiciēs. Idē i p̄liis memoratæ cuiuſdā phibet opæ. Thebarū oppugnatiōe uulneratꝰ in aliū trāſire Alexādrū nō paſſus. Multa p̄terea eiuſdē mōi, ꝑpter quæ rex defuncto ei duxit exequias. Vrbē tumulo circūdedit nomie eius, nec Cæſaris dictatoris queq̄ aliū recepiſſe dorſo equus tradit, idēq; hoīs ſimiles pedes priores habuiſſe. Hac effigie locatus ante Veneris genitricis ædē. Fecit & diuus Auguſtus eqoo tumulō, de quo Germanici cæſaris carmē eſt. Agrigenti cōplurimē equoꝝ tumuli pyramides hn̄t. Eqoū adamatū a Semiramide uſq; ad coitū, Iuba auctor eſt. Scythæ qdē eqtatus & equoꝝ glīa ſtrepūt. Occiſo deniq; ipſoꝝ regulo ex ꝓuocatione dimicante hoſtem cum uictor ad ſpoliandū ueniſſet ab equo eius ictibus morſuq; confectū. Aliū detracto oculoꝝ operimēto & cognito cum matre coitu petiſſe p̄rupta.

atq; exanimatū. Equā eadē ex cā in reatino agro, laceratūq; pariter aurigā iuenimꝰ. Nāq; & cognationū itellectꝰ i iis eſt, itaq; i grege prioris anni ſorore, libētiꝰ etiā q̃ matre eq̃ comitat̃. Docilitas tāta eſt, ut uniuerſus Sybaritani exercitꝰ eq̃tatus ad ſymphoniæ cātū ſaltatiōe q̃dam moueri ſolitꝰ inueniat̃. Iidē præſagiūt pugnā, & amiſſos lugent dn̄os, lachrymaſq; iterdū deſiderio fūdunt. Interfecto Nicomede rege equus eiꝰ inedia uitā finiuit. Philarchꝰ refert Cētaretriū e Galatis i ꝑlio occiſo Antiocho potitū equo eius cōſcēdiſſe ouantē. At illū indignatiōe accēſum domitis frenis, ne regi poſſet, ꝓcipitē i abrupta iſſe, exanimatūq; una. Philiſtꝰ a Dionyſio relictum in cœno hærētē, ut ſeſe euelliſſet ſecutū ueſtigia dn̄i examine apū iubæ inhærēte. Eoq; oſtento tyrānidē a Dionyſio occupatā. Ingenia eoꝝ inenarrabilia iaculātes obſequio experiūt̃, difficiles conatus corpe ip̄o, nixuq; inuitāriū. Iā tela humi collecta equiti porrigūt. Nam in Cyrco ad currus iūcti nō dubie itellectū adhortatiōis & gloriæ fatent̃. Clau. Cæſaris ſeculariū ludoꝝ cyrcēſibꝰ excuſſo i carceribꝰ auriga albati eq palmā occupauere, primatū obtinuer̃, oppoſita effūdētes oīa q̃ cōtra æmulos debuiſſent pitiſſimo auriga inſiſtēte faciētes. Cū puderet hoīuꝫ artes ab eq̃s uici, pacto legitimu curſu ad metā ſtetere. Maius auguriū circa priſcos plebeis cyrcēſibꝰ excuſſo auriga, ita ut ſi ſtaret i capitoliū cucurriſſe equos, ſedēq; ter luſtraſſe. Maximū uero eodē puēiſſe ab Veiis cū palma & corona effuſo Ratumena, q ibi uicerat. Vn̄ poſtea nomen portæ eſt. Sarmatæ lunginq̃ itinera acturi inedia pridie ꝑparāt eos exiguum tm̄ potuꝫ impartientes, atq; ita per cētena milia & quinq̃ginta cōtinuo curſu eūtibꝰ inſidēt. Viuūt annis q̃dē quinq̃genis. Fœminæ minore ſpacio. Eædē q̃nquēnio finē creſcēdi capiūt. Mares anno addito. Forma equoꝝ q̃les maxime legi opteat. Pulcherrime q̃dē Virgilio uate abſoluta eſt. Sed & nos diximꝰ in libro de iaculatiōe eq̃ſtri cōdito & fere inter oēs cōſtare uideo. Diuerſa aūt cyrco ratio quærit̃. Itaq; cū bimi in aliu ſubiugant̃ impio, nō ante quinquēnes ibi certamē accipiūt. Partū i eo gn̄e undēis mēſibꝰ ferūt, duodecio gignūt. Coitꝰ uerno equoctiu bimo utrinq; uulgaris, ſed a trimatu firmior partus. Generat mas ad annos trigita tres. Vtpote cū a cyrco poſt uiceſimū annū mittant̃ ad ſobolē reparandā. Et ad q̃draginta duraſſe tradūt, adiutū modo in attollēda priore parte corpis. Sed ad generandū paucis aīalium minor fertilitas. Qua de cauſa ꝑ interualla admiſſuræ dant̃, nec tam q̃ndecim initus eiuſdē anni ualet tolerare. Equarū libido extinguit̃ iuba tōſa. Gignūt ānis oībꝰ ad quadrageſimū. Vixiſſe equū ſeptuaginta q̃nq; annis prodit̃, in hoc gn̄e grauide ſtans parit, ꝓterq; cæteras fœtū diligit. Et ſane equis amoris innaſci ueneficiū hippomanes appellatū i frōte, caricæ magnitudīe, colore nigro. Quod ſtatim edito partu deuorat fœta, aut partū ad ubera nō admittit, ſi quis præreptū habeat. Olfatu in rabiē id genus agitur. Amiſſa parēte i grege armēti, reliquæ fœtæ educant orbū. Terrā attingere ore triduo ꝓximo q̃ ſit genitus negant poſſe. Quo q̃s acrior, in bibendo ꝓfundius nares mergit. Scythæ ꝑ bella fœminis uti malūt, q̃m urinā curſu nō īpedito reddāt. Cōſtāt in Luſitania circa Vlyxipponē oppidū, & Tagū amnē eq̃s fauonio flante obuerſas aīalem cōcipere ſpiritū, idq; partū fieri, & gigni perniciſſimū ita, ſed triēniū uitæ nō excedere. In eadē Hiſpania gallica gēs, & aſtura equini generis, quos Tiheldōes uocamꝰ. Minori forma appellatos Aſturcones gignūt. Quibꝰ nō uulgaris i curſu gradꝰ, ſed mollis alterna crurū explicatu glomeratio. Vnde equis tollutim carpe incurſus tradit̃ arte. Equo fere, qui hoī morbi, præterq̃ ueſicæ conuerſio, ſicut omnibus in genere ueterinu.

De aſinis, Cap. xliii.

ASinū q̃dringētis nūmis emptum. Qu. Aſio ſenatori auctor eſt. M. Varro, haud ſcio an oīm præcio aīalium uicto, opera ſine dubio getuli mirifica arando quoq;. Sed mulaꝝ maxime generatiōe patria etiā ſpectat̃ i his arcadibus in Achaia, In Italia Reatinis. Ipſum animal frigoris maxīe impatiēs, ideo non generat̃ i pōto, nec i æq̃noctio uerno, ut cætera pauca admittitur, ſed ſolſtitio. Mares in remiſſiōe opis deteriores. Partus a. xxx. mēſe ocyſſimus, ſed a trimatu legitimꝰ. Totidē quot eq̃ & eiſdē mēſibus & ſili mō. Sed incōtinens uterus urinā genitalē reddit, ni cogat̃ in curſum uerberibꝰ a coitu. Raro geminos paritura lucem fugi, & tenebras quærit, ne cōſpiciat̃ ab hoīe. Gignit tota uia, quæ eſt ei ad. xxx. annū. Partꝰ caritas ſumma, ſed aquaꝝ tediū magis. Per ignes ad fœtus tendūt. Eæ item ſi riuus minimꝰ īterſit, hurrēt ita ut pedes oīno caueāt tingere. Nec niſi aſſuetos potāt fontes, q ſunt i pecuariis, atq; ita ut ſicco tramite ad potū eant. Nec pōtes trāſeāt per raritatē plātarū trāſlucentibꝰ fluuiis. Mirūq; dictu ſitiūt, & ſi imutent̃ aquæ ut bibant, cogēdæ exonerādæue ſunt. Nec niſi ſpacioſe incubāt alias atterunt̃. Varia nāq; ſōnio uiſa cōcipiūt ictu pedū crebro, q niſi ꝑ iane emicuerit repulſu durioris materiæ claudītatē ilico affert. Quæſtus ex iis opima ꝓdia exuperat. Notū eſt in celtiberia ſingulas q̃dragēis milibꝰ

numoꝝ emi. Ad mulaꝝ maxíe partus auriũ referre in his & palpebraꝝ pilos aiunt. Quãuis eniꝫ unicolor toto reliquo corpe, totidé tñ colores quot ibi fuere reddit. Pullos eaꝝ epulari Mœcenas inſtituit, multũ eo tpe prælatos onagris. Poſt eũ interiit auctoritas ſaporis. Sed aſino moriéte uiſo celerrime id genus deficit.

De mulis. Cap. xliiii.

EX aſino & equa mulus gignit menſe. xii. Aníal uiribus in labore eximium. Ad tales partus equas neq̃ q̃drimis minores, neq̃ decénibus maiores legunt, arcentq̃ utrũq̃ genus ab altero natrant, niſi in infantia eiꝰ gñis qd' ineát lacte hauſto. Quapropter ſubreptis ſtatí pullis in tenebris equaꝝ uberi aſinaꝝ equuleos admouét. Gignit aũt mula ex equo & aſina, ſꝫ effrenis & tarditatis indomitæ. Léta oía eſſe uetulis, Cõceptũ ex equo ſecutus aſini coitus abortu pimit. Nõ ité ex aſino equi. Fœmías a ptu optíe. vii. die ípleri obſeruatũ eſt, mares fatigatos meliꝰ ípler. Quæ nõ priuſq̃ détes quos pullinos appellãt iaciat cõcepit, ſterilis ítelligit. Et quæ nõ prío initu gñare cœpit. Equo & aſina genitos mares hinulos antiq uocabát, cõtraq̃ mulos, quos aſini & equæ generarét. Obſeruatũ e duobꝰ diuerſis generibꝰ nata tertii generis fieri, & neutri parétũ eſſe ſimilia. Eaq̃ ípa quæ ita nata ſunt nõ gignere in oĩ aíaliũ genere, idcirco mulas nõ parer. Eſt in annalibus noſtris pepiſſe ſæpe, uerũ prodigii loco habitũ. Theophraſtus uulgo parere in Cappadocia tradit. Sed eſſe id aníal ibi ſui gñis. Mulæ calcitratꝰ inhibet uini crebriore potu. In pluriũ græcoꝝ eſt monumétis cũ equa muli coitu natũ, qué uocauerũt hinũ. ideſt paruũ mulũ. Generant ex equa & onagris mãſuefactis mulæ ueloces í curſu, duricia eximiæ pedũ, ueꝝ rugoſo corpe, ídomito aío, ſed generoſo. Onagro & aſina genitus oés antecellit. Onagri in Phrygia & Lycaonia pcipui. Pullis eoꝝ ceu pſtãtibus ſapore Africa gloriat, quos Laliſiões appellãt. Mulũ lxxx. annis uixiſſe Atheníéſiũ monumétis apparet. Eo gauiſi cum templũ í arce facerét, qd derelictus ſenecta cadentia iuméta comitatu niſuq̃ exhortaret decretũ fecere, quo caueretur ne frumentarii negociatores ab incerniculis eum arcerent.

De Bubus. Cap. xlv.

BVbus Indicis cameloꝝ altitudo tradit, cornua in latitudiné q̃ttuor pedũ. In noſtro orbe Epiroticis laus magna a Pyrrhi (ut ferũr) iã inde regis cura id cõſecutus eſt, nõ ante quadrimatũ ad partus uocãdos. Prægrãdes itaq̃ fuere, hodieq̃ reliquiæ ſtirpium durant. At nũc anniculæ ad fœcũditaté poſcunt. Tolerãtius tamé bimæ. Tauri generationé q̃drimi ſplent, & ſingulis denæ eodé anno tradunt. Si aũt poſt coitũ ad dextrã pté abeát Tauri, generatos mares eé, ſi in leuã fœminas. Cõceptio uno initu pagit; qd' ſi forte pererrauit. xx. poſt die maré fœmina repetit. Pariũt méſe. x. quicquid ante genitum inutile eſt. Sunt auctores ípa complente. x. menſe duos parere. nũc raro geminos. Coitus a delphini exortu ad pridie nonas Ianuarii diebus xxx. aliq̃bus & autũno, gétibus quidé quæ lacte uiuũt ita fœtus diſpéſantibꝰ, ut omni tempore anni ſuperſit id alimentũ. Tauri nõ ſæpius q̃ bis die ineũt. Boues animaliũ ſoli & retro ambulantes paſcunt. Apud garamantas quidé haud alr. Vita fœminis. xv. annis longiſſima Maribus. xx. Robur in quimatu. Lauatiõe calydæ aquæ tradunt pingueſcere, & ſi q̃s inciſa cute ſpiritũ in uiſcere harũdine adigat. Nõ degeneres exiſtimari etiã minus laudato aſpectu, plurimũ lactis alpinis q̃bus minimũ corpis plurimũ laboris capite nõ ceruice iũctis. Syriacis nõ ſunt palearia, ſed gibber in dorſo. Carici quoq̃ i pte Aſiæ fœdi uiſu tubere ſup armos a ceruicibꝰ eminéte, laxatis cornibꝰ excellétes í ope narrant. Cæteri nigri coloris cãdidiue ad laboré dãnãt. Tauris minora q̃ bubus cornua tenuioraq̃. Domitura boum in trimatu, poſtea ſera, ante pmatura. Optime cũ domito iuuécus imbuit. Sociũ. n. laboris agriq̃ culturæ habemus. Hoc aíal tantæ apud priores curæ, ut ſit inter exépla dãnatꝰ a populo ro. die dicta. q concubino pcaci rure omaſum ediſſe ſe negãte occiderit boué, actuſq̃ in exiliũ tanq̃ colono ſuo iterépto. Tauris in aſpectu generoſitas torua frõte, auribꝰ ſetoſis, cornibus in pcinctu dimicationé poſcétibꝰ, Sed tota cõminatio prioribus in pedibꝰ ſtat, ira gliſcéte alternos replicãs, ſpargéſq̃ í altũ harenã, & ſolus animalium eo ſtimulo ardeſcés. Vidimꝰ de íperio dimicãtes, & ideo *ſe demõſtratos rotari cornibꝰ cadétes excipi, iterũq̃ reſurgere, mõ iacétes ex humo tolli, bigarũq̃ etiã curru citato uelut aurigas íſiſtere. Theſſaloꝝ gétis ſuétũ é equo iuxta q̃drupedãte cornu ítorta ceruice tauros necare. Primꝰ id ſpectaculũ dedit romæ Cæſar dictator. Hinc uictimæ optíæ & lautiſſima deoꝝ placatio. Huic tãtũ aíali oíuꝫ q̃bꝰ pcerior cauda nõ ſtatí nato cõſumatæ, ut cæteris méſuræ creſcit uni donec ad ueſtigia ima pueniat. Quãobré uictimaꝝ pbatio í uitulo ut articulũ ſuffraginis cõtigat, breuiore nõ litãt. Hoc quoq̃ notatũ uitulos ad aras hũeris hoís allatos nõ fere litar, ſicut nec claudicãté,

*Se adiectitiuꝫ uidetur

nec aliena hoſtia deos placari,nec trahẽte ſe ab aris.Eſt frequẽs ĩ ꝓdigiis Priſcorũ bouẽ locutũ.
Quo nunciato ſenarum ſub diuo haberi ſolitum.

De Api boue. Cap.xlvi.

BOs in ægypto etiã numinis uice colit,Apim uocãt.Inſigne ei in dextro latere cãdicans ma
cula cornibus lunæ creſcere incipiẽtis.Nodus ſub lingua,quem cantarũ appellãt.Non eſt
fas eũ certos uitæ excedere annos,merſumq́ in ſacerdotũ fonte enecant,q̃ſituri luctu aliũ
quem ſubſtituant,donec inueniãt mœrent.Deraſis etiam capitibus,nec tamẽ uſq́ diu quærit.In
uentꝰ deducit a ſacerdotibꝰ Mẽphim.Sũt delubra ei gemina,quæ uocãt Thalamos auguria po
pulorũ.Alterũ intraſſe lœtũ eſt,in altero dira portẽdit.Reſpõſa priuatis dat,e manu conſulẽtiũ
cibũ capiẽdo.Germanici cæſaris manũ auerſatus eſt,haud m̃lto poſt extincti.Cætero ſecretꝰ cũ
ſe ꝓrupit in cœtus,incedit ſũmotu ſtrepitu lictorũ,grexq́ puerorũ cõmitat carmẽ honori eiꝰ ca
nẽtiũ,ĩtelligere uidet,&adorari uelle,Hi greges repẽte lymphati futura p̃cinũt.Fœmĩa bos ſel' ei
anno oſtendit ſuis & ĩpa inſignibus,q̃q̃ aliis,ſempq́ eodẽ die & inueniri eam extinguiq́ tradũt.
Mẽphi eſt locus in Nilo,quẽ a figura uocãt Phialã Oĩbus annis ibi auream paterã argenteãq́
mergentes diebus quos habent natales Apis.Septem hi ſunt.Mirũq́ neminẽ per eos a crocodi-
lis attingi.Octauo poſt horam diei.vi.redire beluæ feritatem.

De natura pecudum & pecorum. Cap.xlvii.

MAgna & pecori gratia,uel in placamẽtis deorũ,uel in uſu uellerũ.Vt boues ſumptũ hoĩm
excolũt,ita corporũ tutela pecori debet.Generatio bimis utrinq́ ad nouenos ãnos q̃buſ
dã & ad.x.primiparis mĩores fœtus.Coitꝰ oĩbus ad arcturi occaſũ,id eſt a tertio idus Ma
ias ad aq̃læ occaſum, ideſt.xiii.Kaleñ.Auguſti.Gerũt partũ diebꝰ.cl.poſtea cõcepti ĩualidi.Cor
dos uocabãt antiqui poſt id tẽpus natos.Multi hybernos agnos præferũt uernĩs,q̃m magis inter
ſit ante ſolſtitiũ q̃ añ brumã firmos eẽ,ſolũq́ hoc aĩal utiliter brũa naſci.Arieti naturale agnas
faſtidire,ſenectã ouiũ cõſectari,& ĩpe ſenecta melior,illis quoq́ utilior.Ferocia eiꝰ cohibet cor
nu iuxta aurẽ terebrato.Dextro teſte ꝑligato fœminas generat,leuo mares,Tõitrꝰ ſolitariis oui
bus abortꝰ ĩferũt.Remediũ eſt cõgregare eas ut cœtu iuuent.Aq̃lonis flatu mares cõcipi dicũt,
Auſtri fœminas.Atq́ in eo genere arietũ maxĩe ſpectant ora.Quia cuius coloris ſub lingua ha-
buere uenas,eius & lanitiũ ẽ in fœtu uariũq́ ſi plures fuere,&mutatio aq̃rũ potuſq́ uariat.Ouiũ
ſũma genera duo,Tectũ & Colonicũ.Illud mollius,hoc in paſcuo elegãtius.Quippe cũ tectũ ru
bis ueſcat.Opimẽta eiꝰ ex Arabicis p̃cipua.Lana aũt laudatiſſima apula,& q̃ ĩ Italia græci peco
ris appellat,alibi Italica.Tertiũ locũ mileſiæ oues obtinẽt.Apulæ breues uillo,nec niſi pẽulis ce
lebres.Circa Tarentũ Canuſiũq́ ſũmã nobilitatẽ habẽt.In Aſia uero eodẽ genere Laodiceæ Alba
circũpadanis nulla p̃fert,nec libra cẽtenos numos ad hoc æui exceſſit ulla.Oues nõ ubiq́ ĩodẽt
Durat q̃buſdã in locis mos uellẽdi.Colorũ plura genera.Quippe cũ deſint etiã noĩa eis,quas na
tiuas appellant aliquot modis.

De generibus lanarum & ueſtium. Cap.xlviii.

HIſpania nigri uelleris p̃cipuas habent,pollẽtia iuxta alpes,Cãuſia rutuli,q̃s Erythreas uo
✣ Fur- cant,itẽ Betica ut Canuſiũ.✣Fuluas tarentũ ac pulligis ſuæ,& ſuccidis oĩbꝰ uſus medica
uas. tus.Hyſtriæ liburniæq́ pillo ꝓpior q̃ lanæ pexis aliena ueſtibus,& quã ſola ars ſcutulato
textu cõmẽdat.In Luſitania ſilis circa piſcinas ꝓuinciæ narbonẽſis.Silis & in ægypto ex q̃ ueſtis
detrita uſu tĩgit,rurſuſq́ æuo durat.Eſt & hirtæ filo craſſo in tapetis antiq̃ſſima gratia. Iã certe
priſcos iis uſos Homerus auctor eſt.Aliter hæc galli tingũt,aliter parthorũ gentes.Lanæ & p ſe
coactæ ueſtẽ faciũt,& ſi addat acetũ ẽt ferro reſiſtũt, imo uero etiã ignibꝰ. Nouiſſimo ſui purga
✣Vel in mento q̃ppe ahenis coquentiũ extractæ✣indumẽtis uſu ueniũt galliarũ(ut arbitror)inuẽtũ.Cer
dumẽti te gallicis hodie noĩbus diſcernũt.nec facile dixeri qua id ætate cœpit.Antiq̃s eñ torus e ſtram
uſum ue torũ,q̃liter nũc etiã in caſtris gauſape.Patris mei memoria cœpe amphimala,noſtra ſicut uilloſa
niunt. & etiã uẽtralia.Nã tunica lati claui ĩ modũ gauſape texi nũc primũ ĩcœpit. Lanarũ nigræ nullũ
colorẽ bibũt.De reliquarũ infectu ſuis locis dicemꝰ.In cõchyliis marinis,aut herbarũ natura,la
nã colo & fuſo.Tanaq̃lis q̃ eadẽ Caia Cecilia uocata ẽ,in tẽplo.M.Anci duraſſe ꝓdẽte ſe,auctor
✣ Vn- eſt.M.Varro,factãq́ ab ea togã regiã✣ungulatã in æde Fortunæ,qua Ser.Tullius fuerat uſus.In
dulatã. de factũ ut nubẽtes uirgines cõitaret colus cõpta & fuſus cũ ſtamĩe.Ea prima texuit rectã tuni
cam,qua ſimul cũ toga pura tyrones,iduũt nouæq́ nuptæ✣Vngulata ueſtis prĩo lautiſſimis fu
✣Vndu it,inde ſoriculata defluxit.Togas raſas phrygianaſq́ diui Auguſti nouiſſimis tẽporibus cœpiſſe
lata. ſcribit Feneſtella.Crebræ papaueratæ ãtiq̃orẽ hñt originẽ.Iã ſub lucilio poeta ĩ Torq̃to notatæ

Prætextæ apud Hetruſcos originé inuenere. Trabeis uſos accipio reges. Pictas ueſtes iá apd' Homerú fuiſſe, uñ triúphales natæ. Acu facere Idæi phryges ſuenerút, ideoq́ phrygiones appellati ſút. Aurú intexere in eadé Aſia ſuenit Attalus rex, uñ nomé attalicis. Colores diuerſos picturæ ĩtexeř Babylõ maxie celebrauit, & nomé ĩpoſuit. Plurimis uero liciis texeř q̃ polymita appellát; Alexádria inſtituit. Scutulis diuidere gallia. Metellꝰ Scipiõi triclinaria babylõica ſeſtertiú. 8oo: milibꝰ neniſſe iá túc poſuit in capitalibꝰ criminibꝰ, quæ Neroni principi quadringétis milibus ſeſtertiú nup ſtetere. Ser. Tullii ꝓtextæ qbꝰ ſignú fortunæ ab eo dicatæ cooptum erat, durauere ad Seiani exitú. Mirúq́ fuit nec defluxiſſe eas, nec Teredonú iniurias ſenſiſſe annis. d. lx. Vidimꝰ iam & bidétiú uellera purpura, cocco, cõchylio ſexqpedalibꝰ libris infecta, uelut illa ſic naſci cogéte luxuria. In ĩpa oue ſatis generoſitatis oſtendiť breuitate crurú. uentris ueſtitu, qbus nudus eſſet, Apicas uocabát, dánabátq́ Sytiæ cubitales ouiú caudæ, plurimúq́ in ea pre lanicii. Caſtrari agnos niſi quinquemeſtres præmaturum exiſtimant.

De muſimonio. Cap. xlix.

EST & in Hiſpania & maxie Corſica non maxime abſiḿe pecori genus Muſimonum caprinõ uillo q̃ pecoris uelleri ꝓpius. Quorum e genere & ouibus natos Priſci umbros uocauerút. Infirmiſſimum pecori caput. Quáobré auerſum a ſole paſci cogendú. Quá ſtultiſſima aníaliú lanata. Qua timuere ĩgredi unú cornu rapto ſequúť. Vita lõgiſſima annis. x. ĩ æthiopia. xiii. Capris eodé loco. xi. In reliquo orbe plurimú octo. Vtrúq́ genus intra quartú coitú impletur.

De capris & generatione earum. Cap. l.

CApræ pariút & q̃ternos, ſed raro admodú. Ferunt quinq́ méſibus ut oues. Capræ pinguedine ſterileſcút. Trimæ minus utiliter generát & in ſenecta, nec ultra q̃drienniú. Incipiút vii. méſe & adhuc lactantes. Mutilú in utroq́ ſexu utilius. Primꝰ in die coitus nõ iplet, ſequens efficacior, ac deiñ cõcipiút Nouébri méſe, ut Martio patiát turgeſcétibꝰ uirgultis. Aliqñ auiculæ, ſemp bimæ in trimatu inutiles pariút octonis annis. Abortꝰ frigori obnoxiꝰ. Ocl'os capra ſuffuſos iúci púcto ſanguie exonerat. Caper rubi. Sollertiá eiꝰ aíalis Mutianus uiſam ſibi prodidit in põte ꝓtenui duabꝰ obuiis e diuerſo cú circúactú anguſtiæ nõ capent, nec reciprocationé lõgitudo ĩ exilitate cæca torréte rapido minaciter ſubterfluéte, alterá ꝯcubuiſſe, atq́ ita alterá ꝓculcatæ ſupgreſſá. Mares q̃maxie ſimos lõgis auricl'is ĩfractiſq́ armis q̃uilloſiſſimos probát. Fœminaꝝ generoſitatis inſignæ laciniæ corpibꝰ & ceruice binæ depédétes. Non oíbus cornua, ſed qbus ſunt, in his & ĩdicia ánoꝝ p icteméta nodoꝝ. Mutilis lactis maior ubertas. Auribꝰ eas ſpirare nõ naribꝰ, nec unq̃ febri carere + Archelaus auctor eſt. Ideoq́ fortaſſis ꝙ aía his q̃ ouibus ardétior, calidioreſq́ cõcubitꝰ. Tradút & noctu nõ minꝰ cerneř q̃ iterdiu. Et ideo caprinú iecur ſi ueſcať, reſtituit ueſptiná acié his quos Nyctilopas uocát. In cilicia circaq́ Syrtes uillo tõſili ueſtiunť. Capras in occaſum decliui ſole ĩ paſcuis negát cõtueri iter ſeſe, ſed auerſas iacere. Reliqs auté horis inter ſe aduerſas & cognitiores. Depédet oíū mento uillus, quem aruncum uocant. Hoc ſi quis apprehéſam ex grege uná trahat, cæteræ ſtupétes ſpectant. Id etiá euenire cum quandam herbá aliqua ex eis momorderit. Morſus earú arbori exitialis. Oliuá lambédo quoq́ ſterilem faciunt. Eaq́ ex cauſa Mineruæ immolantur.

+ Alcmeone & Ariſtoteles facit auctorem.

De Suibus & natura earum. Cap. li.

SVilli pecoris admiſſura a Fauonio ad æquinoctium uernum ætatis. vi ĩ. menſe. Quibuſdá in locis etiam a. iii. uſq́ ad. vii. annú. Partus bis in anno. Tempus utero. iii. menſium. Numerus fœcúditatis ad uicenos. Sed educare tam multos nequeunt. Diebus. x. circa brumá ſtatĩ dentes naſci, Nigidius tradit. Impleńť uno coitu, qui & geminatus ꝓpter facilitaté abortiendi remediú, ne prima ſubactiõe, neq́ ante flacidas aures coitus fiat. Mares nõ ultra trimatú generát. Fœminæ ſenectute feſſe cubátes coeút. Comeſſæ fœtus his nõ eſt ꝓdigiú. Suis fœtꝰ ſacrificio die. v. purus eſt. Pecoris die. vii. Bubꝰ. xxx. Corúcaniꝰ ruminalis hoſtias donec bidétes fierent puras negauit. Sué ocl'o amiſſo putát cito extingui, alioqn uita ad. xv. ános, qbuſdá uicenos. Veꝝ efferáť, & alias obnoxiú genꝰ morbis anginæ maxíe & ſtrumæ. Index ſuis ĩualide cruor ĩ radice ſetæ dorſo euulſæ, caput obliquú in inceſſu. Penuriá lactis ꝓpingues ſentiút, & prío fœtu minus ſunt numeroſæ. In luto uolutatio generi grata. Intorta cauda. Id ét notatú facilꝰ iacere in dexteꝝ q̃ leuú detortá. Pigueſcút. lx. diebꝰ, ſed magis tridui inedia ante ſaginatioré orſa. Aíaliú hoc maxie brutú, aíamq́ ei p ſale datá nõ illepide exiſtiabať. Cõptú agnita uoce ſuarii furto abactos merſo nauigio ĩclinatõe lateris uniꝰ remeaſſe. Quí & duces ĩ urbe foꝝ núdinariú domoſq́ peteř diſcút

& feri ſapiũt ueſtigia palude cõfũdere,uria fugã leuare.Caſtrãt fœmiæ ſic quoq; uti cameli poſt bidui iuediam ſuſpẽſæ pernis priorib⁹ uulua reciſa celeri⁹.Ita pingueſcũt.Et adhibet ars iecori fœminaꝝ ſicut anſeꝝ inuẽtũ.M.Apicii ſico carica ſaginatis a ſatietate uecatis repẽte mulſi potu dato.Neq; alio ex aiali numeroſior materia ganeæ,qnquaginta ꝓpe ſapores,cum cæteris ſinguli.Hinc cẽſoriaꝝ legũ paginæ,interdictaq; cœnis abdña,glãdia,teſticuli,uuluæ ſyncipita,uer
*Publii rina,ut tñ *Publii mimoꝝ poetæ cœna poſtꝗ̃ ſeruitutẽ exuerat,nulla memoret ſine abdñe, etiã uocabulo ſuminis ab eo ĩpoſito.Placuet aũt & fieri ueſcicæ.Catõis cẽſoris orones aprinũ exprobrãt callũ,in tres tñ partes diuiſo apro media ponebãt lũbos aprunos appellata.Solidũ aprũ romanoꝝ primus in epulis appoſuit.P.Seruilius Rullus,pater eius Rulli,qui Cicerõis in cõſulatu legẽ agrariã ꝓmulgauit.Tã ꝓpinꝗ̃ origo nũc quotidianæ rei eſt.Et hoc annales notarũt hoꝝ.ſ. ad emẽdationẽ moꝝ,qbus notata qdẽ eſſet cœna,ſed ĩ pricipio bini terniq; piter mãdebãt apri.

De Viuariis beſtiarum. Cap.lii.

*Lupinus. Viuaria eoꝝ cæterorũq; ſylueſtriũ primus togati generis inuenit Fului⁹ *Hirpinus qui in Tarqniẽſi feras paſcere iſtituit.Nec diu imitatores defuere.L.Lucullus,& Qu. Hortẽſius Sues feræ ſel'anno gignũt.Marib⁹ in coitu pluria aſpitas.Tũc inter ſe dimicãt indurãtes attritu arboꝝ coſtas,lutoq; ſe tergorãtes.Fœminæ in ptu aſpiores,& fere ſimiliter ĩ omni genere beſtiaꝝ.Apris maribus nõ niſi anniculis generatio.In India cubitales dẽtiũ flex⁹gemini ex roſtro.Totidẽ a frõte ceu uituli cornua exeũt.Pilus æreo ſilis aggreſtib⁹,cæteris niger. At in Arabia ſuillum genus non uiuit in ullo genere.

De ſemiferis animalibus. Cap.liii.

Aeque facilis miſtura cum fero,ꝗ̃liter natos antiqui Hibridas ſues uocabãt ſemiferos , ad hoĩes quoq; ut in.C.Antoniũ Ciceronis in cõſulatu collegã appellatõe trãſlata nõ ĩ ſuib⁹ tm̃,ſed in oib⁹ quoq; aĩaliũ cuiuſcũq; generis ullũ eſt placidũ.Eiuſdẽ inuenit & ferum,ut pote cũ hoĩm etiã ſylueſtriũ tot genera ꝑdicta ſint.Capræ tñ in plurimas ſil'itudines trãſfigurãt. Sunt capreæ,ſũt rupicapræ,ſunt ibices pnicitatis mirãdæ,quãuꝗ̃ onerato capite uaſtis cornibus gladiorũq; uaginis,in hæc ſe librant ut tormento aliquo rotãti ĩ petris potiſſimũ e mõte aliquo in aliũ trãſilire cupiẽtes,atq; recurſu pnici quo libuerit exultãt.Sũt & origes ſoli a qbuſdã dicti contrario pilo ueſtiti,& ad caput uerſo.Sunt & Damæ,& Pygardi.& Strepſicerotes multaq; alia haud diſſimilia. Sed illa alpes,hæc tranſmarini ſitus mittunt.

De Simiis. Cap.liiii.

Simiarũ quoq; genera homĩs figure ꝓxima caudis inter ſe diſtinguuntur.Mira ſolertia uiſco iungunt laqueos calceariq; imitatione uenãtiũ tradunt.Mutianus & latrũculis luſiſſe fictis cæra,nuces uiſu diſtiguere.Cornelius luna caua triſtes eſſe, quibus in eo genere cauda ſit, Noua exultationẽ adoriri.Nanq; defectum ſyderũ & cæteræ pauent quadrupedes.Simiarum generi ꝑcipua erga fœtũ affectio.Geſtant catulos quos mãſuefacte intra domos peperc, oĩbus demonſtrant,tractariq; gaudet,tractatu gratulationẽ intelligentes.Itaq; magna ex parte cõplectẽdo necant.Efferatior cynocephalis natura ſicut mitiſſima ſatyris.Callitriches toto pene aſpectu differũt.Barba eſt in facie,cauda late diffuſa priori pte.Hoc aĩal negat uiuere ĩ alio,niſi ĩ æthiopio quo gignitur cælo.

De Leporibus. Cap.lv.

Leporũ plura ſunt genera,in alpibus candidi,qbus hyberñis menſibus ꝓ cibatu niuem credunt eſſe.Certe liqſcente ea rutileſcũt annis oibus.Et eſt alioqui aĩal intollerandi rigoris alũnum,leporũ generis.Sũt & quos Hiſpania cuniculos appellat fœcũditatis ĩnumeræ fãmẽq; balearibus inſulis populatis meſſibus afferẽs,Fœtus uẽtre exactos uel uberibus ablatos nõ repurgatis interranei gratiſſimo in cibatu habẽt,laurices uocãr.Certũ eſt Balearicos aduerſ⁹ ꝓuentũ eorũ auxilliũ militare a Diuo Auguſto petiſſe.Magna ꝓp uenatum eoꝝ uiuerris gratia eſt Iniiciũt eas in ſpecus,qui ſunt multifores in terris,uñ & nomẽ aĩali atq; ita eiectos ſupne capiũt Archelaus auctor eſt quot ſũt corpis cauernæ ad excremẽta lepori totidẽ ãnos eſſe ætatis. Vari⁹ certe nũerus reperit.Idem utrãq; ui ſingl'is ĩneſſe ac ſine mare æque gignere.Benigna circa hoc natura innocua & eſculẽta aĩalia fœcũda generauit.Lepus oĩm prædæ naſcẽs ſolus præter Daſipodẽ,ſupfetat,aliud educãs,aliud in utero pilis ueſtitũ,aliud ĩ plume,aliud *inchoata gerẽs pte,
*Inchoata gerẽs ptu. Necnon & ueſtes leporino pilo facere tentatũ eſt tactu non perinde molli ut in cute,ꝓpter breuitatem pili labili.

De Damis. Cap. lvi.

d Amæ mauſueſcũt raro,cum feræ iure dici nõ poſſint.Cõplura nãq; ſunt,nec placida,nec fera ſed

ſera,ſed mediæ īter utrūq; naturæ,ut in uolucribus hirūdines,apes,in campo,in mari delphini.

De muribus & gliribus. Cap.lvii.

QVo in genere multi & hos incolas domus poſuere mures,haud ſpernendū in oſtentis etiā publicis aīal;Arroſis lauini clypeis argēteis Marſicū portēdere bellū. Carboni īperatori apud cluſiū faſciis,quibꝰ in calciatu utebaſ exitiū.Plura eo℞ genera in Cyrenaica regione,alii lata frōte,alii acuta,alii herinaceo℞ gn̄e pūgētibus pilis. Theophraſt. auctor eſt in Gyaro īſula cū īcolas fugaſſent,fer℞ quoq; roſiſſe.Cōſtat id qđ iactura qdā & ad chalybas ſecere ī ſerrariis officinis. Aurariis qdē ī metallis ob hoc aluos eo℞ excidi,ſpq; id furtū dephēdi, tātam eē dulcedinē furādi. Veniſſe murē.cc.nūmis caſilinū obſidente Hānibale,eū q uēdiderat ſame īteriſſe emptorē uixiſſe annales tradūt.Cū cādidi puenere,lætū faciūt oſtentū.Nam ſoricū occentu dirimi auſpicia annales refertos habemꝰ.Sorices & īpos hyeme cōdi,auctor eſt Nigidiꝰ,ſicut glires,quos cēſoriæ legis principes.Qu.Scaurus,&.M.i cōſulatu nō alio mō cœnis ademere q̄ conchylia,aut ex alio orbe cōuectas aues.Semiſe℞ & ipm̄ animal,cui uiuaria,in doliis idē qui apris inſtituit.Qua in re notatū non cōgregari niſi populares eiuſdē ſyluæ,& ſi miſceanſ alienigenæ,niſi amne,uel mōte diſcreti itetire dimicādo.Genitores ſuos feſſos ſenecta alunt inſigni pietate ſeniū finiſ hyberna qete.Cōditi enim & hi cubāt,rurſus æſtate iuueneſcūt, ſili & muſtellis qete.

Quæ animalia quibus locis non ſint. Cap.lviii.

SIc mirū rerum naturā nō ſolū alia aliis dediſſe terris aīalia,ſed in eodē quoq; ſitu q̄dā aliquibus locis negaſſe.In Mœſia ſylua Italiæ nō niſi in partu reperiunſ hi glires. In Licia Dorcades nō tranſeūt mōtes ſyris uicinos.Onagri montē q Cappadociam a Licia diuidit.In Helleſpōto in alienos fines nō cōmeant cerui,& circa Arginuſſam Elatū montē non exedunt auribus etiā ī mōte ſiſſis.In Pordoſolene inſula uiciniā muſtellæ nō trāſeūt.In bœotiæ lebadia illatæ ſolum ipm̄ fugiūt,quæ iuxta in orchomeno tota ſubruūt arua,talpæ,qua℞ e pellibus cubicularia uidimꝰ ſtragula.Adeo ne religio qdē a portētis ſūmouet delicias.In Ithaca lepores illati moriūſ extremis qdē in littoribꝰ,in Ebuſa cunicli nō ſunt,ſcatēt in Hiſpania balearibuſq;. Cyrenis mutæ fuere ranæ,illatis,e cōtinēte uocalibꝰ durat genus ea℞.Mutæ ſunt etiā nunc ſeripho inſula. Eædē alio trāſlatæ canūt.Quod accidere & in lacu Theſſaliæ ſicēdo tradūt,in Italia muribꝰ araneis uenenatus eſt morſus.Eoſdē ulterior appēnina regio nō habet.Iidē ubicūq; ſint orbitā ſi trāſiere moriunſ.In olympo Macedoniæ mōte nō ſūt lupi,nec in Creta inſula,ibi qdē nō uulpes urſiue aut oīo ullū maleficū aīal p̄ter phalāgiū.Aranei id genꝰ de quo dicemꝰ ſuo loco,Mirabiliꝰ in eadē inſula ceruos,p̄terq̄ in Cidoneata℞ regione nō eſſe.Item apros & attagenas,herinaceos,In Africa aūt nec apros,nec ceruos,nec capreas,nec urſos.

Quæ aduenis noceant. Cap.lix.

IAm quædā animalia innoxia īdigenis aduenas interimūt,ſicut ſerpentes. Pai cūt in Myrinthe quos terra naſci prodiſ.Item in ſyria angues circa Euphratis maxie ripas dormiētes Syros non attingunt.Aut etiam ſi calcati momordere non ſentiunt maleficia,alios cuiuſq; gētis infeſti auide & cū cruciatu exanimantes.Quamobrem & Syri non necant eos. Contra in Aletenio Cariæ mōte Ariſtoteles tradit a ſcorpionibus hoſpites nō lædi,indigenas interimi. Sed reliquorum quoq; animalium,& præterea terreſtrium dicemus genera.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. IX.

De Aquatilium. Cap.i.

ANimaliū quæ terreſtria appellauimꝰ hoīum quadam cōſortione degentia indicata natura eſt.Ex reliquis minimas eſſe uolucres cōuenit. Quaobrem prius equorum,amnium,ſtagnorumq; dicentur.

Quæ in mari maxima animalia. Cap.ii.

SVnt aūt compluria in iis maiora ēt terreſtribꝰ.Cauſa euidens humoris luxuria,alia ſors alitum.Quibus uita pendentibus,in mari autē tā late ſupino,molliq; ac ſertili acremento accipiente cauſas genitales ſublimi,ſemperq; pariente natura plæraq; etiam monſtriſica reperiuntur perplexis & in ſemet aliter atq; aliter nunc flatu, nūc fluctu cōuolutis ſeminibus atq; principiis. Vt uera fiat uulgi opinio quicquid naſcaſ in parte naturæ ulla & in mari eſſe,p̄terq; multa quæ nuſq̄ alibi rerum quidē nō ſolum animaliū ſimulacra ineſſe licet intelligere intuētibus uuā,gladiū ſerras.Cucumim uero & in colore & in odore ſimilem.Quo minus miremur equorū capita in tam

paruis eminere cocleis.

De Indici maris beluis. Cap.iii.

PLurima autẽ & maxima in Indico mari aĩalia, e quibus balenæ quaternũ iugerũ, piſtrix ducenũ cubitorũ. Quippe ubi locuſtæ quaterna cubita impleãt. Anguillæ quoq; in Gãge amne tricenos pedes, Sed ĩ mari beluæ circa ſolſticia maxime uiſunť. Tunc illic ruunt turbines, tũc ĩbres, tũc deiectæ mõtiũ iugis ꝓcellæ ab imo uertũt maria pulſataſq; ex ꝓfũdo beluas cũ fluctibꝰ uoluũt, & alias tãta tynnoꝝ multitudine, ut Magni Alexãdri claſſis haud alio modo q̃ hoſtiũ acie obuia cõtrariũ agmen aduerſa frõte direxerit. Aliter ſparſis nõ erat euadere, qui nõ uoce, nõ ſonitu, nõ ictu, ſed fragore terrẽť, nec niſi ruina turbãť. Cadara appellať rubri maris peninſula. Huiꝰ obiectu uaſtus efficiť ſinus. xii. dieꝝ & noctiũ remigio enauigatus Ptolemæo regi quãdo nullius auræ recipit afflatũ. Huius loci quiete præcipua ad ĩmobilẽ magnitudinẽ beluæ adoleſcũt. Gedroſi q̃ Arbin amnẽ accolũt, Alex. Magni claſſiũ ꝓfectõ ꝓdidere in domibus fores maxillis beluaꝝ facere, oſſibꝰ tecta cõtignare. Ex q̃bus multa quadragenũ cubitoꝝ lõgitudinis reperta. Exeunt & pecori ſimiles beluæ ibi in terrã, paſtæq; radices fruticũ remeant, & quædam equorum, aſinorum, taurorum capitibus, quæ depaſcunť ſata. Maximũ animal ĩ Indico mari piſtrix & balena eſt.

Quæ in quoq; oceano maxima. Cap.iiii.

IN gallico oceano phyſeter ingẽtis colũnæ modo ſe attollens, altiorq; nauium uelis diluuiẽ quãdã eructãs. In gaditano oceano arbor in tantũ uaſtis diſpanſa ramis, ut ex ea cauſa fretũ nunq̃uã intraſſe credať. Apparẽt & rotæ appellatæ a ſimilitudine quaternis diſtinctæ radiis modiolos earum oculis duobus utrinq; claudentibus.

De Tritonum & Nereidum, & Elephantorum maritimorum figuris. Cap.v.

TIberio principi nũciauit Oliponẽſium legatio ob id miſſa, uiſum auditũq; in quodam ſpecũ cõcha canentẽ Tritonẽ qua noſciť forma. Et Nereidũ falſa opinio non eſt ſquamis mõ hiſpido corpe ẽt ĩ quo hũanã effigiẽ habẽt. Namq; hæc in eodẽ ſpectata littore eſt. Cuius motiẽtis etiã gannitũ triſtem accolæ audieť longe. Et diuo Auguſto legatꝰ galliæ cõplures ĩ littore apparere exanimes Nereidas ſcripſit, auctores habeo ĩ eq̃ſtri ordine ſplendẽtes uiſum ab his in gaditano oceano maritũ hoĩem toto corpe abſoluta ſimilitudine aſcẽdere nauigia nocturnis tpibus, ſtatiq; degrauati q̃s inſederit ptes, & ſi diutius pmaneat etiã mergi. Tiberio pĩcipe cõtra Lugdunẽſis ꝓuinciæ littus inſularũ trecentas ampliꝰ beluas reciprocans, deſtituit oceanꝰ miræ uarietatis & magnitudinis. Nec pauciores ĩ ſantonũ littore. Interq; reliquas elephãtos & arietes cãdore tantũ cornibus aſſimilatis. Nereidas uero multas. Turanius uero ꝓdidit expulſã beluã in Gaditana littora, cuiꝰ ĩter pinnas duas ultimæ caudæ cubita. xvi. fuiſſet, dẽtes eiuſdẽ. cxx. Maximi dodrantiũ menſura, minimi ſemipedũ. Beluæ cui dicebať expoſita fuiſſe Andromada oſſa Romæ apportata ex oppido iudeæ Iope oſtẽdit inter reliq̃ miracula ædilitate ſua. M. Scaurꝰ, lõgitudine pedũ. xl, latitudie coſtarũ Indicos elephãtos excedẽte. Spinæ craſſitudine ſeſquipedali.

De Balenis & Orcis. Cap.vi.

BAlenæ in noſtra maria penetrant. In gaditano oceano nõ ante brumã conſpici eas tradũt. Cõdi aũt æſtatis tpibus ĩ quodã ſinu placido & capaci mire gaudẽtes ibi parere. Hoc ſcire orcas infeſtã his beluã. Et cuius imago nulla rep̃ſentatione exprimi poſſit alia, q̃ carnis immenſæ dẽtibus truculẽtæ. Irrũpunt ergo in ſecreta, ac uitulos eaꝝ & fœtas, uel etiã in ãnũ grauidas lacerat morſu, incurſuq; ceu liburnicarũ roſtris fodiũt. Illæ ad flexũ imobiles, ad repugnãdũ inertes, & põdere ſuo oneratæ. Tũc q̃dem & utero graues, pariẽdiue pœnis ĩualidæ ſolũ auxiliũ nouere in altũ ꝓfugere, & ſe toto defendere oceano. Cõtra orcæ occurrere laborãt, ſeſeq; opponere, & cautiũ anguſtiis trucidare, ĩ uada urgeť ſaxis illidere. Spectãť ea prælia ceu mari ipo ſibi irato nullis in ſinu uẽtis. Fluctibꝰ uero ad anhelitus ictuſq; quãtos nulli turbies uoluãt. Orca & ĩ portu hoſtiẽſi uiſa eſt oppugnata a Claudio principe. Venerat tũc ex ædificãte eo portũ ĩuitata naufragiis tergotũ euectorũ e gallia, ſatianſq; ſe per cõplures dies alueũ ĩ uado ſulcauerat accumulata fluctibus in tantũ, ut circũagi nullo modo poſſet. Et dum ſaginã perſequiť ĩ littꝰ fluctibꝰ ꝓpulſa, eminẽte dorſo multũ ſup aquas carinæ uice ĩuerſæ. Protẽdi iuſſit Cæſar plagas multiplices inter ora portus, ꝓfectuſq; ipe cum p̃torianis cohortibus populo ro. ſpectaculũ præbuit lãceas congerente milite e nauigiis aſſultantibus, quorũ unum mergi uidimꝰ re flatu beluæ oppletũ unda. Ora balenæ habent in frontibus. Ideoq; ſumma aqua annatãtes in ſublime nimbos efflãt.

An ſpirent piſces, an dormiant. Cap.vii.

Spirant autem

SPirant aūt cōſeſſione oīum & pauciſſima anīalia in mari, q̄ internoꝝ uiſceꝝ pulmonē hn̄t: Quoniā ſine eo nullū animal putaṫ ſpirare, nec piſciū brāchias habentes anhelitū reddere, ac per uices recipe exiſtimāt, quoꝝ hæc opinio eſt. Nec multa alia genera etiā branchiis carētia. In qua ſententia fuiſſe Ariſtotelē uideo, & multis pſuaſiſſe doctrinæ indaginibus. Nec me ptinus huic opinioni eoꝝ accedere haud diſſimulo, qm̄ & pulmonū uice aliis poſſunt alia ſpirabilia ineſſe uiſcera, ita uolēte natura, ſicut & pro ſanguie multis alius humor. In aq̄s quidē penetrare hūc uitalē halitū qs miret̄: qui etiā reddi ab his eum cernat, & in terras tāto quoq; ſpiſſiorem naturæ partē penetrare argumēto animaliū, quæ ſp defoſſa uiuūt ceu talpæ. Accedit apud me certæ efficaciæ ut credā oīa in aq̄s ſpitatæ naturæ ſuæ ſorte, primū ſæpe adnotata piſciū æſtiuo calore quædā anhelatio, & alia tranquillo uelut oſcitatio. Ipſoꝝ quoq; q ſunt in aduerſa opinione de ſomno piſciū cōfeſſio. Quis eni ſine reſpiratione ſōno locus? Præterea bullātium aquarū ſufflatio lunæq; effectu concharū quoq; corpa augeſcētia, ſuper oīa eſt, ꝙ eſſe auditū & odoratum piſcibus nō erit dubium ex aeris utrūq; materia. Odorē quidē nō eſt aliud q̄ infectū aera intelligi poſſe. Quāobrē de his opinet̄ ut cui libitū erit. Brāchiæ nō ſunt balenis nec delphinis. Hæc duo genera fiſtulis ſpirāt, quæ ad pulmonē ptinēt. Balenis a fronte, delphinis a dorſo, & uituli marini quos uocāt Phocas, ſpirant & dormiūt in terra. Item teſtudines de q̄bus mox plura.

De Delphinis. Cap. viii.

VElociſſimū oium animaliū non ſolū marinoꝝ delphinus, ſed ocyor uolucre, acrior tælo, ac niſi multū infra roſtrū os illi foret, medio pene in uētre, nullus piſciū celeritatem eius euaderet. Sed affert morā puidētia naturæ, quia niſi reſupini atq; conuerſi nō corripiunt, quæ cā præcipue uelocitatē eoꝝ oſtēdit. Nā cū fame cōcitati fugientē in uada ima pſecuti piſcē diutius ſpiritū cōtinuere, ut arcu emiſſi ad reſpirādū emicant. Tāta ui exiliūt, ut plærūq; uela nauiū tranſuolēt. Agūt uere cōiugia, patiūt cattulos. x. mēſe æſtiuo tēpore. Interdū & binos nutriūt uberibus ſicut balena. Atq; etiā geſtant fœtus in īfantia īfirmos. Quin etiā adultos diu comitant̄ magna erga partū caritate. Adoleſcūt celeriter. X. annis putant̄ ad ſūmā magnitudinē puenire. Viuūt etiā tricenis. Quod cognitū pſciſſa cauda in expimentū. Abdunt̄ tricenis diebus circa canis ortū, occultant̄q; icognito modo. Quod eo magis mirū eſt, ſi ſpirare in aq̄ nequeunt. Solēt in terrā erūpere icerta de cauſa. Et ſtatim tellure tacta moriunt̄, multoq; ocyus fiſtula obturata. Lingua eſt his cōtra naturā aq̄tiliū mobilis, breuis atq; lata, haud differēs ſuillæ. Pro uoce gemitus humano ſilis, dorſum repādū, roſtrū ſimū. Qua de cauſa nomē Simonis oēs miro mō agnoſcūt, malūtq; ita appellari. Delphinꝰ nō tm̄ hoīs amicū aīal, ueꝝ & muſica arte mulcet̄ ſymphoniæ cātu, & pcipue hydrauli ſono. Hoīe3 nō expaueſcit ut alienū. Obuiā nauigiis uenit. Alludit exultans, certat etiam, & quāuis plena pterit uela. Diuo aūt Auguſto principe Lucrinū lacū inuectus paupis cuiuſdā pueꝝ ex Baiano puteolos in ludū litteraꝝ itantē, cū meridiano imorās appellatū eū Simonis noīe ſæpius fragmētis panis quē ob id ferebat allexiſſet, miro amore dilexit. Pigeret referr̄, ni res Mœcenatis & Flauiani & Flauii, Alfii multorūq; eēt lr̄is mādata. Quocūq; diei tpe īclamatꝰ a puero q̄uis occultꝰ atq; abditus ex imo aduolabat, paſtuſq; e manu pbebat aſceſuro dorſū pinæ aculeos uelut uagina cōdēs, receptūq; puteolos per magnū æquor ī ludū ferebat. Simili modo reuehēs pluribꝰ annis donec morbo extīcto puero ſubinde ad conſuetū locū uētitans triſtis & merēti ſilis, ipſe quoq; (qd̄ nemo dubitaret) deſiderio expirauit. Alius inter hos annos ī Africo littore hipponis diarrhyti ſilī modo ex hoīu3 manibꝰ ueſcens, ferēſq; tractādū, & alludēs natantibꝰ, īpoſitoſq; portās unguēto punctus a Flauiano pcōſule Africæ, & ſopitꝰ, ut apparuit odoris nouitate fluctuatuſq; ſilis exanimi caruit hoīu3 cōuerſatiōe, ut iniuria fugatꝰ p aliquot mēſes, mox reuerſus i eodē miraclo fuit. Iniuriæ poteſtatū ī hoſpitales ad uiſēdū uenientiū Hypponēſes in necē eiꝰ cōpulerūt. Ante hæc ſimilia de puero in Iaſſo urbe memorantur. Cuius amore ſpectatur lōgo tpe dum abeūtē in littus auide ſequit̄, in harenā iuectus expirauit. Pueꝝ Alexāder Magnus Babylone Neptuni ſacerdotio pfecit, amorē illū numinis ppicii fuiſſe interptatus. In eadē urbe Iaſſo Egeſidemus ſcribit & aliū puerū Hermiā noīe ſimiliter Maria pequitātē cū repētinæ pcellæ fluctibꝰ exanimatus eſſet relatū, delphinūq; cauſam lœti fatentem nō reuerſū in maria, atq; in ſicco expiraſſe. Hoc idē & naupacti accidiſſe Theophraſtꝰ tradit. Nec modꝰ exēploꝝ. Eadē amphilochii & Tarētini d̄ pueris delphiniſq; narrāt. Quæ faciūt ut credat̄, Arionē quoq; citharœdicæ artis iterficere nautis ī mari parātibꝰ ad intercipiēdos eius quæſtus

eblādituͦ,ut pri⁹ caneret cithara,cōgregatis cātu delphinis cū ſe iecisset in mare exceptū ab uno tauaꝝ in litt⁹ puectū.Eſt puinciæ Narbonēſis & in Nemauſieſi agro ſtagnū laterna appellatū, ubi cū hoīs delphini ſocietate piſcanf,inumera uis mugilū ſtatuto tpe anguſtis faucib⁹ ſtagni ī mare erūpit obſeruata æſtus reciprocatiōe.Qua de cā ptendi nō qeūt retia,q̄ molē pōderis nllo mō tollerēt,etiā ſi nō ſolertia iſidief tēpori.Simili ratiōe in altū ptin⁹ tēdūt,qđ uicino gurgite effecere,locūq; ſolū pādēdis retibus habilē effugere feſtinant. Quod ubi aiaduertere piſcantes, cōcurrit aūt multitudo tpis gnara,& magis ēt uoluptatis huius auida,totuſq; populus e littore quanto poteſt clamore conciet.Simonem ad ſpectaculi euentum . Celeriter delphini exaudiunt deſideria aquilonū flatu uocē pſequēte,auſtro uero tardi⁹ ex aduerſo referēte.Sed tūc quoq; im prouiſo in auxiliū aduolāt.Prope appet acies,q̄ ptinus diſponif in loco,ubi cōiecta eſt pugna. Opponūt ſeſe ab alto,trepidoſq; in uada urgēt.Tūc piſcatores circūdāt retia, furciſq; ſubleuāt. At mugilū nihilomin⁹ uelocitas trāſilit.At illos excipiūt delphini,& occidiſſe ad pſens cōtēti ci bos in uictoriā differūt.Opere prelium feruet,includiq; retibus ſe fortiſſime urgētes gaudent. Atq; ne idipm fugā hoſtiū ſtimulet,inter nauigia & retia natāteſue hoīes ita ſenſum elabuntur, ut exitus nō appeat.Saltu qđ eſt alias blādiſſimū his nullus conaf euadere,ni ſūmittanf ſibi retia.Egreſſi ptin⁹ ante uallū prœliant.Ita peracta captura quos interemef diripiūt. Sed enixioris operæ q̄ in unius diei præmiū ut cōſcii ſibi operiunf in poſterū,nec piſcibus tantum,ſed interie ctu panis ac uino ſatianf.Quæ de eodem genere piſcādi in Iaſſio ſinu cōſul Mutian⁹ tradit, hoc differūt,q̄ ultro neq; ſelamāti preſto ſint,parteſq; e manib⁹ accipiūt,& ſuū quēq; cubantes cum delphinis ſociū habeāt,quis noctu & ad faces.Ipſis quoq; iter ſe ē publica ſocietas.Capto a rege Cariæ alligatoq; ī portu delphino ingēs reliquoꝝ conuenit multitudo mœſtitia quadam, quæ poſſet intelligi miſerationē petens,donec dimitti rex eū iuſſit. Quin & paruos ſemp aliquis grā dior comitaf ut cuſtos.Conſpectiq; ſunt iam defunctum portantes,ne laceref a beluis.

De turſionibus aquatilibus. Cap.ix.

Delphinorū ſimilitudinē habent qui uocanf Turſiones, Diſtant & triſtitia quidē aſpectus Abeſt enim illa laſciuia,maxime tamen roſtris canicularum maleficentia aſſimilati.

De Teſtudinibus quomodo capiantur. Cap.x.

Teſtudines tātæ magnitudis Indicū mare emittit,ut ſingularū ſupficies habitabiles caſas integāt.Atq; inter inſulas rubri pcipue maris his nauigēt cymbis . Capiunf multis quidē mōis,ſed maxie euectæ ī ſūma pelagi,aut meridiano tēpore blādito eminente toto dorſo per tranqlla fluitātes.Quæ uoluptas liberi ſpirādi in tm̄ fallit oblitas ſui,ut ſolis uapof ſiccato cortice nō queāt mergi,inuitæq; fluitēt oportunæ uenātiū prædæ.Ferūt & paſtū egreſſas noctu auideq; ſaturatas laxari.Atq; ut remearint matutino ſūma in aq̄ obdormiſcere,id pdi ſtertētiū ſonitu.Tūq; leuiter capti.Annatare.n.ſinglis ternos a duob⁹ in dorſum uerti,a tertio laqueū in iicī ſupiæ,atq; ita ad terrā a plib⁹ trahi.In phœnicio mari haud ulla difficultate capiūf, ultroq; ueniūt tpe ſtatuto anni in amnē Eleutheꝝ effuſa multitudine . Dētes nō ſūt teſtudini,ſed roſtri margines acuti ſupna pte inferiorē claudēte pyxidū mō.In mari uiuūt conchyliis tāta oris duri tia,ut lapides cōminuāt.In terrā egreſſæ in herbis pariūt oua auiū ouis ſimilia ad cētena nūero. Eaq; defoſſa extra aq̄s & coopta terra ac pauira pectore & cōplanata incubant noctibus,educāt fœtus annuo ſpacio.Quidā oculis ſpectādo quoq; oua foueri ab iis putāt.Fœmina coitū fugere donec mas feſtucā aliquā imponat aduerſæ.Troglodytæ cornigeras habēt,ut ī lyra annexis cor nibus latis,ſed mobilib⁹, quoꝝ in natando remigio ſe adiuuant.⁎ Celtinū genus id uocaf eximiæ teſtudini,ſed raræ.Nāq; quaſi ſcopuli pacuti Chelonophagos terrent . Troglodytæ aūt ad quos adnatāt ut ſacras adorant.Sūt & terreſtres quæ ob id in opibus Cherſinæ uocanf ī Africæ deſertis,qua parte maxime ſitiētib⁹ harenis ſqualēt roſcido(ut credif)humore uiuētes.Neq; ibi aliud animal prouenit.

⁎ Celeti num.

Quis primus teſtudines ſecare inſtituit. Cap.xi.

Teſtudinū putamina ſecare in laminas,lectoſq; & repoſitoria his ueſtire Carbilius Pollio inſtituit prodigi,& ſagacis ad luxuriæ inſtrumenta ingenii.

Tegmenta aquatilium. Cap.xii.

Aquatiliū tegmēta plura ſunt.Alia Corio & pilis tegunf ut uituli,Hippopotami.Alia corio tm̄ ut delphini.Cortice ut teſtudies.Silicū duricia ut oſtreæ & conchæ.Cruſtis ut locuſtæ.Cruſtis & ſpinis ut echini.Squamis ut piſcis.Aſpa cute ut ſquatia,q̄ lignū & ebora p oliunf.

poliuntur. Molli ut Murenæ. Alia nulla ut Polypus.

De uitulo marino. Cap. xiii.

QVæ pilo ueſtiunſ aīal pariunt ut priſtis, balena, uitulus. Hic parit in terra pecudū more, Secūdo partus reddit initu. Canū modo cohæret, & parit nunq̄ geminis plures. Educat māmis fœtū. Non ante .xii. diē deducit ī mare, ex eo ſubinde aſſuefaciēs. Interficiunſ difficulter niſi capite eliſo. Ipſis in ſomno mugitus. Vñ nomē uituli accipiunt, Tenēt diſciplinā, uoceq; pariter & uiſu populū ſalutāt. Cōdito fremitu noīe uocati reſpōdēt. Nullū aīal grauiore ſōno ꝑmiſ. Pinnis qbus in mari utunſ humi quoq; uice pedum ſerpūt. Pelles eoꝝ ēt detractas corpori ſenſum equoꝝ retinere tradunt, ſemperq; æſtu maris recedente inhorreſcere. Præterea dextræ pennæ uim ſoporiferam ineſſe ſomnoſq; allicere ſubditam capiti.

De piſcibus pilo carentibus, & quomodo pariant, & quot eorum genera. Cap. xiiii.

PIlo carētiū duo oīno animal pariūt, delphinus ac uipera. Piſciū ſpecies ſunt .lxxiiii. præter cruſtis intecta quæ ſunt .xxx. De ſingulis alias dicemus. Nūc enī naturæ tractanſ inſigniū.

De nominibus & naturis multorum piſcium. Cap. xv.

PRæcipua magnitudine thynni. Inuenimus talenta .xv. pepēdiſſe. Eiuſdē caudæ latitudinē duo cubita & palmū. Sunt & in qbuſdam amnibus haud minores. Sylurus in Nilo, eſos in rheno, Attilus in Pado inertia pingueſcēs ad mille aliqñ libras cathenato capt⁹ hamo, nec niſi boū iugis extractus. Atqui hūc minimus appellatus clupea uenā quandā eius ī faucib⁹ mira cupidine appetēs morſu exanimat Sylurus graſſaſ ubicūq; eſt omne animal appetens equos Inatātes ſæpe demergēs, ꝑcipue ✝ in meno germaniæ amne ꝓpter Lisboū. Et in danubio mari extrahiſ porculo mario ſimillim⁹. Et ī Boriſthene memoraſ, ꝑcipua magnitudo nullis oſſib⁹ ſpiniſuē interſitis, carne ꝑdulci. In gāge Indiæ plataniſtas uocāt roſtro delphini & cauda, magnitudīe aūt .v. cubitorū. In eodē eē Stat. Seboſus haud modico miraclo affert uermes brachiis binis .ix. cubitorū ceruleos, qui nomē a facie traxerūt. His tātas eſſe, ut elephātos ad potū uenietes mordicus cōphenſa manu eorū abſtrahāt. Thynni mares ſub uētre nō habēt pinnā. Intrant magno mari pontū uerno tēpore gregati, nec alibi fœtificāt. Cordila appellaſ ptus qui fœtas redeūtes in mare autūno comitaſ. Limoſæ uero a luto pelamides īcipiūt uocari, & cū annū exceſſere tp̄s thynni. Hi mēbrati cæſi ceruice & ab domine cōmēdāſ, atq; Clidio recēti dūtaxat, & tū quoq; graui ructu, cætera pte plenis pulpamētis ſale aſſeruanſ. Melādria uocaſ cæſis quernis aſſulis ſimillia. Viliſſima ex his quæ caudæ ꝓxima quia pingui carēt, ꝓbariſſima ea q̄ faucibus. Et in alio piſce circa caudā exercitatiſſime. Pelamides in apolectos pticulatimq; cōſectæ in genera cybiorū diſpartiunſ. Piſciū genus oīe ꝑcipua celeritate adoleſcit, maxime ī pōto. Cauſa multitudo amniū dulces inferentiū aq̄s, Amiā uocāt, cuius incremētū ſinglis diebus intelligiſ. Cū thynnis hæc & pelamides in pōtū ad dulciora pabula intrāt gregati cū ſuis q̄q; ducibus, & primi oium Scōbri. Quibus & in aq̄s ſulphureus color, extra q̄ cæteris. Hiſpaniæ cætarias hi replēt thynnis non cōmeātibus, ſed in pontū nulla intrat beſtia piſcib⁹ malefica, ꝑter uitulos & puos delphinos. Thynni dextra ripa intrāt, exeūt leua. Id accidere exiſtimaſ qa dextro oclo plus cernūt utroq; hebete natura. Eſt in Euripo Thracii boſpori, quo ꝓpōtis euxino iungiſ in ipſis Europā Aſiāq; ſepantis freti anguſtiis ſaxū miri cādoris a uado ad ſūma perlucēs iuxta Chalcedonē in latere Aſiæ. Hui⁹ aſpectu repēte territi ſemp aduerſum Byzātii ꝓmōtoriū ex ea cauſa appellatū auricornu ꝑcipiti petūt agmīe. Itaq; oīs captura byzātii eſt magna chalcedonis penuria. ✤ .M.P. medii īterfluētis Euripi. Oppiunſ añ aqlonis flatū, ut ſecūdo fluctu exeāt ex pōto, nec niſi ītrātes pōtū byzantii capiūſ. Bruma nō uaganſ. Vbicūq; dep̄hēſi uſq; ad æqnoctiū ibi hibernant. Iidē ſæpe nauigia uelis euntia comitāres mira q̄dā dulcedīe p aliquot horaꝝ ſpacia & paſſuū milia a gubernacul' nō ſepanſ, ne tridēte qdē in eos ſepius iacto terriri. Quidā eos q hoc e thynnis faciāt pōpilos uocāt. Multi in ꝓpōtide æſtuāt, pōtum nō intrāt. Itē ſoleæ, cū rhombii intrent. Nec ſæpia eſt cū lōligo reperiaſ. Saxatiliū Turdus & Merula deſunt, ſicut cōchylia, cū oſtreæ abundent. Oīa autē hibernāt in ægeo. Intrantiū pontū ſoli non remeant Trichiæ. Græcis enī in plæriſq; noībus uti par erit, qñ aliis atq; aliis eoſdē diuerſi appellauere tractus. Sed hi ſoli Iſtrum amnē ſubeūt ex eo ſubterraneis ei⁹ uenis in Hadriaticū mare defluunt. Itaq; & illic deſcēdentes nec unq̄ ſubeūtes e mari uiſunſ. Thynnoꝝ captura eſt a Vergiliaꝝ exortu ad arcturi occaſum reliquo tp̄e Hiberno latēt in gurgitib⁹ imis, niſi tepore reliquo euocati, aut pleniluniis. Pingueſcūt & in tm̄ ut dehiſcāt, Vita lōgiſſima his biēnio. Anial eſt paruū, ſcorpionis effigie, aranei magnitudīe. Hoc ſe

✝ In aeno amne Germaniæ ꝓpe Viſbiū.

✤ .D.P.

& thynno & ei q gladiꝰ uocaẗ,crebro delphini magnitudiné excedéti ſub pĩna affigit aculeo, tá toqꝫ infeſtat dolore,ut ĩ naues ſæpenumero exiliát.Quod & alias faciũt alioꝝ uim timétes mugiles maxime tam præcipue uelocitatis,ut tranſuerſa nauigia interim ſuperiactent.

De auguriis & diuerſitate piſcium. Cap.xvi.

SVnt & piſcibus ꝑſcita in hac parte auguria.Siculo bello ambuláte in littore Auguſto piſcis e mari ad pedes eius exiliit.Quo argumento uates reſpondere Neptunum patré adoptanté eũ ſibi Sexto Põpeio repudiato.Tanta erat naualis rei gloria, ſub pedibus Cæſaris futuros q maria tépore illo tenerét.Piſciũ fœminæ maiores q̃ mares.In quodá genere oío nõ ſũt mares, ſicut in erythinis & chromibꝰ.Oés eni ouis grauidæ capiunẗ.Vagáẗ gregatim fere cuiuſqꝫ gñis ſquamoſi.Capiunẗ ante ſolis ortũ.Tũ maxime piſciũ falliẗ uiſus.Noctibꝰ quidé illuſtribꝰ æque ꝙ die cernũt.Aiunt & ſi itereẗ gurges intereſſe capruræ.Itaqꝫ plures ſecũdo tractu trahi q̃ prío, guſtu olei maxíe.Dein modicis imbribus gaudét alũturqꝫ.Quippe & harũdines quáuis ĩ palude ꝓgnatæ,nõ tñ ſine imbre adoleſcũt.Et alias ubicũqꝫ piſces ĩ eadem aqua aſſidui niſi affluar exanimátur.Prægelidá hyemé oés ſentiũt,ſed maxime q lapidé habere in capite exiſtimanẗ ut lupi, coracini,ſciena,pagri.Cũ aſperæ hyemes fuere,multi cæci capiunẗ.Itaqꝫ his méſibꝰ iacét in ſpelũcis cõditi,ſicut in terreſtriũ genere retulimꝰ. Maxíe hippurus & coracinus hyeme nõ capi, ꝑterq̃ æſtatis diebus paucis & iiſdé ſemp.Item murena & orphus,cõger,percæ,& ſexatiles omnes Terra quidé hoc eſt uado maris excauato cõdi per Hyemes torpediné pſittam ſoleamqꝫ tradũt. Quidá rurſus æſtus impatiétia mediis ſeruoribus ſexagéis diebus latét ur glaucꝰ,aſelli,auratæ fluuiatiliũ ſilurus caniculæ exortũ ſyderaẗ,& alias fulgere ſopiẗ.Hoc & ĩ mari accideẗ cyprino purant,& alioquin totum mare ſentit exortum eius ſyderis.Quod maxíe ĩ boſporo apparet Algæ enim & piſces ſuperferuntur,ab imo uerſa omnia.

\+ Appluat.

De mugili & aliis piſcibus,& ꝙ non iidem ubiqꝫ placeant. Cap.xvii.

MVgilũ natura rideẗ,in metu capire abſcõdito totos ſe occultari credentiũ. Iiſdem tamé táta facilitas,ut in phœnice & Narbonéſi ꝓuicia coitus tépore e uiuariis maré linea lõginqua ꝑ os ad bráchias religata emiſſũ in mare,eadéqꝫ linea retractũ fœminæ ſequanẗ ad littus,rurſuſqꝫ fœminá mares ꝑtus tpe.Apud antiquos piſciũ nobiliſſimus habitus accipéſer, unꝰ oíum ſquamis ad os uerſis cõtra aquá nádo meat,nullo nũc in honore eſt.Quod qdé miror, cũ ſit rarus ĩuéru.Quidá eũ elopé uocát.Poſtea ꝓcipuá auctoritaté fuiſſe lupo & aſellis Cor. Nepos & Laberiꝰ poeta minoꝝ tradidere.Lupoꝝ laudatiſſimi q appellanẗ Lanari a cádore molliciaqꝫ carnis.Aſcellorũ duo genera +collyri miores & *brachi,qui nõ niſi ĩalto capiũẗ.Ideoqꝫ ꝓlati prioribus.At in lupis in amne capti præferunẗ.Nunc ſcaro datur pricipatus,qui ſolꝰ piſciũ dicitur ruminare,herbiſqꝫ ueſci,nõ aliis piſcibus mari carpathio maxíe frequés. Promõtoriũ troadis lectũ ſpõte nunq̃ tranſit.Inde aduectos Tiberio Claudio principe optatus Elipertius præfectus claſſis inter Hoſtiéſem & cápaniæ orá ſparſos diſſeminauir. Quinquénio fere cura eſt adhibita,ut capti redderenẗ mari.poſtea frequétes inueniunẗ Italiæ littore nõ ante ibi capti.Admouitqꝫ ſibi gula ſapores piſcibꝰ ſatis,& nouũ incolam mari dedit,ne quis ꝑegrinas aues romæ parere mireẗ.Proxía eſt his méſa generis dũtaxat muſtellaꝝ,q̃s miꝝ dictu ĩter alpes lacuſqꝫ retiæ bigrátinꝰ æmulas marinis generat.Ex reliq̃ nobilitate & gr̃a maxía eſt & copia mullis, ſicur magnitudo modica,binaſqꝫ libras põderis raro admodũ exuperát,nec uiuariis piſciniſqꝫ creſcunr. Septétrionalis tñ hos & proxima occidétis parte gignit oceanꝰ.Cætera eoꝝ genera plura . Ná & alga ueſcũẗ & oſtreis & limo & alioꝝ piſciũ carne,& barba gemía íſigniũẗ ĩferiori labro. Lutariũ ex iis uiliſſimi generis appellát.Hunc ſemp comitaẗ ſargus nomine alius piſcis & cœnũ ſodiéte eo excitatũ deuorar pabulũ,nec littoralicꝰ gr̃a.Laudatiſſimi cõchyliũ ſapiũt.Nom̃ his Feneſtella a colo muleoꝝ calciamétoꝝ datũ putar.Pariũr ter áno.His certe totiés fœtura appet. Mulũ expiráté uerſicolori q̃dá & numeroſa uarierate ſpectari ꝓceres gulæ narrát rubétiũ ſquamaꝝ multiplici mutatiõe palleſcété,utiqꝫ ſi uitro ſpecteẗ ĩcluſus.M.Apicius ad oém luxũ + ingeniũ maius in ſocioꝝ garo(ná ea quoqꝫ res cognomé inuenit)necari eos ꝓcellés putauit,atqꝫ e iecore eoꝝ alecé excogitare ꝓuocauit.Id.n.eſt facilius dixiſſe,q̃ qs uicerit.Aſinius celer e cõſularibus hoc piſce ꝓdigus Claudio principe unũ mercatus octo milibus numũ.Mullus æque reputatione auferr tranſuerſum animũ ad cõtéplarioné eorum,q in conqueſtione luxus cocos emiſingulos pluris q̃ equos querebanẗ.Adhuc coci triumphoꝝ pretiis parátur,& equorum piſces.

\+ Callariæ.

* Báchi uel bacchi.

\+ Ingénio mirꝰ uel ad omne luxus ingeniũ mirus.

Nulluſqꝫ

Nulluſq; prope iam mortalis æſtimat̃ pluris,q̃ qui peritiſſime ſenſum domini mergit.

De Mullo,Salpa,& Salmone. Cap.xviii.

MVllũ.lxxx.librarũ in mari rubro captũ Licinius Mutianus prodidit.Quanti mercatura eum luxuria ſuburbanis littorib⁹ĩuẽtũ?Et hæc natura ut alii alibi piſces principatũ ob tineãt.Coracin⁹ i ægypto.Zeus idem faber appellat̃ gadibus.Circa ebuſum Salpha.Ob ſenus alibi ,& q nuſq̃ percoqui poſſit,niſi ferula uerberat⁹.In Aqtania ſalmo fluuiatilis marinis oĩbus p̃fertur.Piſciũ alii brãchias multiplices habẽt aliis ſimplices,alii duplices.His aquã acceptã ore remittunt.Senectutis iudiciũ ſquamarũ duritia,quæ nõ ſunt oĩb⁹ ſimiles.Duo lac⁹ Italiæ in radicibus alpiũ Larius & Verbanus appellant̃,in quibus piſces oĩbus annis uergiliarũ ortu exiſtunt ſquamis conſpicui crebris atq; præacuris clauorũ caligarũ effigie,nec amplius q̃ circa eum menſem uiſuntur.

De Oexoceto. Cap.xix.

MIratur Arcadia ſuũ Oexocetũ,appellatũ ab eo quod in ſiccũ ſomni cauſa exeat.Circa clitoriũ uocalis hic tradit̃ & ſine branchiis.Idem aliqbus Adonis dictus.Exeũt in terrã & qui marini mures uocant̃,& polypi,& murenæ.Quin & in Indiæ flumibus certũ genus piſciũ,ac deĩn reſilit.Nã ſtagna & amnes trãſeũt,plæriſq; & euidẽs rõ ẽ,ut tuto fœtus edãt,quia nõ ſint ibi qui deuorẽt fœtus,fluctuſq; minus ſæuiãt.Has intelligi ab his cauſas ſeruariq; tẽporũ uices magis miret̃,ſi quis reputet quoto cuiq; hoĩm noſci uberrimã eſſe capturam ſole tranſeũte piſcium ſignum.

Digeſtio piſcium in figuras corporum. Cap.xx.

MArinorũ alii ſunt plani ut rhombi,ſoleæ,ac paſſeres qui a rhõbis ſitu tantũ corporũ differũt.Dexter reſupinat⁹ eſt illis,paſſeri leu⁹.Alii lõgi ut murena,cõger.Ideo pẽnarũ quoq; fiũt diſcrimĩa,q̃ pedũ uice datæ ſunt piſcibus.Nullis ſup quinas.Quibuſdã binæ,qbuſdã trinæ,aliqbus nullæ.In fucino tantũ lacu piſcis eſt,q octonis pẽnis natat,binæ oĩno lõgis,ut lũbricis & anguillis & cõgris.Nullæ ut murenis,qbus nec branchiæ.Hæc omnia flexuoſo corporũ ĩpulſu ita mari utunt̃,ut ſerpẽtes terræ ĩ ſicco quoq; repũt.Ideo ẽt uiuaciora talia.Et e plãis aliq̃ non habẽt pennas,ut paſtinacæ.Ipa.n.latitudine natant.Et q̃ mollia appellant̃,ut polypi quoniam pedes uicem pennarum illis præſtant.

De Anguillis. Cap.xxi.

ANguillæ octonis uiuũt annis.Durant & ſine aqua ſenis diebus aquilone ſpirante,Auſtro paucioríb⁹.At hyemẽ eædẽ in exigua aq̃,nõ tolerãt,nec in turbida.Ideoq; circa uergilias maxime capiunt̃ fluminibus,tum præcipue turbidis.paſcunt̃ noctibus,exanimes piſciũ ſolæ non fluitant.

De Lacu benaco. Cap.xxii.

LAcus eſt Italiæ,Benacus in Veronẽſi agro Minciũ amnẽ tranſmittens,ad cuius emerſus annuo tpe Octobri fere mẽſe autũnali ſydere ut palã eſt hyemato lacu fluctibus glomeratæ uoluunt̃,in tantũ mirabili multitudine,ut in excipulis eius fluminis ob hoc ipm fabricatis ſingulorum milium globi reperiantur.

De Murena. Cap.xxiii.

MVrena quocũq; tempe parit,cũ cæteræ piſces ſtato pariant.Oua eius citiſſime creſcunt in ſicco littore elapſas uulgus coitu ſerpentiũ impleri putat.Ariſtoteles Myrinũ uocat marẽ q generat.Diſcrimẽ eſſe ꝙ murena uaria & infirma ſit,myrinus unicolor & robuſtus,dẽteſq; extra os habeat.In gallia ſeptẽtrionali murenis oĩbus dextera ĩ maxilla ſeptenæ maculæ ad formã ſeptẽtrionis aureo colore fulgẽt,dũtaxat uiuẽtibus pariter cũ aĩa extinguũt̃. Inuenit ĩ hoc aĩali documẽta ſæuitiæ Vedius Pollio eques Ro.ex amicis diui Auguſti uiuariis earũ ĩmergẽs dãnata mãcipia,nõ tanq̃ ad hoc feris terrarũ nõ ſufficiẽtibus,ſed qa ĩ alio gener̃ totũ pariter hoiem diſtrahi ſpectare nõ poterat. Ferũt aceti guſtu præcipue eas in rabiẽ agi.Tenniſſimũ his tergus.Contra anguillis craſſius,eo ꝙ uerberari ſolitos tradit.Verri⁹ p̃textatos,Et ob id mulctam his dicit non inſtitutam.

De planis piſcibus. Cap.xxiiii.

PLanorũ piſciũ alterũ eſt genus.quod pro ſpina cartilaginẽ habet,ut Raiæ,Paſtinacæ.Squatinæ Torpedo,& quos bouis,Lamiæ,Aquilæ,Ranæ nominib⁹græcia appellat.Quo numero ſunt ſquali quoq; q̃uis nõ plani.Hæc græce in uniuerſum Selace appellauit.Ariſtoteles primus.Hoc noĩe eis ĩpoſito nos diſtinguere nõ poſſumus,ni cartilagĩata appellare libeat.Oĩa autem carnoſiora ſunt talia,& ſupina ueſcunt̃,ut ĩ delphinis dixim⁹.Et cũ cæteri piſces oua pariant,hoc genus ſolum ut ea quæ cœte appellant animal parit,excepta quam ranam uocant.

De Echeneide. Cap.xxv.

EſT puus admodũ piſcis aſſuetus petris Echeneis appellatus. Hoc carinis adhærente naués tardius ire credunt. Inde noie ĩpoſito. Quá ob cám amatoriis quoqꝫ ueneficiis infamis eſt, & iudicioꝝ ac litiũ mora. Quæ crimĩa una laude penſat. Fluxus grauidarum utero ſiſtens, partuſqꝫ cõtinens ad puerperiũ, tñ in cibos non admittit. Pedeſeum habere arbitratur Ariſtoteles, ita poſita pénaꝝ ſimilitudine. Mutianus muricem eſſe latiorem purpura, neqꝫ aſpero neqꝫ rotundo ore, neqꝫ in angulos ꝓdeũte roſtro, ſed ſimplice concha utroqꝫ latere ſeſe colligente. Quibus inhærentibus pleñá uẽtis ſtetiſſe nauem portanté nũcios a Periandro ut caſtrarent nobiles pueri, cõchaſqꝫ quæ id ꝓſtiterũt apud Gnidioꝝ Veneré coli. Trebius Niger ſeſquipedalem eſſe, & craſſitudine qnqꝫ digitoꝝ, naues morari. Præterea hanc eſſe uim eius aſſeruati in ſale, ut aurũ quod deciderit in altiſſimos puteos admotus extrahat.

De uarietate naturæ piſciũ. Ca. xxvi.

MVtant piſces coloré. Cádidæ hyeme menæ, & fiunt æſtate nigriores. Mutát & phycis reliquo tpe cádida uere uaria. Eadé piſciũ ſola nidificat ex alga, atqꝫ ĩ nido parit. Volat hirũdo ſane perq̃ ſiĩs uolucri hirũdini.

De Miluo, Piſce, & dracone marino. Ca. xxvii.

ITem Miluus ſubit in ſũma maria piſcis ex argumento appellatꝰ lucerna, linguaqꝫ ignea per os exerta tranqllis noctibꝰ relucet. Attollit cornua e mari ſeſquipedalia fere cornuta, q̃ ab his nomé traxit. Rurſus draco marinus captus atqꝫ ĩmiſſus in harenam cauerná ſibi roſtro mira celeritate excauat.

De piſcibus ſanguine carentibus. Cap. xxviii.

PIſcium quidá ſanguĩe carent, de qbus dicemus, Sunt aũt tria genera. In primis quæ mollia appellant. Deinde cõtecta cruſtis tenuibꝰ. Poſtremo teſtis cõcluſa duris. Mollia ſũt loligo, ſæpia, polypus, & cætera eius generis, His caput inter pedes, & in uẽtre pediculi octoni oĩbus. Sæpiæ & Loligini pedes duo. Ex his longiſſimi & aſperi quibus ad ora admouẽt cibos, & in fluctibus ſe uelut ancoris ſtabiliunt, cæteri Cyrri cum quibus uenantur.

De Loligine, & Sæpiis, & Polypiis, & Nautilis. Cap. xxix.

LOligo etiá uolitat extra aquá ſe efferens, quod & Pectunculi faciũt ſagittæ modo. Sæpiaꝝ generis mares uarii & nigriores, cõſtantiæqꝫ maioris. Percuſſæ tridéte fœminæ auxiliant. At fœmina icto mare fugit. Ambo aũt ubi ſenſere ſe apphendi, effuſo attramento quod ꝓ ſanguĩe his eſt ĩfuſcata aq̃ abſcõdunt. Polypoꝝ multa genera. Terreni maiores q̃ pelagici, & oẽs brachiis ut pedibus ac manibus utunt. Cauda uero q̃ eſt biſulca & acuta ĩ coitu. Eſt polypis fiſtula in dorſo, qua tráſmittũr mare, eam mõ in dexterá parté, mõ in ſiniſtrá tranſferũt. Natát obliq ĩ caput quod prædaꝝ eſt ſuffocatõe uiuẽtibus. Cęterũ per brachia uelut acceptabulis diſparſis eo hauſto quodámõ cui adhereſcũt tenét, ſupini, ut. auelli nõ q̃ant. Vada nõ apphẽdũt, & grádibus minor tenacitas. Soli moliũ in ſiccũ exeunt dũtaxar aſperũ. Leuitatem odere. Veſcunt Cõchyliorum carne, quoꝝ conchas complexu criniũ frangunt. Itaqꝫ præiacẽtibus teſtis cubile eorũ depꝛehenditur. Et cum alioquin brutũ habeat animal, ut qđ ad manũ hoĩs adnatat. in re quodámodo familiari callet. Omnia in domũ cõportat, dein putamĩna roſa carne egerit, adnatáteſqꝫ piſciculos ad ea uenatur. Colorem mutat ad ſimilitudiné loci & maxime ĩ metu. Ipm brachia ſua rodere falſa opinio eſt. Id. n. a congris euenit ei, ſed renaſci ſicut Colotis & Lacertis cauda haud falſũ. Inter ꝓcipua aut miracla eſt qui uocat Nautilos, ab aliis pompilos. Supinus in ſũma equoꝝ puenit, ita ſe paulatim ſubrigens, ut emiſſa oĩ per fiſtulá aq̃ uelut exoneratꝰ ſentina facile nauiget. Poſtea duo prima brachia retorqués, mébranam inter illa miræ tenuitatis extédit. Qua uelificáte ĩ auras cęteris ſubremigás brachiis, media cauda ut gubernaculo ſe regit. Ita uadit alto Liburnicarum gaudens imagine. Si quid pauoris interueniat hauſta ſe mergens aqua.

De Ozena, Nauplio, & Locuſtis. Cap. xxx.

POlypoꝝ generis Ozena dicta a graui capitis odore. Ob hoc maxĩe murenis eá conſectantibus. Polypi binis mẽſibus cõdunt. Vltra bimatũ non uiuũt. Pereũt aũt tabe ſemp. Fœminæ celerius, & fere a partu. Non ſunt ꝑtereũda, &. L. Lucullo ꝓconſ. beticæ, cõperta de polypis quæ Tre. Niger e comitibus eiꝰ prodidit. Auidiſſimos eẽ cõcharũ. Illas ad tactum cõprimi ꝓcidentes brachia eorum, ultroqꝫ eſcam ex prædáte capere. Carent conchę uiſu, oĩiqꝫ ſenſu alio q̃ cibi & piculi. Inſidiant ergo polypi aptis. Impoſitoqꝫ lapillo extra corpus ne palpitatu eiiciat. ita ſecuri graſſant, extrahũtqꝫ carnes. Illæ ſe contrahũt, ſed fruſtra diſcũeatæ. Táta ſolertia aĩalium hebetiſſimꝰ quoqꝫ eſt. Preterea negat ullum eſſe atrocius animal ad cõficiẽdũ hoiem in aq̃ Luctat. n. cõplexu, & ſorbet acceptabulis, ac nũeroſo ſuctu detrahit eũ. In naufragos urinátiſue

ĩpetũ capit.Sed ſi inuertaᷓ,elãgueſcit uis.Exporrigũt enĩ ſe reſupinati.Mire oĩbus marinis expetẽtibus odorẽ quoqꝫ eoꝝ.Qua de cauſa & naſſis illinunᷓ.Cætera quæ idẽ retulit monſtro ꝓpiora poſſunt uideri.Carteiæ in cetariis aſſuet⁹ qdã polypus exire e mari in lacus eoꝝ aptos,atqꝫ ibi ſalſamẽta populari.Cõuertit i ſe cuſtodũ indignationẽ aſſiduitate furti imodici. Sæpes erãt his obiectæ.Sed has trãſcẽdebat ꝑ arborẽ,nec dep̄hẽdi potuit niſi canũ ſagacitate. Hi redeũtẽ circũuaſere noctu cõcitiqꝫ cuſtodes expauere nouitatẽ.Primũ oiuꝫ magnitudo inaudita erat.Deiñ color muria obliti odore diri.Quis ibi polypũ expectaſſet⸮aut ita cognoſceret⸮ Cũ mõſtro dimicare ſibi uidebãᷓ.Nãqꝫ & afflatu terribili canes agebat,nũc extremis crinib⁹ flagellatos,nũc robuſtiorib⁹ brachiis clauarũ mõ ĩcuſſos,ægreqꝫ m̃ltis tridẽtib⁹ cõfici potuit.Oñdere Lucullo caput ei⁹ dolii magnitudĩe amphoraꝝ.xv.capax,atqꝫ(ut ip̃i⁹ Trebii uerbis utar)brãchias q̃s uix utroqꝫ brachio cõplecti eſſet,clauaꝝ mõ toroſas,lõgas pedũ.xxx.acceptabulis ſiue calic̃lis urnalib⁹ peluiũ modo. Dentes magnitudini reſpõdentes.Reliquiæ aſſeruatæ miraculo pepẽdeᷓ põdo ſeptingẽtoꝝ.Sæpias quoqꝫ & Loligines eiuſdẽ magnitudĩs expulſas i litt⁹ illud,idẽ auctor ẽ.In noſtro mari loligines quinũ cubitorũ capiunᷓ,ſępiæ binũ.Neqꝫ his bimatu lõgior uita.Nauigerã ſimilitudinẽ & aliã in ꝓpõtide uiſam ſibi ꝓdidit Mutian⁹,cõchã eẽ a catii mõ carinatã ĩflexa puppe ꝓrarostrata.In hãc cõdi naupliũ aĩal ſępiæ ſimile ludendi ſocietate ſola.Duobus hoc fieri generib⁹. Tranqllo em̃ uectorẽ demiſſis palmulis ferre ut remis.Si uero flat⁹ ĩuitẽt,eaſdẽ in uſu gubernaculi porrigi,pãdiqꝫ cõcharũ ſinus aura.Huius uoluptatẽ eſſe ut ferat,illius ut regat.Simulqꝫ eãdẽ deſcẽdere incluſo ſinu.fluctu hauſto*territã uiſu.Id.n.cõſtat rumore nauigantiũ hũana calamitas in cauſa eſt.Locuſtæ cruſta fragili muniunᷓ ĩ eo genere,quod caret ſanguine.Latent mẽſib⁹ quiuis.Similiter cancri q eodẽ tempe occultanᷓ,& ambo ueris principio ſenectutẽ,anguiũ more exuunt,reuocatione tergorũ,Cætera in aquis natant.Locuſtæ reptantiũ modo fluitãt.Si nullus ingruat metus,recto meatu cornibus q̃ ſunt rotũditate ꝑpilata ad latera porrectis.Iiſdẽ erectis in pauore obliq̃ in latere ꝓcedunt.Cornibus inter ſe dimicãt.Vnũ hoc aniãliũ niſi uiuũ feruenti aqua incoquatur,fluida carne non habet callum.

De Cancris,Echinis,& Echinometris. Cap.xxxi.

VIuunt petroſis locis,cancri mollibus.Hyeme aprica littora ſectanᷓ.Aeſtate in opaca gurgitũ recedũt.Oĩa ejus generis hyeme lędun tur,autũno & uere pingueſcunt,& plenilunio magis,qa nocte ſydus tepido fulgore mitificat.Cancroꝝ genera carabi,aſtaci✣tacineæ,paguri,hæracleotici,leones,& alia ignobiliora.Carabi a cæteris cãcris cauda diſtãt.In phœnice hippoe uocanᷓ,rãtæ uelocitatis ut cõſequi nõ ſit.Cãcris uita lõga;Pedes octõi oĩb⁹ i obliquũ flexi.Fœminę primus pes duplex,mari ſimplex.Pręterea bina brachia dẽticulatis forcipib⁹.Supior pars in primoribus his moueᷓ inferiore ĩmobili.Dextrũ brachiũ oĩb⁹ maius.Vniuerſi ubi aliqñ cõgreganᷓ os ponti euincere nõ ualẽt.Quãobrẽ egreſſi circũeunt,appetqꝫ tritũ iter.Pinnoteras uocaᷓ minim⁹ ex oĩm genere,ideo oportun⁹ iniuriæ.Huic ſolertia ẽ inaniũ oſtreaꝝ teſtis ſe cõdeᷓ, & cum accreuerit migrare in capaciores.Cancri ĩ pauore etiã retrorſum pari uelocitate redeũt.Dimicant inter ſe ut arietes diuerſis cornibus incurſantes.Cõtra ſerpentiũ ict⁹ medenᷓ.Sole cancri ſignũ tranſeũte,& ipſorũ cum exanimati ſint corpus trãſſigurari in ſcorpiões narranᷓ ĩ ſicco.Ex eodẽ genere ſunt Echini,qbus ſpinæ pro pedibus. Ingredi eſt his in orbẽ uolui.Itaqꝫ detritis ſæpe aculeis ĩueniũᷓ.Ex his Echinometrę appellãᷓ,quoꝝ ſpinæ lõgiſſimæ,calices minimi. Nec oĩbus idẽ uitre⁹ color.Circa Toronẽ candidi naſcunᷓ,ſpina ꝑua.Oua oĩm amara,quina numero.Ora in medio corpe in terrã uerſa.Tradunt ſæuitiã maris præſagire eos,correptiſqꝫ oppiri lapillis mobilitatem pondere ſtabilientes nolũt uolutatione ſpinas atterere.Quod ubi uideᷓ nautici ſtatim pluribus anchoris nauigia infrenant.

De Cocleis. Cap.xxxii.

IN eodem genere ſunt Cocleæ aq̃tiles,terreſtreſqꝫ exerentes ſe domicilio,binaqꝫ ceu cornua ꝓtendentes,contrahenteſqꝫ,oculiſqꝫ carent,ideo corniculis prætentant iter.

De Pectinibus. Cap.xxxiii.

PEctines in mari ex eodem genere habenᷓ.Reconditi & ipſi in magnis frigorib⁹,ac magnis æſtibus,ungueſqꝫ uelut igne lucẽtes,in tenebris etiam in ore mandentium.Firmioris iam teſtæ murices, & concharũ genera, in quibus magna ludentis naturæ uarietas, tot coloꝝ differẽtiæ;tot figuræ,planis & cõcauis,lõgis,lunatis,in orbẽ circũactis.dimidio orbe cęſis ĩ dorſũ elatis,leuib⁹,rugatis,dẽticulatis,ſtriatis,uertice✣nutricati ĩtorto margĩe ĩ mucronẽ emiſſo.

*Territaꝫ uiſu forte triſti,id.n. conſtat &c. Vel territaꝫ uiſu, id .n.ut cõſter.

✣Meæ

✣Muricetim.

foris effuſo,intus replicato iam diſtinctiõe uergulata crinita.criſpa,cuniculati,pectinati ĩbricatim undata,cãcellatim reticulata,in obliquũ,i rectũ expãſa,pdẽſata,porrecta,ſinuata,breui nodo ligatis,toto latere cõnexis,ad plauſum aptis,ad buccinã recuruis.Nauigãt ex his Neritæ,prębenteſq; concauã ſibi partẽ,& alteram auræ opponẽtes per ſumma equorũ ueliſicant.Saliunt pectines & extra uolitant,ſeq; & ipſi carinant.

De Diuitiis marinis Cap.xxxiiii.

SEd quid hæc tam parua cõmemoro?cũ populatio morũ atq; luxuria non aliunde maior q̃ e concharũ genere ꝓueniat?Iam quidẽ ex tota rerũ natura damnoſiſſimum uentri mare eſt tot modis,tot menſis,tot piſciũ ſaporibus,quibus precia capientiũ periculo fiunt.

Quomodo naſcant̃,& ubi,& quomodo inueniunt̃ Margaritæ. Cap.xxxv.

SEd quota hæc portio eſt reputãtib⁹ purpuras?cõchylia?margaritas.Parum ſcilicet fuerat in gulas cõdi maria niſi manibus,auribus,capite,toto corpe a fœminis iuxta uiriſq; geſtarent̃.Quid mari cũ ueſtibus?Quid undis fluctibuſq; cũ uellere?Non recte recipit hic nos rerum natura:niſi nudos.Eſto,ſi tãta uentri cum eo ſocietas.Quid tergori?Parũ ſit niſi q ueſcimur periculis etiã ueſtiamur.Adeo per totũ corp⁹ anima hois quæſita maxĩe placent,Principiũ ergo culmenq; oĩum rerum pretii margaritæ tenent.Indic⁹ maxime,has mittit ocean⁹.Inter illas beluas tales tantaſq;,quas diximus per tot maria uenientes tam longo terrarũ tractu,e tantis ſolis ardoribus,atq; ĩdicis quoq; iſulis petunt̃ & admodũ paucis.Fertiliſſima eſt Taprobane &*Toidis ut diximus in circuitu mũdi.Itẽ pimula ꝓmontoriũ Indiæ.Præcipue aũt laudant̃ circa Arabiã i pſico ſinu maris rubri.Origo aũt atq; genitura cõchæ eſt,haud multũ oſtrearũ cõchis differẽs.Has ubi genitalis anni ſtimulauerit hora,pãdentes ſeſe qdã oſcitatõe ipleri roſcido conceptu tradũt,grauidas poſtea eniti,partũq; cõcharũ eſſe margaritas ꝓ q̃litate roris accepti.Si pur⁹ ĩfluxerit cãdorẽ cõſpici.Si uero turbid⁹,& fœtũ ſordeſcere.Eũdẽ pallere,cœlo minãte cõceptũ.Ex eo qppe cõſtare,cœliq; eis maiorẽ ſocietatẽ eſſe q̃ maris,inde nubilũ trahit colorem,aut ꝓ claritate matutina ſerenũ.Si tẽpeſtiue ſatient̃,grãdeſcere & partus.Si fulguret,cõprimi cõchas,ac ꝓ ieiunii mõ minui.Si uero & tonuerit pauidas ac repẽte cõpreſſas,q̃ uocant phyſemata efficere ſpeciẽ,uerũ iani inflatã ſine corpe.Hos eſſe cõcharũ abort⁹.Sani quidẽ ptus multiplici cõſtãt cute,nõ improprie callũ ut exiſtiari corpis poſſit.Itaq; & purgant̃ a pitis.Miror ipo tantũ eas cœlo gaudere,ſole tubeſcere,cãdorẽq; pdere ut corp⁹ humanũ.Quare præcipuũ cuſtodiũt pelago altius merſæ,q̃ ut penetrẽt radii.Flaueſcũt tñ & illæ ſenecta,rugiſq; torpeſcũt.nec niſi iuuẽta cõſtat ille,q quærit̃ uigor.Craſſeſcũt etiam in ſenecta,cõchiſq; adhæreſcũt,nec iis auelli queũt,niſi lima.Quib⁹ una tantũ eſt facies,& ab ea totũditas auerſis planices,ob id tympana nominãt.Cobætẽtes uidem⁹ in conchis hac dote unguẽta circũferentibus.Cætero i aqua mollis unio exẽpt⁹ ꝓtin⁹ dureſcit.Cõcha ipa cũ manũ uidet cõprimit ſeſe,opitq; opes gnara ꝑpter illas ſe peti,manũq; ſi ꝑueniat acie ſua abſcidit,nulla iuſtiore pœna,& aliis munita ſuppliciis.Quippe ĩter ſcopulos pars maior inuenit̃,ſed i alto quoq; comitant̃ marinis canibus.Nec tamẽ aures fœminarũ arcent̃.Quidã tradunt ſicut apibus ita concharũ examinib⁹ ſingulas magnitudie & uetuſtate præcipuas eſſe ueluti duces,mire ad cauẽdũ ſolertiæ.Has urinantiũ cura peti.Illis captis facile cæteras palãtes retib⁹ includi.Multo deĩde obrutas ſale i uaſis fictilib⁹ erosa carne oĩi nucleos quoſdã corpor̃ hoc ẽ uniones decidere in ima.Vſu atteri nõ dubiũ ẽ,colorẽq; idiligẽtia mutari.Dos oĩs i cãdore,magnitudie,orbe leuore,põdere,haud ꝓmptis rebus intantũ,ut nulli duo reperiant̃ indiſcreti.Vñ nomẽ unionũ romanæ.ſ.ipoſuere delitiæ.Nam apud græcos nõ eſt,nec apud barbaros iuẽtores eius aliud q̃ margaritæ.Et in cãdore ipo magna differẽtia.Clarior in rubro mari reptus.Indic⁹ ſpeculariũ lapidũ ſq̃mas aſſilat,alias magnitudine pcellẽs.Sũma la⁹ coloris eſt exaluĩnatos uocari,& ꝓceriorib⁹ ſua gratia eſt.Elẽchos appellãt faſtigiata lõgitudie.Alabaſtror̃ figura i pleniore orbe deſinẽtes.Hos digitis ſuſpẽdere,& binos ac ternos aurib⁹ fœminarũ glĩa eſt.Subeũt luxuriæ ei⁹ noĩa & tedia exqſita✣pditiõe portatu.Siquidẽ cũ id fecere Crotalia appellant̃,ceu ſono quoq; gaudeãt,& colliſu ipo margaritarũ.Affectãt iam & paupes✝lictorẽ fœmiq; i publico unionẽ eſſe dictãtes.Quin & pedib⁹,nec crepidar̃ tantũ obſtragulis,ſed totis ſocculis addũt.Neq;.n. geſtare iã margaritas,niſi calcẽt,ac p uniões etiã ãbulẽt ſatis ẽ.In noſtro mari repiri ſolebãt.Crebrius circa boſpor̃ thraciũ,ruffi ac parui in cõchis:q̃s myas appellãt.At i Acarnania,quæ uocat̃ pina gignit.Quo appet nõ uno conchæ genet̃ naſci.Nã & Iuba tradit arabicis cõcham eſſe ſilem pectini iſecto,hirſutã echinor̃ mõ ipm unionẽ in carne ipa eſſe grandini ſilem.Cõchæ nõ tales

*Stoicis.

✣Perditiore.

✝Licitatorem.

terreſtribꝰ,aut circa emeritã Luſitaniæ in maxia laude eſt. Verũ ut ſimul pagant nobilia, pigmẽta anniculo gramini lãguidus ſuccus. Idem a q̃drimo euanidꝰ. Ita nec recenti uires neq; ſeneſcẽti. Abunde tracta eſt ratio, qua ſe uirorũ iuxta fœminarũq; forma credit ampliſſimam fieri,

De pinna,& pinnotere,& aquatilium ſenſu. Cap.xlii.

COncharũ generis & pina eſt. Naſcit in limoſis ſubrecta ſp,nec unq̃ ſine comite,quem pinnoterẽ uocãt alii pinnophylacẽ,id eſt ſquilla parua. Aliubi cancer dapis aſſectator. Pãdit ſe pinna luminibꝰ orbũ corpus intus minutis piſcibus p̃bens. Aſſultant alii ꝓtinus,& ubi licẽtia audacia creuit,implẽt eam. Hoc tẽpus ſpeculatꝰ idex morſu leui ſignificat. Illa ore cõpreſſo quicqd incluſit exanimat,partemq; ſocio tribuit. Quo magis miror quoſdã exiſtimaſſe aq̃tilibus nullũ ineſſe ſenſum. Nouit torpendo uim ſuã ipa non torpens,merſaq; i limo ſe occultat,piſces qui ſecuri natãtes obtorpuere corripiẽs. Huius iecori teneritas nulla p̃fert. Nec minor ſolertia ranæ,q̃ i mari piſcatrix uocat,eminẽtia ſub oculis cornicula turbato limo exerit,aſſultantes piſciculos pertrahẽs,donec tam ꝓpe accedãt,ut aſſiliat. Silr modo ſquatina & rhombus abditi pinnas exertas mouent ſpecie uermiculorũ. Item quæ uocat Raia. Nã paſtinaca latrocinat ex occulto tranſeũtes radio,qđ tælũ eſt ei fingens. Argumẽta ſolertia huiꝰ qđ tardiſſimi piſciũ hi mugilẽ uelociſſimũ oim habẽtes in uẽtre reperiunt.

De ſcolopẽdris uulpibus & glanis. Ca.xliii.

SColopẽdræ terreſtribus ſimiles,quas centipedes uocãt,hamo deuorato oĩa interranea euomunt,donec hamũ egerãt,deinde reſorbent. At uulpes marinæ ſimili in periculo glutiũt amplius uſq; ad iſirma lineæ,quæ facile p̃rodãt ✤ Glauciꝰ, ✝ qui & glanis uocat auerſꝰ mordet hamos,nec deuorat,ſed eſca ſpoliat. ✤ Glanius. ✝ Vel & qui.

De ariete piſce. Cap.xliiii.

Contra paſſeri minimũ uitæ, cui ſalacitas par. Mares negant anno diuti⁹ durare. Argumẽto, quia nulla ueris initio appeat nigritudo in roſtro, q̃ ab æſtate incipit. Fœminis lõgiuſculũ ſpaciũ. Verũ colũbis ineſt quidam gloriæ ĩtellectus. Noſſe credas ſuos colores, uarietatẽq; diſpoſitã, quæ etiã ex uolatu credunt plaudere in cœlo, uarieq; ſulcare. Qua in oſtentatione ut uictæ præbent accipitri implicatis ſtrepitu pennis, qui nõ niſi ĩpis alarũ humeris eliditur. Alioquin ✤ ſolito uolatu multo uelociores ſpeculat occultus frõde latro, & gaudentẽ in ĩpa gloria rapit. ✤ Soluto uolatu ĩ multum.

De Tinnungulo. Cap.xxxvii.

Ob id cũ iis habenda eſt auis quæ * Tinnũgulus uocat. Defendit.n. illas, terretq; accipitres naturali potentia ĩ tantũ, ut uiſum uocemq; ei⁹ fugiant. Hac de cauſa pcipuus columbis amor eorũ. Feruntq; ſi in q̃ttuor angulis defodiant ĩ ollis nouis oblitis nõ mutare ſedem columbas. Quod auro inſectis alarũ articulis q̃ſiere aliq, nõ aliter innoxiis uulneribus, multiuaga alioq̃n aue. Eſt eñ ars illis inter ſe blãdiri, & corrũpe alias, furtoq; comitatiões reuerti. Quin & internũciæ in rebus magnis fuere, & epiſtolas adnexas earum pedibus obſidione Mutinenſi ĩ caſtra cõſulum pertulere. D. Bruto mittente. Quid uallũ & uigilum obſidio, atq; etiã retia amne prætẽta pfuere. Antonio per cælũ eunte nũcio? Et harũ amore ĩſaniũt multi, ac ſup tecta exædificant turres iis, nobilitatẽq; ſingularũ & origines narrãt uetere iam exẽplo. Laxi⁹ eques Romanus ante bellũ ciuile Põpeianũ denariis q̃dringẽtis ſingula paria uẽdicauit, ut. M. Varro tradit. Quin & patriã nobilitauere. In Campania grãdiſſimæ puenire exiſtimatæ. Harũ uolat⁹ in reputationẽ cæterarũ quoq; uolucrũ nos impellit. * Triſtũculus.

De uolatu & inceſſu auium. Cap.xxxviii.

Omnibus aĩalibus reliquis certus & uniuſmõi, & in ſuo cuiq; genere inceſſus eſt. Aues ſolæ uario meatu ferunt. & in terra & in aere. Ambulant aliq̃ ut cornices. Saliunt aliq̃ ut paſſeres, merulæ. Currũt ut perdices, ruſticulæ. Ante ſe pedes iaciũt, ut ciconiæ & grues. Expãdũt alas, pãdẽteſq; raro interuallo quatiũt. Aliæ crebri⁹, ſed & prias dũtaxat pẽnas. Aliæ & tota latera pandũt. Quædã uero maiore ex parte cõpreſſis uolant. Percuſſoq; ſemel aliquæ & gemino ictu aere ferunt, uelut incluſum eum prementes. Iaculant ſeſe in ſublime, ĩ rectũ, ĩ pronũ. Impingui putes aliq̃s. Aut rurſus ab alto cadere has, illas ſalire. Anates ſolæ q̃q; ſũt eiuſdẽ generis ĩ ſublime ptinus ſeſe tollunt, atq; eueſtigio cœlũ petunt, & hoc etiã ex aq̃. Itaq; in foueas q̃bus feras uenamur delapſæ ſolæ euadũt. Vult & fere grauiores, niſi ex pcurſu aut altiore tumulo ĩmiſſæ nõ euolãt. Cauda regunt aliæ. Circũſpectãt aliæ, flectuntq; colla. Nõnullæ ueſcunt ea q̃ rapuere pedibus. Sine uoce nõ uolatu multæ. Aut e cõtrario ſemp in uolatu ſilent. Subreptæ pronæ, obliquæ in latera, in ora. Quædã & reſupinæ feruntur, ut ſi pariter cernant, plura genera non in eadem natura meare uideatur.

De Apodibus. Cap.xxxix.

Plurimũ uolant quæ Apodes uocant, quia careãt uſu pedũ. Ab aliis cypſeli appellantur hirundinũ ſpecie. Nidificant in ſcopulis. Hæ ſunt quæ toto mari cernunt. Nec unq̃ tam longo naues tanq; cõtinuo curſu recedũt a terra, ut nõ circũuolitent eas Apodes. Cætera genera reſidũt & ſiſtũt. His q̃es niſi in nido nulla. Aut pendẽt aut iacent, & ĩgenia æque uaria ad paſtum maxime.

De Caprimulgis & platæis. Cap.xl.

Caprimulgi appellant grãdiores merulæ aſpectu, fures nocturni interdiu eñ uiſu carent. Intrant paſtorum ſtabula, caprarũq; uberibus aduolant ſuctum pp̃ter lactis. Qua iniuria uber emoritur, capriſq; cæcitas quas ita mulſere oboritur. ✚ Platea nomĩatur aduolans ad eas quæ ſe in mari mergunt, & capita illarũ morſu corripiens donec capturã extorq̃at. Eadem cõ deuoratis ſe ĩpleuit cõchis, calor uẽtris coctas euomit, atq; ita ex iis eſculẽta legit, teſtas excreãs. ✚ platalea

De ingeniis auium. Cap.xli.

Villaribus gallinis & religio ineſt. Inhorreſcunt edito ouo, excutiũtq; ſeſe, & circũactæ purificant, aut feſtuca aliquã ſeſe & oua luſtrant.

De Carduele, & Pſitaco, & auibus quæ loquuntur. Cap. xlii.

Minimæ auiū Carduele, ſimpata faciunt, nec uoce tātū, ſed pedi bus & orc pro manib⁹. Eſt quæ boū mugitus imitet̄, in Arelatēſi agro Taurus appellata, alioqn parua. Eſt q̄ equoꝝ quoq; hinit⁹ Anthus noīe, herbæ pabulo aduētu eoꝝ pulſa imitat̄ ad hūc modū ſe ulci ſcēs. Sup oīa hūanas uoces reddūt Pſitaci, & q̄dē ſermocinātes. India auē hāc mittit. Sitacē uocāt, uiridē toto corpe, torque tm̄ miniato in ceruice diſtinctam. Imperatores ſalutat, & quæ accipit uerba ꝓnūciat. In uino p̄cipue laſciua. Capiti eius duricia eadē quæ roſtro. Hæc cū loq diſcit ferteo uerberat̄ radio. Non ſentit aliter ictus. Cū deuolat roſtro ſe excipit. Illi īnitit̄, leuioreq; ſe ita pedū īfirmitati facit. Minor nobilitas, q̄a nō ex lōgīquo uenit, ſ; expſſior loq̄citas certo generi picaꝝ eſt. Adamāt uerba q̄ loquunt̄. Nec diſcūt tantū, ſed diligūt, meditāteſq; intra ſemet cura atq; cogitatiōe intētionē nō occultāt. Cōſtat emori uictas difficultate uerbi, ac niſi ſubīde eadē audiāt, memoria falli, q̄rēteſq; mirū īmodū hilarari, ſi interī audierint id uerbū. Nec uulgaris iis forma q̄uis nō ſpectāda. Satis illis decoris ī ſpecie ſermōis hūani eſt. Verum addiſcere alias negāt poſſe, q̄ q̄ ex gn̄e eaꝝ ſunt, q̄ glāde ueſcunt̄. Et īter eas facilius q̄bus quini ſunt digiti in pedibus. Ac ne eas q̄dē ipſas primis duob⁹ uitæ annis. Latiot iis eſt lingua oībus in ſuo cuiq; genere quæ ſermonē imitant̄ hūanū, q̄q̄ id pene ī oīb⁹ cōtingit. Agrippina cōiūx Claudii Cæſaris turdū habuit (q̄d nunq̄ ante) imitātē ſermōes hoīum, cum hæc ꝑderē. Habebāt & cæſares iuuenes item Sturnū, luſcinias græco atq; latino ſermōe dociles. Præterea meditātes in diē, & aſſidue noua loquētes lōgiore ēt cōtextu. Docet̄ ſecteto, & ubi nulla alia uox miſceat̄, aſſidēte q crebro dicat ea quæ condita uelit addiſci aliquo blandiēte.

De Coruoꝝ intelligentia. Cap. xliii.

Reddat̄ & coruis ſua g̃ra indignatione quoq; populi Ro. atteſtata nō ſolū cōſcia. Tiberio p̄incipe ex fœtu ſupra Caſtoꝝ ædem genitus pullus ī oppoſitā ſutrinā deuolauit, etiam religione cōmendatus officinæ domino. Is mature ſermoni aſſuefactus oībus matutinis euolās in roſtra, in foꝝ uerſus Tiberiū, deīde Germanicū & Druſū cæſares noīatim, mox tranſeūtē populū Ro. ſalutabat. Poſtea ad tabernā remeās, pluriū annoꝝ aſſiduo officio meritus. Hunc ſiue æmulatiōe incitatus, māceps ꝓximæ ſutrinæ, ſiue iracūdia ſubita, ut uoluit uideri, excremētis ei⁹ poſita calceis macula exanīauit, tāta plebei cōſternatiōe, ut p̄io pulſus ex ea regiōe mox & intereptus ſit, funuſq; innūeris aliti celebratū exequiis. Cōſtatū lectū ſup æthiopū duoꝝ hūeros p̄cedēte tibicine, & coronis oīum geneꝝ ad rogum uſq;, qui cōſtructus dextra uiæ Appiæ ad ſecūdū lapidē in cāpo Rediculi appellato fuit. Adeo ſatis iuxta cauſa po. Ro. uiſa eſt exeq̄rū ingeniū auis, aut ſupplicii de Ciue Romano in ea urbe q̄ multoꝝ principū nemo deduxerat fun⁹. Scipionis uero Aemiliani poſt Carthaginē Numātiaq; deletas ab eo nemo uindicauerat mortē. Hoc geſtū. M. Seruilio. C. Ceſtio cōſ. ad. v. Kalē. April. Nūc quoq; erat in urbe Roma hæc ꝑdēte me eq̄tis Ro. cornix e Betica primū colot̄ mira admodū nigro, deīn pl'a cōtexta uerba exprimēs, & alia atq; alia crebro addiſcēs. Necnō & recēs fama Crateri monocerotis cognoīe in Trœzena regiōe Aſiæ coruoꝝ opa uenātis, eo q deuehebat in ſyluis eos cōſidentes hūeris. Atq coruicu los illi ueſtigabāt agebātq;, eo ꝑducta cōſuetudīe, ut exeūtē ſic comitaret̄ & feri. Tradendū putauere memoriæ q̄dā uiſum pet ſitim lapides cōgerētē in ſitulā monumenti, in qua pluuia aq̄ durabat, ſed quæ attingi nō poſſet. Ita deſcendere pauētē expſſiſſe tali cōgerie, q̄ poturo ſufficeret.

Psitacem. Cizicena. Casaca.

De Diomedeis auibus. Cap. xliiii.

Nec diomedeas p̄teribo aues. Iuba cataractas uocat. Et eis eſſe dentes oculoſq; igneo colore, cætero cādidas tradēs. Duos ſp iis duces. Alteꝝ ducete agmē, alteꝝ cogere, ſcrobes excauare roſtro, Ide crate cōſternere, & opire terra q̄ ante fuerit egeſta. In his fœtificare. Fores binas oīum ſcrobibus. Orientē ſpectare q̄bus exeant in paſcua, occaſum q̄bus redeant. Aluū exoneraturas ſubuolare ſp, & cōtrario flatu. Hæ in ſolo loco totius orbis uiſunt̄ in inſula quā diximus nobilē Diomedis tumulo atq; delubro cōtra Apuliæ orā fulicaꝝ ſilēs. Aduenas barbaros clāgore infeſtant. Græcis tantū adulant̄ miro diſcrimīe, uelut generi Diomedis hoc tribuentes. Aedemq; ei⁹ quotidie pleno guttute madētibus pēnis peluūt atq; purificāt. Vnde origo fabulæ Diomedis ſocios in eaꝝ effigies mutatos.

Quæ animalia nihil diſcant. Cap. xlv.

Non omittendū eſt cū de ingeniis diſſerimus, e uolucribus hirūdines eſſe indociles, e terreſtribus mures, cū Elephanti iuſſa faciant. Leones iugū ſubeant, in mari uituli totq; piſciū genera miteſcant.

De potu auium. Cap. xlvi.

Bibunt aues ſuctu cęteræ. Sed ex his qbus lōga ſūt colla intermittētes capite reſupinato ueluti infundēres ſibi. Porphyrio ſolus morſu bibit. Idē ex proprio gn̄e oēm cibū aqua ſubin̄tingēs. Dein̄ pede ad roſtrum ueluti mano afferēs. Laudatiſſimi in comagenę. Roſtra iis & ꝑlonga crura rubent.

De hæmatopodi & onocrotali, & de pegrinis auibus. Cap. xlvii.

HAc qdem & hæmatopodi mlto minori, q̄q̄ eadē crurū altitudine. Naſcitur in ægypto. Inſiſtit ternis digitis. Præcipue ei pabulū muſcæ. Vita in Italia paucis diebus. Grauiores oēs fruge ueſcunt, altiuolæ carne tantū. Inter aq̄ticas mergi ſoliti ſūt deuorare q̄ cæteræ reddunt. Olorū ſlitudinē onocrotali habēt, nec diſtare exiſtimarent oino, niſi faucib⁹ ipis ieſſet alterius uteri gen⁹. Hnc oia inexplebile aial cōgerit, mira ut ſit capacitas. Mox pfecta rapia ſenſi ȝ in̄ in os reddita ♣ inferá ī aluū ruminātis modo defert. Gallia hoc ſeprētriōalis ꝓxima oceano mittit. In hercynio Germaniæ ſaltu iuſitata genera alitū accepim⁹, quarū plumæ igniū modo colluceant noctibus, in cæteris nihil præter nobiliatem longinquitate factam memorandū occurrit.

♣ In uētrā aluuȝ ruminātis more

De multarū auium nominibus & natura. Cap. xlviii.

PHalerides in ſeleucia Parthorū, & in Aſia aq̄ticarū laudatiſſimę. Rurſus phaſianæ ī colchis gemias ex pluma aures ſubmittūt, ſubrigūtq;. Numidicæ in parte Africæ numidia, oēſq; iā in Italia. Phœnicopteri linguā ꝑcipui ſaporis eſſe Apicius docuit nepotum oium altiſſim⁹ gurges. Atagē maxie Ioni⁹ celebrat uocalis alias, capt⁹ uero obmuteſcens quōdā exiſtimat⁹ inter raras aues. Iā & in Gallia Hiſpaniaq; capit, & alpes etiā ubi & phalacrocoraces aues baleariū inſularū peculiares. Sicut alpium phyrrocoras luteo roſtro niger & ꝑcipuo ſapore Lagopus pedes leporino uillo ei nomē hoc dedere. Cætero cādidæ colūbarū magnitudine. Non extra terrā in qua naſcit eam ueſci facile, quādo nec uiuā manſueſcit, & corpus occiſę ſtatī marceſcit. Et alia nomie eodē a coturnicibus magnitudie tantū differēs croceo tinctu cibis gratiſſima. Viſam ī alpib⁹ ab ſe peculiarē ægypti ibin. M. Egnatius Caluinus præfectus earum prodidit.

De nouis auibus & fabuloſis. Cap. xlix.

VEnere in Italiā Debriacēſes belli ciuilibus trāſpadū externæ & nouæ aues, ita eni adhuc uocant turdorū ſpecie, paulū infra colūbas magnitudie, ſapore gratæ. Baleares inſulę nobiliorē etiā ſupradicto porphyrione mittūt. Ibi & buteo accipitrū generis & honore mēſarū eſt. Itē uipiones, ſic. n. uocār minorē gruem. Pegaſos eq̄no capite uolucres, & griphas auritos aduncitate roſtri fabuloſos reor. Illos in Scythia, hos in æthiopia. Eqdē & trago panadē quā plēs affirmār maiorē aqla, cornua ī tpib⁹ curuata habentē, ferruginei coloris, tātū capite phœniceo. Nec ſyrenes īpetrauerit fidē, licet affirmet Diuo Clitarchi celebrati auctoris pr̄ in India eſſe, mulcerique eaꝝ cātu, quos grauatos ſōno lacerār. Qui credit iſta & Melāpodi ꝑfecto aures lābēdo dediſſe intellectū auiū ſermonis dracones nō abnuet. Vel q̄ Domocrit⁹ tradit noīando aues quarū cōfuſo ſāguine ſerpēs gignat, quē quiſquis ederit intellecturus ſit alitū colloquia. Quæq; de una aue galerita priuatim cōmemorat, etiā ſine his īmēſa uitæ ambage circa auguria. Noīant ab Homero ſcopes auiū genus. Neq; harū ſatyricos motus cū inſident plæriſq; memoratos facile concepim mente. Neq; ipę iam aues naſcunt. Quāobrem de cōfeſſis diſſeruiſſe præſtiterit.

Quis gallinas farcire inſtituerit, de auiariis, & quis ea primus inſtituerit. Cap. l.

GAllinas ſaginare deliaci cœpere. Vnde peſtis exorta opīas aues & ſuopte corpe unctas deuorādi. Hoc primū antiqs cœnarū interdictis exceptū inuenio iam lege. C. Fannii cōſulis xi. annis ante tertiū punicū bellū, ne qd uolucrū ꝓponeret. præter unā gallinā, quæ non eſſet altilis. Quod deinde caput tranſlatū per oēs leges ambulauit. Inuentūq; diuerticulū ē ī fraude eaꝝ gallinaceos quoq; paſcendi lacte addito cibis. Multo ita gratiores approbant. Fœminę quidem nō oēs ad ſaginā eligunt, nec niſi ī ceruice pingui cute. Poſtea culinaꝝ artes ut clunes ſpectentur, ut diuidāt ī tergora, ut a pede uno dilatatæ repoſitoria occupēt. Dedere & Parthi cocis ſuos mores. Nec tn̄ in hoc māgonio quicq̄ totū placet, hic clune, alibi pectore tantū laudatis. Auiaria primus inſtituit incluſis omniū generū auibus. M. Lælius Strabo Brundiſii eq̄ſtris ordinis. Ex eo cœpimus artere aialia cohercere qbus natura cœlū aſſignauerat.

De Aeſopi patina. Cap. li.

MAxime tn̄ inſignis eſt in hac mēoria Clodii Aeſopi tragici hiſtrionis patina ſexcētis ſeſtertiis taxata, ī q̄ poſuit aues cātu aliquo, aut humāo ſermone uocales nūmis ſex ſinglas coemptas, nulla alia inductus ſuauitate, niſi ut in his imitationē hoīs manderet, ne quæſt⁹ qdē ſuos reueritus illos opimos & uoce meritos, dign⁹ prorſus filio a quo dixim⁹ deuoratas mar

gatitas.Non fit tamen(ut uerũ fatear)facile inter duos iudiciũ turpitudinis,niſi quod minus eſt ſummas rerum naturæ opes q̃ hominũ linguas cœnaſſe.

De generatione auium,& præter aues quæ q̃drupedes oua pariant. Cap.lii.

AViũ generatio ſimplex uidet̃ eſſe,cũ & ipa ſua habeat miracula,quoniam & quadrupedes oua gignunt,chameleontes,lacertæ,& quæ diximus inter ſerpentes.Pennatorũ aũt infœcũda ſũt q̃ aduncos habẽt ungues+generi.Nulla ex his ſupra quaterua edit oua.Tribuit hoc auiũ generi natura,ut fœcũdiores eſſent fugaces earũ q̃ fortes.Pluria pariũt ſtrutiocameli gallinæ,perdices,ſali,Coitus auibus duobꝰ modis.Fœmina humi cõſidẽte,ut i gallinis,aut ſtãte ut in gruibus.Ouorũ alia ſunt cãdida,ut colũbis,perdicibꝰ.Alia pallida,ut aq̃ticis.Alia pũctis diſtincta,ut meleagridũ.Alia rubri coloris,ut phaſianis,cẽchridis.Intus aũt oẽ ouũ uolueꝝ bicolor.Aq̃ticis lutei plus q̃ albi.Idq; ipm magis liuidũ q̃ cæteris.Piſciũ unus color,i quo nil cãdidi.Auiũ oua ex calore fragilia.Serpentiũ ex frigore lenta.Piſciũ ex liquore mollia.Aquatiliũ rotũda.Reliqua fere faſtigio cacuminata.Exeũt a rotũdiſſima ſui pte,dũ pariũt̃ molli putamine,ſed ꝓtinus dureſcẽte,quibuſcũq; emergũt portionibus.Quę oblõga ſint oua gratioris ſaporis putat Hora.Flaccus,Fœminã edunt q̃ oblongiora gignunt̃,reliqua marẽ.Vmbilicus ouis a cacumine ineſt ceu gutta eminẽs in putamine.

+Cenchris ſola ex.

De tpe & gñatione incubatꝰ auiũ,& coitu. Cap.liii.

QVædã om̃i tpe coeũt,ut gallinæ,& pariũt,præterq̃ duobus mẽſibus hyemis brumalibus.Ex iis iuuenceæ pl'a q̃ ueteres,ſed minora.Et in eodẽ fœtu prima & nouiſſima.Eſt autem tanta fœcũditas,ut aliquæ & ſexagena pariãt,aliq̃ quotidie,aliquæ bis die,aliquæ in tantum ut effœtæ moriant̃.Hadrianis laꝰ maxima.Colũbæ decies anno pariũt,quædã & undecies,ægypto etiã brumali menſe.Hirũdines & merulæ,& palũbi,& turtures bis anno pariunt.Cæterę aues fere ſemel.Turdi in cacuminibꝰ arborũ luto nidificantes pene contextim i ſeceſſu generãt.A coitu.x.diebꝰ oua matureſcũt in utero.Vexatæ aũt gallinæ & colũbæ pẽna euulſa,aliaue ſili iniuria diutius.Om̃ibus ouis medio uitelli parua ĩeſt uelut ſanguiea gutta,qđ eſſe cor auiũ exiſtimant.Primũ in om̃i corpe id gigni opinãtes.In ouo certa eſt gutta ea ſalit,palpitatq;.Ipm animal ex albo liquore oui corporat̃.Cibus eius in luteo eſt.Om̃ibus intus caput maiꝰ toto corpe.Oculi cõpreſſi capite maiores.Increſcẽte pullo cãdor i mediũ uertit̃.Luteũ circũfundit̃ uiceſimo die,ſi moueat̃ ouum.Iam uiuẽtis intra putamẽ uox audit̃.Ab eodem tẽpore plumeſcit ita poſitꝰ,ut caput ſupra dextrum pedem habeat,dexterã uero alam ſupra caput.Vitellꝰ paulatim deficit.Aues om̃es in pedes naſcunt̃,contra quã reliqua aĩalia.Quędam gallinæ om̃ia gemina oua pariunt,& geminos interdũ excludũt,ut Cor.Celſus auctor eſt.Alterũ maiorẽ,alioquin negant oĩo geminos excludi.Plus uicena quina incubãda ſubiici uetãt.Parere a bruma incipiũt Optima fœtura ante uernum æquinoctiũ.Poſt ſolſtitiũ nata non implẽt magnitudinẽ iuſtam,tantoq; minꝰ quãto ſetius peruenere.

De uitiis & remediis incubantium. Cap.liiii.

OVa incubari infra.x.dies edita utiliſſimũ.Vetera aũt recẽtiora infœcũda.Subiici impari numero debẽt.Quarto die poſtq̃ cœpere incubari,ſi contra lumẽ cacumine ouorum apphenſo una manu purꝰ & unius mõi plucear color,ſterilia exiſtimant̃ eſſe,proq; eiꝰ alia ſubſtituẽda.Et in aqua eſt expimentũ,inane fluitat.Itaq; ſidẽtia,hoc eſt plena ſubiici uolunt.Cõcuti uero experimẽto uetant,q̃m non gignant cõfuſis uitalibꝰ uenis.Incubatiõi dat̃ initiũ poſt nouã lunã,quia prius inchoata nõ prouẽniãt.Celerius excludunt̃ calidis diebus.Ideo æſtate unõuiceſimo educunt fœtum hyeme.xxv.Si cubatu tonuerit oua pereũt,& accipitris audita uoce uitiant̃.Remediũ cõtra tonitrũ,clauus ferreꝰ ſub ſtramie ouorũ poſitꝰ,aut terra ex aratro.Quędã autẽ & citra incubitũ ſponte natura,ut in ægypti figmẽtis eſt ſcriptum.De quodam uinipotore reperit̃ Syracuſis tamdiu potare ſolitũ,donec ab eo cooperta i terra fœtũ ederẽt oua.Quin & ab homine perficiunt̃.

De auguriis ouorum. Cap.lv.

LIuia Auguſta pria ſua iuncta Tiberio Cæſare,ex Nerone grauida cũ parere uirilem ſexum admodũ cuperet,hoc uſa eſt puellari augurio.Ouũ in ſinu fouendo,atq; cum deponendum haberet nutrici ꝑ ſinũ tradẽdo,ne interimeret̃ tepor.Nec falſo auguſta augurata prodit̃.Imperatoris inde fœta.Sed inuentũ,ut oua i calido loco ĩpoſita paleis igne modico fouerent̃ hoĩe uerſãte pit̃er nocte ac die,& ſtatuto die illic erũpere fœtꝰ.Tradit̃ q̃dã ars gallinarii cuiuſdã dicẽtis q̃d ex quoq; eẽt.Narrãt̃ & mortua gallina mariti eaꝝ uiſi ſuccedẽtes inuicẽ,& reliq̃ fœtę mor̃ faciẽtes,abſtinẽteſq; ſe a cãtu.Sup oĩa ẽ anatũ ouis ſubditis atq; excluſis admiratio pria nõ plãe agno

ſcẽtis ſœtũ. Mox ✤ ícertos cubitꝰ ſolicitę cõuocatõis. Poſtremo laméta circa piſcinę ſtagna mergentibus ſe pullis natura duce.

✤ Incerti ícubitus ſolicite conuocátis

Quæ gallinæ optimæ. Cap. lvi.

GAllinarũ generoſitas ſpectať circa erecta, interdũ & gemina, pennis nigris, ore rubicũdo. digitis íparibꝰ, aliqñ & ſuper q̃ttuor digitos tráſuerſo uno. Ad rem diuiná luteo roſtro pedibuſq; puræ nõ uideńť. Ad operranea ſacra nigræ. Eſt & pumilionũ genus nõ ſterile í iis quod non in alio genere alitum, ſed quibus certa fœcũditas rara & incubatio ouis noxia,

De morbis earum & remediis. Cap. lvii.

INimiciſſima aũt oíum generi pituita, maxíeq; inter meſſis & uindemiæ tp̃us. Medicina infame, & cubatus in fumo, ſi utiq; ex lauro aut herba Sauina ſiat, péná per tráſuerſas inſerta nares & per oẽs dies mota. Cibus alliũ cũ farre aut aqua perfuſus in qua lauerit noctua auis eum ſemine uitis albe coctus, & quædam alia.

De conceptu & numero fœtus auium. Cap. lviii.

COlumbæ ꝑprio ritu oſculanť ante coitũ. Pariunt fere bina oua, ita natura moderante ut aliis crebrior ſit fœtus, aliis nũeroſior. Palũbes & turtures plurimũ terna, nec pluſq̃ binis fere pariũt, atq; ita ſi prior fœtus corruptꝰ eſt. Et q̃uis tria pepererint, nunq̃ plus duobꝰ educant. Tertiũ qđ irritũ eſt urinũ uocant. Palũbes ícubát fœmina poſt meridiana í matutinũ, cætero mas. Columbæ maré ſemp & fœminá pariũt prioré maré, poſtridie fœminá. Incubát in eo generé ambo, interdiu mas, noctu fœmina. Excludũt uiceſimo die. Pariũt á coitu. v. Aeſtate quidem interdũ binis mẽſibꝰ terna edunt paria. Náq; xviii. die excludũt, ſtatimq; concipiunt, Quare íter pullos ſæpe oua íueniunť, & alii ꝑuolant, alii erumpũt. Ipſi deinde pulli quinq̃meſtres fœtificát. Et ipſæ auté inter ſe (ſi mas non ſit) fœminæ æque ſaliunt, pariuntq; oua irrita, ex quibus nihil gignitur, quæ Hyponemia græci uocant.

De Pauone & Anſeribus. Cap. lix.

PAuo a trimatu parit. Prio anno unũ aut alterũ ouum, ſequẽti q̃terna quinaue cæteris duodena nõ ampliꝰ intermittẽs binos dies ternoſue parit, & ter anno ſi gallinis ſubiiciant Icubáda. Mares ea frangũt deſiderio incubantiũ. Quapropter noctu & in latebris pariunt, aut in excelſo cubátes, & niſi molli ſtrato excepta franguńť. Mares ſingli q̃nis ſufficiũt cõiugibus. Cũ ſingulæ aut binę fuere corrũpiť ſalacitate fœcũditas Partꝰ excludiť diebꝰ ternouenis, aut tardiꝰ triceſimo Anſeres í aq̃ coeũt, pariũt uere, aut ſi bruma coiuere poſt ſolſtitiũ, q̃draginta ꝑpe. Bis anno ſi prioré fœtũ gallinę excludát, alias plurima oua. xv. pauciſſima ſepté. Si quis ſurripiat pariunt donec rũpáť. Aliena nõ excludũt. Incubáda ſubiici utiliſſimũ noué aut undecim, incubát fœminæ tátũ tricenis diebꝰ. Si uero tepidiores ſint, uiceſimo quinto. Pullis eoꝝ urtica cõtactu mortifera. Nec minꝰ auiditas, nũc ſacietate nimia, nũc ſuamet ui, quádo ap̃phenſa radice morſu ſæpe conátes auellere aſi colla ſua abrũpunt. Cõtra urticá remediũ ſtramto ab ícubatu ſubdita radix earum.

De Ardeolis, & quomodo ſeruentur optime oua. Cap. lx.

ARdeolarũ tria genera, leucon, aſterias, pellos. Hi in coitu anguńť. Mares quidé cũ uociferatu ſanguiné etiá ex oclís pſundũt. Nec minꝰ ægre pariũt grauidæ, Aq̃la tricenis diebus ícubat, & fere maiores alites. Minores uicenis, ut Miluus & Accipiter. Singl'os uere parit nunq̃ plus ternos, is q̃ ægolios uocať q̃ternos. Coruus aliqñ & quinos, incubát totidé diebꝰ. Cornicé ícubáté mas paſcit. Pica nouenos. Melácoryphꝰ ſupra. xx. parit ſp nũero ípari * inæq̃lia. Nec alias in pluribus tanta fœcũditas, maior tamé paruis. Hirũdini cæci primo pulli, & fere oíbus q̃bus nũeroſior partus, irrita oua quæ hyponemia diximus, quæq; aut mutua fœminæ Iter ſe libidís imaginatiõe cõcipiũt, aut puluere. Nec colũbę tm̃, ſed & gallinę, ꝑdices, pauones, anſeres, chenalopeces. Sũt aũt ſterilia & minora ac minꝰ iucũdi ſaporis magis hũida. Quidá & uento putant ea generari. Qua de cauſa etiá zephyria appellanť. Hæc aũt uere tátũ. Vrina ſiũt ícubatiõe derelicto, quæ alii cynoſura dixere. Oua aceto macerata intantũ emolliunť ut p annulos tráſeant Seruari ea in lomento, aut hyeme in paleis, æſtate in ſurfuribus utiliſſimũ Sale exinaniri creduńť.

* Ineq̃lia ſuperfluit.

Quæ uolucrũ ſola animal pariat, & lacte nutriat. Cap. lxi.

VOlucrum animal parit ueſpertilio tantũ, cui mẽbrana ceu pennæ. Eadem ſola uolucrum lacte nutrit ubera ad mouens, geminos uolitat amplexa infantes, ſecũq; deportat. Eidem coxendi una traditur, & in cibatu culices gratiſſimi.

De conceptu uiperæ & partu, & quæ terreſtrium oua pariant. Cap. lxii.

RVrſus in terreſtribus oua pariũt ſerpẽtes, de ꝗbus nondũ dictũ ſit. Coeunt cõplexu, adeo circũuolutæ ſibi, ut una exiſtimari biceps poſſit. Viperæ mas caput ĩſerit in os, qđ illa abrodit uoluptatis dulcedĩe. Terreſtriũ eadẽ ſola ĩtra ſe parit oua uniꝰ coloris, & mollia ut piſces. Tertia die intra uteꝝ catulos excludit, deĩ ſinglos diebꝰ ſinglis parit uiginti fere nũero. Itaqꝫ cæteræ tarditatis impatiẽtes prærũpũt latera occiſa parẽte. Cæteræ ſerpẽtes cõrecta oua in terra incubãt, & fœtũ ſequẽte excludũt anno. Crocodili uicibus incubãt mas & fœmina. Sed reliquorum quoqꝫ terreſtrium reddetur generatio.

De generatione terreſtrium. Cap. lxiii.

BIpedũ ſolus hõ aĩal gignit. Hoĩ tantũ primi coitus pœnitẽtia auguriũ ſcilicet uitæ a pœnitẽda origine. Cæteris aĩalibus ſtati per tpa anni cõcubitus. Hoĩ (ut dictum eſt) oĩbus horis dieꝝ noctiumqꝫ. Cæteris ſatietas in coitu, hoĩ prope nulla. Meſſalina Claudii Cæſaris coniunx hanc regalẽ exiſtimãs palmã, elegit id in certamẽ nobiliſſimã e ꝓſtitutis ancillã mercenariæ ſtipis, eãqꝫ die ac nocte ſupauit ꝗnto ac uiceſimo cõcubitu. In hoĩum gñe maribꝰ diuerticula Veneris excogitata oĩa ſcelere naturæ, fœmĩs uero abortꝰ. Quãtũ ĩ hac pte mlto nocẽtiores q̃ feræ ſumꝰ. Viros auidiores ueneris hyeme, fœminas æſtate Heſiodꝰ ꝓdidit. Coitꝰ auerſus elephãtis, camelis, tigribꝰ, lyncibꝰ, rhinoceroti, leoni, daſipodi, cuniculis, ꝗbus auerſa genitalia. Cameli ẽt ſolitudĩes aut ſecreta certa petũt, neqꝫ ĩteruenire datᷣ ſine pernicie. Coitus tota die eſt tm̃ iis ex oĩbus, ꝗbus ſolida ungula. In q̃drupedũ genere mares olfatus antecedit. Auertunt & canes, phocæ, lupi, in medioqꝫ coitu, inuitiqꝫ ẽt cohærẽt. Supradictoꝝ plæriſqꝫ fœminæ priores ſupueniũt, reliqs mares. Vrſi aũt ut dictũ eſt humanitus ſtrati. Herinacei ſtãtes ambo inter ſe cõplexi. Feles mare ſtãte, fœmina ſubiacente. Vulpes in latere ꝓiectæ, mareqꝫ fœmina amplexa. Taurorum ceruorũqꝫ fœminæ uim nõ tolerãt, ea de cã ingrediunt in cõceptu. Cerui uiciſſim ad alias tranſeũt, & ad priores redeunt. Lacertæ, ut ea quæ ſine pedibꝰ ſunt circũplexu uenerẽ nouere. Omnia animalia quo maiore corpe, eo minꝰ fœcũda ſũt. Sigulos gignũt elephãti, cameli, equi. Acãthis duodenos auis minima. Ocyſſime pariũt quæ plurimos gignũt. Quo maius eſt aĩal, tãto diutius format in utero. Diutius geſtant ꝗbus longiora ſunt uitæ ſpacia. Neqꝫ creſcẽtiũ tẽpeſtiua ad generãdũ ætas. Quæ ſolidas habent ungulas ſingulos, quæ biſulcas & geminos pariũt. Quoꝝ in digitos pedũ fiſſura diuiſa eſt, eo numeroſiora in fœtu. Sed ſupiora oĩa pfectos edunt partus, hæc inchoatos. In quo ſunt genere leænæ, urſæ, & uulpes. Informia etiã magis q̃ ſupradicta urſæ pariũt, rarumqꝫ eſt uidere parientes. Poſtea lambẽdo calefaciũt fœtus oĩa ea, & figurant, pariũt plurimũ quaternos. Cæcos autẽ gignũt canes, lupi, pãtheræ, thoes. Canũ plura ſunt genera. Laconicæ octauo mẽſe utrinqꝫ generãt. Ferũt. lxx. diebꝰ, & plurimũ tribus mẽſibus. Cæteræ canes & ſemeſtres coitũ patiunt. Implent oẽs uno coitu. Quæ ante iuſtũ tẽpus cõcepere, diutius cæcos hñt catulos, nec oẽs totidẽ diebꝰ. Exiſtimant in urina attollere crus fere ſemeſtres, id eſt ſignũ cõſumati uiriũ roboris, fœmĩæ hoc idẽ ſidẽtes. Partꝰ duodeni ꝗbus nũeroſiſſimi, cætero ꝗni, ſeni aliquãdo ſinguli, qđ ꝓdigioſum putãt. Sicut oẽs mares, aut oẽs fœminas gigni. Primos quoqꝫ mares pariũt, ĩ cæteris alternãt, ſi ineãt oportuno & recto mẽſe. Ineunt a partu ſexto mẽſe. Octones Laconicæ pariũt. Propria in eo gñe maribꝰ laboris alacritas. Viuũt Laconici annis denis, fœmĩa duodenis. Cætera genera ꝗndecim annos, aliquãdo uiginti. Nec tota ſua ætate generãt, ferea. xii. deſinẽtes. Feliũ & Ichneumonũ reliqua ut canũ. Viuũt annis ſenis. Daſipodes oĩ mẽſe pariũt, & ſupfœtãr ſicut lepores. A partu ſtatim implent. Cõcipiunt q̃uis ubera ſiccãte fœtu, pariũt nõ cæcos. Elephãti ut diximus pariũt ſinglos magnitudĩe uituli trimeſtris. Cameli duodecim mẽſibꝰ ferũt a trimatu, pariũt uere, iterũqꝫ poſt annũ implent a partu. Equas aũt poſt tertiũ diẽ, aut poſt unũ ab enixu utiliter admitti putant, coguntqꝫ inuitas. Mulier ſeptima die cõcipere facillime credit. Equaꝝ iubas tõderi præcipiũt, ut aſinoꝝ in coitu patiant humilitatẽ, comãtes. n. gloria ſuperbire. A coitu ſolæ aĩaliũ currũt, ex aduerſo aquilonũ auſtrorũue, ꝓut marẽ aut fœminã cõcepere. Colorẽ illico mutãt rubriore pilo, uel quicũqꝫ ſit pleniore. Hoc argumẽto deſinũt admittere etiã uolentes. Nec impedit partus quaſdã ab ope. Fallũtqꝫ grauidæ. Viciſſe olympia ꝑgnantẽ equam Hecratidis theſſali inuenimꝰ. Equos, & canes, & ſues ĩnitũ matutinũ appetere, fœminas aut poſt meridiẽ blãdiri diligẽtiores tradũt. Equas domitas. lx. diebus equire, anteq̃ gregales. Sues tantũ coitu ſpumã ore fundere. Verrẽ ſubantis audita uoce, niſi admittat cibũ nõ cape uſqꝫ in maciem. Fœminas, tantũ efferari, ut hoĩem lacerẽt, cãdida maxime ueſte ĩdutũ. Rabies ex aceto mitigat.

natur aſpſo. Auiditas coit⁹ putat ex cibis fieri. Sicut uiro eruca, pecori cepa. Quę ex feris mitigēt nō concipe, ut anſeres apros uero tarde & ceruos, nec niſi ab īfātia educatos. Mirū eſt q̄drupedū p̄gnantes uenerē arcent, p̄ter equam ſuem. Sed ſupfœtant, & Daſipus, & lepus tantum.

De uaria generatione animaliū. Cap. lxiiii.

QVæcūq; aīal pariūt ī capite gignūr circūacto ſub enixū fœtu, alia ī utero ✣ porrecta. [✣ Alias porrecto.] Quadrupedes geſtant extēſis ad lōgitudinē crurib⁹, & ad aluū ſuā applicatis. Hō in ſemet con globatus inter duo genua naribus ſitis Molas de qb⁹ ante dixim⁹ gigni putāt, ubi mulier nō ex mare, uerū ex ſemetiſa tantū cōcepit. ideo nec aīari, quia nō fit ex duob⁹. Altricē q; habet p̄ ſe uitā illā quæ ſatis arboribuſq; cōtingat ex *oibus quæ pfectos Fœtus uel *tātos & innūeroſos [* Tm̄ & nūeroſos] edunt. Item plures contra naturam ſolidipedum aut biſulcorum.

De Murium fœtu. Cap. lxv.

SVpra cūcta eſt muriū fœtus, haud ſine cōtatōne dicēdus, q̄q̄ auctore Ariſtotele & Alexandri Magni militibus generatio eorū lambendo cōſtare non coitu dicat. Ex una genitos. cxx. trā diderūt. Apud Perſas uero prægnātes in utero parētis reptas. Et ſalis guſtatu fieri pręgnātes opinant. Ita definit mirū eſſe, unde uis tanta meſſes populet muriū agreſtiū. In qb⁹ illud quoq; adhuc latet quo nam modo illa multitudo repēte occidat. Nam nec exanimes reperiunt, neq; ex tat qui murē hyeme in agro effoderit. Plurimi itaq; ad Troadē pueniūt. Et iam inde fugauerunt accolas. Prouēt⁹ eorū ſiccitatib⁹ tradūt. Et iam obituris uermiculū ī capite gigni. Aegyptiis muribus durus pilus, ſicut herinaceis. Idē bipedes ambulāt, ceu alpini. Cū diuerſi quoq; generis coiere animalia, ita demū generāt, ſi temp⁹ naſcēdi par habēt. Quadrupedū oua gignentiū lacertam ore parere, ut credit uulgo. Ariſtoteles negat. Neq; incubāt ædem oblitæ quo ſint in loco enixæ, quoniam huic animali nulla memoria. itaq; catuli per ſe erumpunt. [Ex oib⁹ iūgēdū uidetur cū ſeqn. cap,]

De ſpina hominis anguem naſci. Cap. lxvi.

ANguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus a multis. Plæraq; enī occulta & cæca origine proueniunt, etiam in quadrupedum genere.

De Salamandra, Cap. lxvii.

SIcut Salamādra animal lacerti figura ſtellatū, nunq̄ niſi magnis hymbribus pueniens, & ſerenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat, non alio modo q̄ glacies. Eiuſdē ſanie quæ lactea ore uomitur, quacunq; parte corpis humani contacta toti defluunt pili. Id quod contactum eſt colorem in uitiliginem mutat.

De iis quæ naſcunt ea non genitis, & quæ nata nihil gignunt. Cap. lxviii.

QVædā uero gignunt ex non genitis, & ſine ulla ſili origine ut ſupradicta, & quæcūq; æſtas aut uer, ſtatumq; tēpus anni generāt. Ex iis quædā nihil gignunt, ut Salamandrę. Neq; eſt in iis genus maſculinū ſœmineūue, ſicut neq; ī anguillis, oibuſq; quæ nec anīal nec ouum ex ſeſe generāt. Neutrū eſt & oſtreis genus & cæteris adhærētibus uado uel ſaxo. Quæ aūt per ſe generant, ſicuti īfra mares ac ſœminas deſcripta ſunt, ita generāt qdem ea aliqd coitu, ſed imperfectum & diſſile, & ex quo nihil ampli⁹ gignat, uermicul⁹ muſcæ. Id magnis declarant naturę eorū quæ inſecta dicuntur. Arduæ explanationis omnia, & priuatim dicato opere narranda. Quapropter ut ingenium prædictorum, ita & reliqua ſubtexet diſertatio.

De ſenſibus animalium. Cap. lxix.

EX ſenſibus ante cætera hoī tactus, deinde guſtus. Reliqs ſuperatur a multis Aquilæ clarius cernunt. Vultures ſagacius odorant. Liqdius audiunt talpæ obrutæ terrea tam denſo atq; ſurdo naturæ elemento. Præterea uoce oium in ſublime tendente ſermonem exandiūt, & ſi de iis loquare, intelligere etiam dicunt, & pfugere. Auditus cui hoium primo negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus. Nec ſunt naturali ſurdi, ut non idem ſint & muti. In marinis oſtreis auditum eſſe non eſt uerisimile. ſed ad ſonum mergere ſe ſolent. ideo & ſilentium in mari piſcantibus.

Auditum & olſatum eſſe piſcibus. Cap. lxx.

PIſces quidē auditus nec mēbra habēt, nec foramina, audire tamē eos palā eſt, ut patet cum plauſu cōgregari feros ad cibū cōſuetudine in quibuſdā uiuariis ſpectet. Et in piſcinis Cæſaris gnā piſciū ad nomē uenire quoſdā ſinglos. Itaq; pdunt etiā clariſſime audire mugil, lup⁹, ſalpa chromis, & ideo in uado uiuere. Olfatū iis eſſe manifeſtū patet, Quippe nō oms eadē eſca capiunt, & priuſq̄ appetāt odorant. Quoſdā & ſpelūcis latentes ſalſamēto illitis faucib⁹ ſco

puli piſcator expellit,uelut ſui cadaueris agnitioné fugiētes.Cōueniuntqꝫ ex alto etiā ad quoſdā odores,ut ſæpiā uſtā,& polypū,q̄ ob id cogunꝭ i naſſas,Sētinæ qdé nauiū odoré fugiunt procul, maxime tñ piſciū ſanguiné.Non pōt petris auelli polypus. Idem cunila admota ab odore protinus reſilit.Purpuræ quoqꝫ fœtidis capiunꝭ.Nam de reliquo animaliū genere quis dubitet? Coruus ceruini odore ſerpētes fuganꝭ,ſed maxime Styracis,Origani,aut chalcis, aut ſulphuris formicæ necantur.Culices acida petunt,ad dulcia non aduolant.

Tactum communem eſſe omnibus. Cap.lxxi.

TActus ſenſus oibus eſt,etiā qbus nullꝰ aliꝰ.Nā & oſtreis & terreſtribꝰ uermibꝰ.Quo exiſtimauerim oibus ſenſum guſtus eſſe.Cur.n.alios alia ſapores appetūt?In quo uel p̄cipua naturæ architectiqꝫ uis.Alia dentibus prædantur,alia unguibus,alia roſtri aduncitate capiunt.Alia latitudine ruūt.Alia acumine excauāt.Alia ſugūt.Alia lābūt,ſorbent,mādunt,uorant. Nec minor uarietas in pedū myſterio,ut rapiāt,diſtrahant,teneant,p̄mant,pendeant,telluré ſcabere non ceſſent.

Quæ uenenis uiuant,& quæ terra. Cap.lxxii.

VEnenis capreæ & coturnices(ut diximus)pingueſcunt placidiſſima animalia, at ſerpentes ouis.Spectāda quidé draconū arte.Aut.n.ſolida hauriūt,ſi iā fauces capiūt, q̄ deinde in ſemet cōuoluti frangūt ītus,atqꝫ ita putamia excutiūt,aut ſi tenerior ē,& catuli adhuc ętas orbe app̄henſa ſpira,ita ſenſim uehemēterqꝫ p̄ſtringunt,ut amputata pte ceu ferro, reliquā quæ amplexu teneꝭ ſorbeāt.Simili modo auibus deuoratis ſolidis +cōtētiōe +plurima, & cætera oſſa reuomūt.Scorpiones terra uiuūt.Serpētes cū occaſio eſt uinū p̄cipue appetūt, cum alioqn exiguo īdigeāt potu.Eædē minimo,& pene nullo cibo cū adſeruanꝭ īcluſæ,ſicuti aranei quoqꝫ alioquin ſuctu uiuētes.Ideo nullū interit fame aut ſiti uenenatū.Nam neqꝫ caloris uim habent, neqꝫ ſanguis,neqꝫ ſudoris,quæ auiditaté naturalé ſale augēt.In quo genere oīa magis exitialia, ſi ſuū genꝰ edere anteq̄ noceāt.Cōdit in theſauros maxillaꝝ cibū ſphingioꝝ & ſatyroꝝ genus. Mox inde ſenſim ad mādēdū manibꝰ exprimit.Et qđ formicis in annū ſolēne eſt,his in dies uel horas.

+Cōtritione.
+Plūas

De cibo & potu quorundam. Cap.lxxiii.

VVnum anīal digitos habentiū herba aliꝭ lepus,ſed & fruge.Solidipedes,& biſulci ſues,oī cibatu & radicibꝰ.Solidipedū uolutatio p̄pria.Serratoꝝ dētiū carniuora ſunt oīa. Vrſi & fruge fronde uindemia pomis uiuūt,& apibꝰ cancris &etiā & formicis. Lupi ut diximus, & terra in fame.Pecus potu pingueſcit,ideo ſal illis aptiſſimus,ité ueterina q̄q̄ & fruge & herba ſed ut bibere ſecedūt.Rumināt p̄ter iā dicta ſylueſtriū cerui cū a nobis alūꝭ.Oīa āt iacētia potiꝰ q̄ ſtātia,& hyeme magis q̄ æſtate ſeptenis fere mēſibꝰ.Pōtici quoqꝫ mures ſilr mō remādūt. In potu qbꝰ ſerrati dētes lābūt.Et mures hi uulgares,q̄uis ex alio gn̄e ſint.Quibꝰ cōtinui dētes ſorbēt ut eq̄,boues.Neutrū urſi,ſed aquā quoqꝫ morſu uorāt.In Africa maior ps feraꝝ æſtate nō bibūt ī opia hymbriū.Quā ob cām capti mures libyci ſi biberint moriunꝭ. Orygé p̄petuo ſitiēté Africa generat ex natura loci potu carēté cū mirabili mō ad remedia ſitiētiū.Nāqꝫ getuli latrōes eo durāt auxilio reptis in corpe eoꝝ ſaluberrimi liquoris hauſtu ueſicis.Inſidūt ī eadē Africa Pardi cōdēſa arbore,occultatiqꝫ eiꝰ ramis ī p̄tereūtia deſiliūt,atqꝫ e uolucrū cęde craſſanꝭ.Feles qdé quo ſilētio q̄ lenibꝰ ueſtigiis obrepūt auibꝰ? q̄ occulto ſpeculatu in muſculos exiliunt? Excrementa ſua effoſſa obruunt terra,intelligentes odorem illum indicem ſui eſſe.

Quæ inter ſe diſſideant,& quæ inter ſe conueniant. Cap.lxxiiii.

ERgo & alios ſenſus quoſdā eē q̄ ſupradictos,haud difficulter appet.Sūt.n.quædam his bella amicitiæqꝫ.Vnde & affectus p̄ter illa quæ de quibuſqꝫ eorum ſuis diximꝰ locis. Diſſidēt olores & aquilæ.Coruus & *cloreus noctu inuicem oua exquirētes. Simili modo coruus & Miluus illo p̄cipiēte huic cibos.Cornices & noctua. Aqlæ & Trochilus(ſi credimus)quoniaꝫ rex appellaꝭ auiū.Noctuæ & cæteræ minores aues.Rurſus cū terreſtribꝰ muſtella & cornix. Turtur & pyralis.Ichneumones ueſpæ,& phalāges aranei.Aq̄ticæ,anates,& gauiæ.Harpæ & Triorches accipiter.Sorices & ardeolæ īuicē fœtibꝰ īſidiātes.Egithus auis mīma cū aſino. Spinetis.n.ſe ſcabēdi cā atterētes nidos eiꝰ diſſipat,qđ illa adeo pauet,ut uoce oīo rudētis audita oua eiiciat,pulli ipi metu cadāt.Igr̄ aduolās ulcera eiꝰ roſtro excauat. Vlpes & milui. Angues & muſtellę,& ſues. Eſalon uocaꝭ p̄ua auis oua corui frāgēs,cuius pulli infeſtanꝭ a uulpibꝰ.Inuicē hæc catulos eiꝰ ipamqꝫ uellit.Quod ubi uiderit corui,cōtra auxiliaꝭ,uelut aduerſꝰ cōeꝫ hoſté.Et achātis ī ſpinis uiuit.Idcirco aſinos & ipa odit flores ſpinę deuorātes Aegyptū uero + ī tm̄,ut ſāguiné eorum nō credant coire

*Chlorio
+Anthꝰ ſterſeratur.

credár coire,multiſq; ob id ueneficiis infamér.Diſſidét thoes & leones,&minima æque ac maxía Formícoſam arboré ſorices eanér.Librat aranens ſe filo í caput ſerpétis porrectæ ſub umbra arboris ſuæ,tátaq; ui morſu cerebrũ apphédit,ut ſtridés ſubinde,ac uertigie rotata, ne filum qdé deſup pédétis rũpere adeo nõ fugere q̃at,nec finis ante morté eſt.Rurſus amici pauones & colúbæ.Turtures & pſittaci,merulæ & turdi,cornix & ardeolæ.Cõtra uulpiũ genus oíb⁹ inimicitiis Harpæ & miluus cõtra triorchin.Quin & affectus indicia ſũt, ét in ſerpétib⁹ imitiſſimo aníaliũ gñe dicta ſũt,q̃ Arcadia narrat de dño a dracõe ſeruato,& agnito uoce hoís.De aſpide miraculũ a Philarcho tradit,iis eni auctor eſt.Cũ ad méſam cuiuſdã ueniés í ægypto aleret aſſidue enixã catulos,quoꝝ ab uno filiũ hoſpitis interéptũ,Illam reuerſam ad cõſuetudiné cibi ítellexiſſe culpam,& necem intuliſſe catulo,nec poſtea in tectum id reuerſam.

De ſomno animalium. Cap.lxxv.

SOmni quæſtio non obſcurá coniectationé habet.In terreſtrib⁹ oía quæ cor habét dormire manifeſtum eſt.Aquatilium quoq; exiguũ quiddã etiã qui de cæteris dubitát, dormire tamé exiſtimát,non oculorũ arguméto,quia non habét genas.uerũ ipſa qere cernuut placida ceu ſoporata,neq; alia q̃ caudis mouétia,& ad tumultũ aliqué expauétia.De thyunis cõſidérins affirmat.Iuxta ripas.n.aut petras dormiũt.Plani aũt piſciũ in uado,ut manu ſæpe tollant . Ná & delphini balenæq; ſtertétes ét audiunt.Inſecta quoq; dormire ſilétio apparet,quia nec luminibus qdé admotis excirent.Homo genitus premit ſomno p aliquot méſes.Deinde longior in dies uigilia.Somniat ſtatim infans.Ná & pauore expergiſcit,& ſuctũ imitat . Quidam uero nunq̃ quibus mortifeꝝ fuiſſe ſignũ cõtra cõſuetudiné ſomnioꝝ inuenimus exépla.Magnus hic inuitat locus, & diuerſis refertus documétis,utrũ ne ſint aliqua p̃ſcita animi quieſcétis. Qua fiant rõne an fortuita res ſit,ut pleraq;?Et ſi exéplis agat,profecto paria fiant.A uino & a cibis pxima,atq; in redormitione uana eſſe uiſa prope cõuenit.Eſt aũt ſomnus nihil aliud q̃ animi in mediũ ſeſe receſſus.Præter hominé ſomniare,equos,canes,boues,pecora,capras,palá eſt. Ob hoc credit & in oíbus,quæ aíal pariunt,De iis quæ oua gignnut incertũ eſt,ſed dormire ea certum.Veꝝ & ad inſecta tranſeamus.Hæc náq; reſtant immenſæ ſubtilitatis animalia.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XI.

PROOEMIVM.

De inſectis animalibus,ut ſunt apes, formicæ,& huiuſmodi.

RESTANT IMMENSAE SVBTILITATIS ANIMALIA, Quando aliqui ea neq; ſpirare, & ſine ſanguine eſſe etiam prodiderunt.

De inſectorum genere. Cap.i.

MVlta hæc& multigena,terreſtrium uolucrũq; uita.Alia pennata,ut apes.Alia utroq; modo,ut formicæ.Aliqua & pennis & pedib⁹ caré tia.Et iure oía íſecta appellata ab íciſuris,q̃ nũc ceruicũ loco,nunc pectoꝝ atq; alui p̃cincta ſeparát mébra tenui modo fiſtula cohærétia. Aliq bus uero non tota inciſura eas ambiente rugas,ſed in aluo,aut ſuper tantũ imbricatis flexilium uertebris nuſq̃ alibi ſpectatiore naturæ rerũ artificio.

De ſubtilitate naturæ. Cap.ii.

IN magnis ſiquidé corporibus,aut certe maiorib⁹ facilis officina ſequaci materia fuit.In his uero tã paruis,atq; tã nullis,quæ ratio q̃ rauis?tam iextricabilis perfectio. Vbi tot ſenſus collocauit in culice?Et ſunt alia dictu minora.Sed ubi uiſum in ea prætendit? Vbi guſtatũ applicauit?ubi odoratũ inſeruit?ubi uero truculentã illã & porcione maximã uocé ingenerauit? Qua ſubtilitate pénas adnexuit? Prælongauit pedũ crura? Diſpoſuit ieiunã caueam uti aluum? Auidam ſanguinis & potiſſimũ humani ſitim accendit? Telũ uero perfodiẽdo tergori quo ſpiculauit ingenio? Atq; ut í capaci cũ cerni nõ poſſit exilitas,ita reciproca generauit arte,ut fodiédo acuminatũ pariter ſorbẽdoq; fiſtuloſũ eſſet.Quos teredini ad perforãda robora cũ ſono teſte dẽtes affixit?potiſſimũq; e ligno cibatũ fecit?Sed turrigeros elephãtoꝝ miramur humeros, taurorũq; colla,& truces in ſublime iactus.tigriũ rapinas,leonũ iubas,cum rerũ natura nuſq̃ magis q̃ in minimis tota ſit.Quapropter quæſo,ne noſtra legẽtes(quoniã ex his ſpernunt multa)etiã relata faſtidio damnent,cum in contemplatione naturæ nihil poſſit uideri ſuperuacuum.

Vtrum ſpirent, an habeant ſanguinẽ. Cap. iii.

INſecta multi negarũt ſpirare, id ratione perſuadẽtes, quoniã uiſceri iteriori nexus ſpirabilis nõ ineſſet. Itaq; uiuere ut fruges, arboreſq;. Sed plurimũ intereſſe ſpiret aliqd an uiuat. Eadẽ de cauſa nec ſanguinẽ iis eẽ, qui ſit nullius carẽtibus corde aut iecore. Sic nec ſpirare ea qbꝰ pulmo deſit. Vnde numeroſa q̃ſtionũ ſeries exorit̃. Idẽ enim & uocẽ eẽ his negant in tanto murmure apũ, cicadaꝝ ſono, & aliis quæ ſuis æſtimabunt̃ locis. Nam mihi cõtuenti ſemp ſuaſit reꝝ natura nihil icredibile exiſtimare de ea. Nec uideo cur magis nõ poſſint trahere aĩam talia & uiuere, q̃ ſpirare ſine uiſceribꝰ. Quod ẽt ĩ marinis docuimꝰ, q̃uis arcẽte ſpiritũ dẽſitate & altitudie moris. Volare quidẽ aliq̃ & aĩatu carere in ipo ſpũ uiuẽtia. Habere ſenſum nicꝰ generatiõis atq; opis; & de futuro etiã curã. Et q̃uis nõ ſint mẽbra, quæ uelut carinas ſenſus iuehãt, eẽ tñ his auditũ, olfactũ, guſtatũ, eximia p̃terea naturæ dona, ſolertiã, aĩum, artẽ, qs facile crediderit? Sãguinẽ nõ eſſe his fateor, ſicut ne terreſtribus qdem cunctis uerũ ſiẽ quiddã, ut ſæpiæ in mari ſanguinis uice attramentũ obtineat, purpuraꝝ generi infector ille ſuccus, ſic inſectis q̃ſquis eſt uitalis humor, hic erit ſanguinis loco, ſed exiſtimatio ſua cuiq; ſit. Nobis ꝓpoſitũ eſt naturas rerum manifeſtas indicare, non cauſas iudicare dubias.

De corpore eorum. Cap. iiii.

INſecta ut intelligi poſſit, non uident̃ neruos habere, nec oſſa, nec ſpinas, nec cartilaginẽ, nec pinguia, nec carnes, nec cruſtã qdem fragilem, ut quædã marina, nec iure dicetur cutis, ſed mediæ cuiuſdam inter oĩa hæc naturæ corpus arenti ſimile neruo mollius, in reliquis partibus ſiccius uerius q̃ durius. Et hoc ſolũ his eſt, nec p̃terea aliud. Nihil intꝰ niſi admodũ paucis inteſtinũ ĩplicatũ. Itaq; diuulſis p̃cipua uiuacitas, & partiũ ſingulaꝝ palpitatio. Quia quæcũq; eſt ratio uitalis, illa nõ certis ineſt mẽbris, ſed toto in corpe, minime tamẽ capite. Solũq; nõ mouet̃ niſi cũ pectore auulſum. In nullo genere plures ſunt pedes. Et qbus ex his plurimi, diutius uiuũt diuulſa, ut in ſcolopẽdris uidemus, habent aũt oculos, prætereq; ſenſus tactum, & guſtatũ aliq̃, & odoratum, pauca & auditum.

De apibus. Cap. v.

SEd inter oĩa principatus apibus & iure p̃cipua admiratio. Solis ex eo genere hoĩum cã genitis. Mella cõtrahũt ſuccũq; dulciſſimũ atq; ſubtiliſſimũ, ac ſaluberrimũ. Fauos confingũt & cæras. Illæ ad uſus uitæ laborẽ tolerãt, opera conficiũt, rem publicã habẽt, conſilia priuatim ac duces gregati, & quod maxĩe mĩꝝ ſit mores habẽt. Prætera cũ ſint neq; mãſueti generis, neq; feri, tñ tanta eſt natura reꝝ, ut ꝓpe ex umbra minimi aĩalis incõparabile effecerit quiddã. Quos efficaciæ induſtriæq; tãtæ cõparemus neruos? q̃s uires? quos rõne mediuſſidius uiros? Hoc certe p̃ſtãtioribus quo nihil nouere niſi cõmune. Non ſit de aĩa q̃ſtio. Conſtet & de ſanguiue, quãtulũ tamen eſſe in tantulis poteſt. Aeſtimemus poſtea ingenium.

Qui ordo naturæ in eis. Cap. vi.

HYeme cõdunt̃. Vnde.n. ad pruinas niueſq;, & aquilonum flatus perferẽdos uires? Sane & inſecta omnia, ſed minus diu quæ parietibus noſtris occultata naturæ tepeſiũt. Circa apes aut tẽpoꝝ locorũue rõ mutata eſt, aut errauerũt priores. Cõdunt̃ a uergiliaꝝ occaſu, ſed latẽt ultra exortũ. Adeo nõ ad ueris initiũ, ut dixere, nec ut quiſq; i Italia de alueis exiſtimat. Añ fabas florẽtes nõ exeũt ad opa & labores, nulluſq;(cũ per cœlũ licuit) ocio perit dies. Primũ itaq; fauos cõſtruũt, cærã fingũt, hoc eſt domos cellaſq; faciũt. Deiñ ſobolẽ, poſtea mella, cærã ex floribꝰ. Melliginẽ a lachrymis arboꝝ q̃ glutinũ pariũt, ſalicis, ulmi, harũdinis, ſucco, gũmi, reſina; His primũ alueũ ipm intus totũ, ut quodam tectorio illinũt, & aliis amarioribus ſuccis contra aliaꝝ beſtiolaꝝ auiditates, id ſe facturas conſciæ, quod concupiſci poſſit. His deide fores quoq; latiores circũſtruunt.

De uocabulis operis. Cap. vii.

✣ Commosin nigra.

PRima fundamẽta opis ✣ Metyn uocãt periti, ſecũda piſſocæron, tertia ꝓpolin. Inter coria cætaſq; magni ad medicamina uſus. Mytis cruſta eſt prima ſaporis amari. Piſſocæros ſup eam uenit picantiũ modo ceu dilutior. Cæræ initiũ populorumq; emitiore gũmi Propolis craſſioris iã materię additis floribꝰ, nõdũ tñ cæra, ſ; fauoꝝ ſtabilim̃tũ q̃ oẽs frigoris aut iniurię aditꝰ obſtruũt̃, odore etiãnũ graui, ut q̃ plæriq; pro galbano utant̃. Præter hæc cõuehet̃ Erithace, quã alii ſandaracã, alii cerinthũ uocãt. Hic erit apũ dũ operant̃ cibꝰ, q ſæpe inuenit̃ in fauoꝝ inanitatibus ſepoſitus, & ipſe amari ſaporis, ſed plenus humoris cibus. Gignit̃ aũt rore uerno, & arboꝝ ſucco, gũmi modo, africi minor, auſtri flatu nigrior, aqlonibus melior, & rubẽs. Plurimũ in græcis nucibus Menecrates florem ait eſſe futuræ meſſis indiciũ, ſed nemo præter eum.

Ex quibus floribus opera fiant. Cap.viii.

CAeras ex oium arborũ ſatorũq́ floribꝰ cõſingũt, excepta rumice & chenopodes. Herbarũ hæc gñа. Falſo excipiť ſpartũ. Quippe cũ hiſpania mlťa ĩ ſpartariis mella herbã eã ſapiũt. Falſo & oleas excipi arbitror. Quippe oliuæ ꝓuentu plurima examina gigni certum eſt, Fructibus nullis noceť. Mortuis ne floribꝰ quidẽ nõ modo corpibus ĩſidũt. Operanť itra.lx.paſſus. Et ſubiñ cõſumptis ꝓximo floribꝰ ſpeculatores ad pabula ulteriora mittũt. Noctu dep̄hẽſæ in expeditiõe excubãt ſupinæ, ut alas a rore ꝓtegant.

De amatoribus earum. Cap.ix.

NE quis miteť amore earũ captos Ariſtomachũ Solenſem duo de.lx.annis nihil aliud egiſſe, ✝ Hyliſeũ uero Thaſiũ in deſertis apes colẽtem Agrium cognominatum, qui ambo ſcripſere de his. [✝ Philiſcum]

Ratio operis. Cap.x.

RAtio opis ĩterdiu ſtatio ad portas more caſtrorũ. Noctu qes in matutinũ, donec una excitet oẽs gemio, aut triplici bõbo, ut buecino aliquo. Tũc uniuerſæ ꝓuolãt, ſi dies mitis futurꝰ eſt. Prædiuinãt.n.uẽtos hymbreſq́, & tũc ſe cõtinẽt tectis. Itaq́ tẽperie cœli (hanc eñ inter p̄ſcita hñt) cũ agmẽ ad opa ꝓceſſit, aliꝗ flores aggerũt pedibꝰ, aliæ aquã ore, guttaſq́ lanugine totiꝰ corpis. Quarũ adoleſcẽtiores ad opa exeũt, & ſupradicta cõuehũt. Seniores itꝰ opãť. quæ flores cõportãt prioribꝰ pedibus fœmina onerãt, pp id natura ſcabra, pedes priores roſtro, totæq́ onuſtæ remeãt ſarcina pãdatæ. Excipiũt eas ternæ, q̃ternæ exonerãt. Sũt.n.intꝰ quoq́ officia diuiſa. Aliæ ſtruũt, aliæ poliũt, aliæ ſuggerũt, aliæ cõparãt, ex eo qđ allatũ eſt, Neq́ eñ ſepatim ueſcũť, ne ĩæq̃litas opis aut cibi fiat & tpis. Struũt rurſus ea orſa cõcameratiõe aluei textũq́ uel uſq́ ad ſumma tecta deducunt, limitibus circa ſingulos ✝ actus, ut aliis intrent, aliis exeant. Faui ſupiore pte affixi, & paulo etiã lateribus ſimul hærent, & pendẽt una. Alueũ non contigunt. nũc obliq, nũc rotũdi q̃liter poſcit alueus, aliquãdo ex duorũ generũ, cũ duo examina cõcordibꝰ poplis diſſiĺes habuere ritꝰ. Ruẽtes cæras fulciũt, pilarũ iſtar interiꝰ a ſolo fornicatis, ut fit aditꝰ ad ſartiendũ. Primi fere tres uerſus inanes ſtruũt, ne ꝓmptũ ſit qđ inuitet furantẽ. Nouiſſimi maxime impleń melle, ideoq́ auerſo alueo faui eximũť. Gerulæ ſecũdos flatus captant. Si coriaſ ꝓcella, app̄hẽſis peduſculo lapillis ſe librant. Quidã in hũeros euʒ ĩponi tradũt. Iuxta uero terram uolãt in aduerſo flatu uepribus hebetato. Mira obſeruatio opis. Ceſſantiũ inertiã notãt, caſtigãt mox & puniũt morte. Mira munditia. Amoliunť oĩa e medio, nullæq́ inter opera ſpurcitiæ iacent. Quin & excremẽta operantiũ intus ne longius recedant, unũ congeſta in locũ turbidis diebus & operis ocio egerunt. Cum adueſpaſcit in alueo ſtrepunt minus ac minus, donec una circũuolet eodem quo excitauit bombo, ceu quietem capere imperans. Et hoc caſtrorũ more. Tũc repente oẽs conticeſcunt. Domos primũ plebeis exædificant, deinde regibus. [✝ Arcꝰ.]

De Fucis. Cap.xi.

SI ſperatur largior ꝓuentꝰ, adiiciunť cõtubernia & fucis. Hæ cellarũ minimæ ſed ipi maiores apibus. Sunt autem fuci ſine aculeo uelut imperfectæ apes, nouiſſimeq́ a feſſis & iam emeritis inchoatæ, ſerotinus fœtus, & quaſi ſeruitia uerarum apum. Quãobrem imperãt iis, primoſq́ in opera expellunt, tardantes ſine clementia puniunt. Neq́ in opere tantũ, ſed in fœtu adiuuãt eas multũ ad calorẽ cõferẽte turba. Certe quo maiorũ fuerit multitudo, eo maior fiet examinũ ꝓuentus. Cũ mella cœperint matureſcere, abigunt eos. Multæ ſingulos aggreſſæ trucidãt. Nec id genus niſi uere cõſpiciť. Fucus adẽptis alis in alueũ traiectus ipe cæteris adimit. Regias ĩpatoribꝰ futuris ĩ una pte aluei extruũt amplas, magnificas, ſepatas, tuberculo eminẽtes. Quod ſi exprimať non gignunť ſoboles. Sexangulæ oẽs cellæ a ſingulorũ eæ pedũ opere. Nihil horũ ſtatuto tẽpore, ſed rapiunt diebus ſerenis munia. Et melle uno alteroue ad ſũmũ die cellas replent.

Quæ natura mellis. Cap.xii.

COrtex e fago, tilia, abiete, picea, in magno uſu agreſtū. Vaſa corbeſq̧ ac pateutiora q̄dam meſſibꝰ cōuehendis uindemiiſq̧ faciūt, atq̧ ꝑtexta tugurioꝝ. Scribit in recēti ad duces explorator incidēs lr̃as a ſucco. Necnō in quodam uſu ſacroꝝ religioſus eſt fagi cortex. Sed nō durat arbor ipſa.

De ſcādulis, & pinu, pinaſtro, abiete, piceaq̧, larice, tæda, taxo. Cap. xi.

SCandulæ robore aptiſſimę, mox e glādiferis aliis, fagoq̧, facillimæ ex oibꝰ q̄ reſinā ferūt, ſed minime durāt, ꝑterq̄ e pino. Scādula cōtectā fuiſſe Romam uſq̧ ad bellum Pyrrhi annis quadringētis. lxx. Cornelius Nepos auctor eſt. Syluaꝝ certe diſtinguebat̃ inſignibus. Fagus Italo Ioui etiam nunc eſt, ubi lucus fageus fuit, portaq̧ querculana colle, in quem nimia petebantur, totq̧ lucis quibuſdā & geminis. Qu. Hortēſius dictator, cū plebs ſeceſſiſſet in ianiculū legem in æſculeto tulit, ut ea quod iuſſiſſet om̄es q̄rites tenerent̃. Peregrinæ tūc uidebant̃, qm̄ nō erāt ſuburbanæ pinus atq̧ abies. Om̄eſq̧ quæ picē gignūt, de qbꝰ nūc dicemus. Simul ut tota condiendi uina origo cognoſcat̃. Quæ ferūt ĩ Aſia, aut oriēte e ꝑdictis picem. In Europa ſex genera cognatarū arboꝝ reſinā ferunt. Ex iis pinus atq̧ pinaſter foliū habēt capillamēti modo, ꝑtenueq̧ longūq̧ & mucrone aculeatū, Pinus fert minimū reſinæ, iterdū ex nucibus ĩpis, de qbus dictū eſt Vix ut aſcribat̃ generi. Pinaſter nihil aliud eſt q̄ pinus ſylueſtris, mira altitudie, & a medio ramoſa, ſicut pinus in uertice. Copioſiorē dat hæc reſinā, quo dicemus mō. Gignit̃ & in planis. Eaſdeꝫ arbores alio noīe eē ꝑ orā Italiæ, q̄s *ſtibulas uocāt̃, ut plęriq̧ arbitrāt̃, ſꝫ graciles, ſuccinctioreſq̧ & enodes liburnicaꝝ ad uſus, pene reſina. *Strobilos Picea mōtes amat, atq̧ frigora, feralis arbor, & funebri indicio ad fores poſita, ac rogis uirēs. Iam tñ & in domo recepta, tōſili facilitate. Hæc plurimam reſinā fundit. iteruenīēte cādida gēma tā ſil̃i thuri, ut mixta uiſu diſcerni nō q̄at, & īde fraꝰ ſeplaſię, Oibꝰ his generibꝰ folia breui ſeta & craſſiore, duraq̧ ceu cuꝑſſis. Piceæ rami pene ſtatiꝫ ab radice modici, uelut brachia lateribꝰ inhærēt. Sil̃r abieti expetitæ nauigiis. Situs in excelſo mōtiū. ceu maria fugerit, nec forma alia. Materies uero ꝓcipua trabibꝰ, & plurimis uitę opibꝰ. Reſina ei uitiū. Vnde fructus unꝰ piceæ, exiguūq̧ ſudat, aliq̄ñ cōtactu ſolis. E diuerſo materies quæ abieti pulcherrima, piceæ ad fiſſiles ſcādulas, cupaſq̧ & pauca alia ſecamēta. Quinto generi ſitus idē, eadē faciē, larix uocat̃, materia ꝑſtātior longe, incorupta uis humori cōtumax, rubens ꝑterea, & odore acrior. Pluſculū huic erūpit liquoris, melleo colore, atq̧ lētiore, nūq̄ duraſcētis. Sextū genꝰ eſt tæda ꝓprie dicta, abūdātior ſucco q̄ reliq̄, parcior, liq̄diorq̧ q̄ picea. Flammis ac lumini ſacrorū etiā grata. Hāc mares dūtaxat ferūt, & eam quā græci Sycen uocant odoris grauiſſimi. Laricis morbꝰ eſt, ut tæda fiat. Oīa aūt hæc gñ̄a accēſa fuligina īmodica carbonē repēte expuūt, cū erumpēte crepitu, eiaculant̃q̧ longe, excepta larice, q̄ nec ardet, nec carbonē facit, nec alio mō ignis ui cōſumit̃, q̄ lapides. Oīa uero ea ꝑpetuo uirēt, nec facile diſcernūt̃ ĩ frōde ēt a pitis, tāta nataliū mixtura eſt. Sed picea minꝰ alta q̄ larix. Illa craſſior leuiorq̧ cortice, folio uilloſior, pīguior, & dēſior, meliorq̧ flexu. At piceæ rariora, ſiccioraq̧ folia & tenuiora, ac magis algētia +Tota horridior ē, & ꝑfuſa reſina. +Rota. Lignū uero abieti ſil̃iꝰ. Larix uſtis radicibꝰ nō repullulat, picea repullulat, ut in Leſbo accidit icēſo nēore pyrrheo. Alia etiānū gñ̄ibꝰ ĩpis in ſexu drñ̄ia. Mas breuior & durior, fœmimina ꝓcęrior. Pinguioribꝰ foliis & ſimplicibꝰ, atq̧ nō rigētibꝰ. Lignū maribꝰ durū, & ĩ fabrili ope cōtortū, fœmīæ molliꝰ. publico diſcrimīe ĩ ſecuribꝰ. Eæ ĩ quocūq̧ in genere depḣēdūt marē, q̄ppe reſpuunt̃, & fragoſiꝰ ſidūt, ægriꝰ reuellunt̃. Ipaq̧ materies retorrida & nigrior maribꝰ radix. Circa Idā in Troade, & alia differētia eſt montaneæ maritimæq̧, Nāq̧ in Macedonia & Arcadia circa Elin ꝑmutāt noīa. Nec cōſtat auctoribꝰ, qđ cuiq̧ generi attribuāt, nos iſta romano diſcernimꝰ iudicio. Abies e cūctis ampliſſima eſt, & fœmīa ēt ꝓlixior. Materia mollior, utiliorq̧, arbor rotūdior, folio pīnato, dēſa, ut hymbres ñ trāſmittat, at hilarior ĩtuitu. E ramis generum hoꝝ pāniculariū mō nucamēta ſquāmatī cōpacta depēdēt, ꝑterq̄ larici. Hę quoq̧ abietes maſculæ prima in ꝑte nucleos habēt, nō itē fœminæ, Piceæ uero totis pāniculis minoribꝰ, gracilioribuſq̧ minimos ac nigros. Propter qđ græci phthiphorono eam appellāt. In eadē nucam̄ta compꝑſſiora maribus ſunt, ac minꝰ reſina roſcida. Sil̃is his etiānum aſpectu eſt, ne q̄d ꝑtereat̃ taxꝰ, mi-

nus uirés,gracilíſq; & triſtis,ac dira,nullo ſucco,ex oĩb⁹ ſola baccifera.Mas noxio fructu.Lœtale q̃ppe baccis í Hiſpania p̃cipue uenenũ ineſt.Vaſa ẽt uiatoria ex ea uinis í Gallia facta mortifera fuiſſe cõpertũ eſt.Hanc Seſtius ſmilacẽ a græcis uocari dixit. Et eſſe in Arcadia tam p̃ſentis ueneni,ut ſi qui dormiãt ſub ea,cibũue capiãt,moriant̃.Sũt qui & taxica hinc appellata dicũt uenena,quæ nunc toxica diximus.quibus ſagittæ tinguntur. Repertum innoxiam fieri, ſi in ipſam arborem clauus æreus addicatur.

Quibus modis fiant genera picis,& quomodo fiat cædriũ,& de ſpiſſa pice quomodo fiat,& quibus modis reſina coquatur. Cap.xii.

+Terra

PIx liquida in Europa e tæda coquit̃ naualibus muniẽdis,multoſq; ad alios uſus. Lignũ ei⁹ cõciſum furnis undiq; igni extra circũdato + ferro,ut prim⁹ ſudor aq̃ modo fluat in canali. Hoc in Syria cedriũ uocat̃,cui tanta uis eſt,ut in ægypto corpa hoĩu3 defunctoꝝ eo pfuſa ſeruent̃.Sequẽs liquor craſſior iam picẽ fundit.Hæc ruſus í cortinas æreas cõfecta aceto ſpiſſatur,& coagulata brutiæ cognomẽ accepit,doliis dũtaxat uaſiſq; cæteris utilis,lẽtore ab alia pice differẽs.Itẽ colore rutilãte,& q̃ pĩguior eſt.E tæda oĩa illa fiũt.E picea reſina feruẽtib⁹ ✤ coacta lapidib⁹ í alueis ualidi roboris,aut ſi alueí nõ ſint ſtruis cõgerie uelut í carbonis uſu.Hæc í uinũ addit̃,farinæ modo tuſa,nigrior colore.Eadẽ reſina ſi cũ aq̃ leui⁹ decoquat̃,coleturq;,ruffo colore lẽteſcit,ac ſtillaticia uocat̃.Seponunt̃ aũt in id ſere uitia reſinæ corticiſq;.Alia tẽperies ad crapulã,Nãq; flos crud⁹ reſinæ cũ mĩta haſtula tenui breuiq; auulſus cõcidit̃ ad cribrum minuta,deinde ferueri aq̃ donec coquat̃ pfundit̃.Huius exp̃ſſum pingue p̃cipua reſina fit,atq; rara,nec niſi paucis in locis ſubalpinæ Italiæ conueniẽs medicis.Reſinæ albæ congiũ in duobus aquæ pluuiꝫ coquũt.Alii utilius putãt ſine aq̃ coquere lento igne tota die,utriq; uaſe æris albi. Item terebinthinam in ſartagine referuenti,hanc cæteris præferentes.Proxima ex lentiſco.

✤ Cocta.

De zæopiſſa & ſapio,& quarum arborum materia in precio, Cap.xiii.

NOn omittẽdũ apud eoſdẽ zopiſſam uocari deraſam nauibus maritimis picẽ cũ cera nihil nõ experiente uita,mĩto efficaciorẽ ad oĩa q̃bus pices reſinæq; p̃ſunt,uidelicet adiecto ſalis callo.Aperitur picea e parte ſolari nõ plaga,ſed uulner̃ ablati corticis,cũ plurimũ bipedali hiatu,ut a terra cubito cũ minimũ abſit.Nec corpi ipſi parcit̃,ut in cęteris,q̃m haſtula í fructu eſt.Verũ hæc terræ p̃xia laudat̃,Altior amaritudinẽ affert. Poſtea humor oĩs e tota confluit in ulcus.Itẽ tæda.Cũ id manare deſiit,ſiſi modo ex alia pte aperit̃,ac deinde alia. Poſtea tota arbor ſuccidit̃,& medulla eius urit̃.Sic & in Syria terebintho detrahũt cortices.Ibi q̃dẽ & e ramis ac radicibus cũ reſina damnet̃ ex ptibus,in Macedonia laricem maſculã urũt,fœminæ radices tantũ, Theopõpus ſcripſit in appolloniataꝝ agro picẽ foſſilẽ nõ deteriorẽ macedonica inueniri.Pix optima ubiq; ex apricis aq̃lonis ſitu.Ex opacis horridior,uiruſq; p̃ferens. Frigida hyeme deterior,ac min⁹ copioſa & decolor.Quidã arbitrãtur in mõtoſis copia p̃ſtãtiorẽ fieri ac colorationẽ, & dulciorẽ quoq; & gratiorẽ dũ reſina fit.Decoctã aũt min⁹ picis redder̃,q̃m in ſerũ abeat,tenuioreſq; eſſe ipſas arbores q̃ in planis.Sed has & illas ſerenitate ſteriliores.Fructũ q̃dã p̃ximo anno ab ictu largiunt̃.Aliæ ſecũdo.Quædã tertio.Explet̃ aũt plaga reſina,nõ cortice,nec cicatrice, q̃ í hac arbor̃ nõ coit.Inter hæc gñã p̃priũ q̃dã fecere ſapiũ,q̃m ex cognatõe eaꝝ ſerit̃.Qualis dicta ẽ nucleis.Eiuſq; arboris imas partes tædas uocãt,cũ ſit illa arbor nil aliud q̃ picea feritatis paulũ mitigatæ ſatu.Sapiũ autẽ materie cæſa regeneratãq; fit,ſicuti docebimus.

De fraxino,genera eius quattuor. Cap.xiiii.

MAteriæ eñ cauſa reliq̃s arbores natura genuit copioſiſſimãq; fraxinũ.Procæra hæc,ac teres pẽnata & ipſa folio.Multũq; Homeri p̃conio,& Achillis haſta nobilitata.Materies eſt ad pluria utilis.Ea q̃dem quę fit in Ida troadis in tãrũ cetro ſimilis, ut emẽtes fallat cortice ablato.Gręci duo gñã eius fecere.Lõgã,enodẽ.Alterã breuẽ duriorẽ, fuſcioreq; laureis foliis. Bumeliã uocãt in Macedonia ampliſſimam lentiſſimãq;.Alii ſitu diuiſere. Campeſtrem enim eſſe criſpã,mõtanã,ſpiſſam.Folia eaꝝ iumẽtis mortifera.Cęteris ruminantiũ innocua gręci prodidere.In Italia nec iumẽtis nocet.Cõtra ſerpẽtes uero ſucco exp̃ſſo ad potũ, & ĩpoſita ulcerib⁹ opifera,ac nihil,ęque repit̃.Tãtaq; eſt uis,ut ne maturinas q̃dẽ,occidẽteſue umbras. q̃uis ſint longiſſimæ,ſerpẽs arboris eius attingat,adeo ipam p̃cul fugat.Experta p̃dimus.Si fronde ea gyro claudatur ignis & ſerpens,in ignes potius q̃ in fraxinũ fugere ſerpentẽ.Mira naturæ benignitas priuſq̃ hę prodeant florere fraxinum,nec ante conditas folia dimittere.

De tilia

De Tilia,genera duo. Cap.xv.

IN tilia mas & fœmina differũt om̃i modo.Nãq; & materies maris dura,ruffiorq; ac nodoſa,& odoratior.Cortex quoq; craſſior,ac detractus inflexibilis.Nec ſemẽ ferr aut florẽ,ut fœmina,q̃ craſſior arbore,materia cãdida p̃cellẽſq; eſt.Mirũ in hac arbore fructũ a nullo aĩaliũ attingi,folioꝝ corticiſq; ſucciũ dulcẽ eſſe,Inter corticẽ & lignum tenues tunicas multiplici mẽbrana,e quibus uinculа tiliæ uocanꝭ.Tenuiſſimũ ✠coꝝ philyrę coronaꝝ lẽniſcis celebres,antiquorumq; honore.Materies teredinem non ſentit procæritate perq̃ modica,uerum utilis. ✠Coriũ.

De aceris genera.x. Cap.xvi.

ACer eiuſdẽ fere amplitudis,operũ elegantia,ac ſubrilitate citro ſecũdũ.Plura eius genera.Albũ quod p̃cipui candoris uocaꝭ gallicũ in tranſpadana Italia,tranſq; alpes naſcens.Alterũ genus criſpo maculaꝝ diſcurſu,q cũ excellẽtior fuit,a ſilitudine caudæ pauonum nomẽ accepit.In Iſtria Rhetiaq; p̃cipuũ.E uiliori genere craſſiueniũ uocaꝭ.Gręci ſitu diſcernũt.Cãpeſtre eñ cãdidũ eẽ,nec criſpũ,qđ glinon uocãt.Montanũ uero criſpius duriuſq; etiãnum e maſcula criſpius ad lautiora opa.Tertiũ genꝰ zigiã rubentem fiſſili ligno,cortice liuido,& ſcabro.Hoc alii proprii generis eſſe malunt.Et latine carpinum appellant.

De bruſco,molluſco,& ſtaphylodendro,& buxo genera tria. Cap.xvii.

PVlcherrimũ uero eſt bruſcũ,multoq; excellẽtius etiãnum molluſcũ.Tuber utrũq; arboris eius.Sed bruſcum intortius criſpũ.Molluſcũ ſimplicius ſparſum. Et ſi magnitudinẽ menſarũ caperet,haud dubie præferreꝭ citro.Nunc intra pugillares lectorũq; ſilicios aut lamias raro uſu ſpectaꝭ.E bruſco fiũt & mẽſæ nigreſcẽtes.Reperiꝭ & in alno tuber,tãto deterius,quãto ab acere alnus ip̃a diſtat.Aceris mares priꝰ florẽt.Etiãnũ in ſiccis natæ præferunꝭ aquaticis,ſicut & fraxini.Eſt & trans alpes arbor ſimillima aceri albo ĩ materia quæ uocaꝭ ſtaphylodẽdrõ.Fert ſiliq̃s & in iis nucleos ſapore nucis auellanę.In primis uero materies honorata buxo ẽ rara criſpãti,nec niſi radice,cætero lenis quies materia ſilẽti,& quadã duricia ac pallore cõmẽdabilis.In ip̃a uero arbore topiario ope.Tria eiꝰ gñа gallicũ qđ in metas emittiꝭ,amplitudieq; p̃cęrior ẽ.Oleaſtrũ in oĩ uſu dãnatũ fert graũe odorẽ.Tertiũ genꝰ noſtratis uocãt.Sylueſtre ut credo mitigatũ ſatu,diffuſius,& denſitate parietũ uirens ſp,ac tonſile.Buxus pyreneis,ac citoro montibus plurima,ac berecynthio tractu.Craſſiſſima in Corſica florẽ nõn ferẽdo. Quæ cã amaritudinis mellis.Semen illius cũctis aĩantibꝰ inuiſum.Hæc in olympo Macedoniæ gracilior,ſed breuis , Amat frigida,aprica.In igne quoq; duricia,quæ ferro nec flamma nec carbone utilis.

De Vlmo,genera quattuor. Cap.xviii.

INter has atq; frugiferas materiæ uitiũq; amicitia accipiꝭ ulmus.Græci duo eius gñа nouere Monroſam,quæ ſit amplior.Campeſtrẽ,quæ fruticoſa.Italia attineas uocat excelſiſſimas , & ex iis ſiccanas illis præfert,quæ non ſunt riguæ.Alteꝝ genꝰ gallicas.Tertiũ noſtrates,dẽſiore folio,& ab eodẽ pediculo numeroſiore.At quartũ ſylueſtre.Inter quas attineę nõ ferunt Samara,ita uero uocatur ulmi ſemen.Omneſq; e radicum plantis p̃ueniunt.Reliquæ ſemine.

De arborum natura per ſitus. Cap.xix.

NVnc celeberrimis arboꝝ dictis,q̃dã in uniuerſum de cũctis indicãda ſunt.Mõtes amãs cedrus,larix,tæda,& cæteræ e q̃bus reſina gigniꝭ.Itẽ aq̃folia,buxus,ilex,iuniperus , terebinthus,ppl̃s,ornus,cornꝰ,carpinꝰ.Eſt & in apẽnino frutex qui uocaꝭ cotinus,ad liniamẽta,modo cõchylii colore ĩſignis.Mõtes & ualles diligit abies,robur,caſtaneæ,tilia,ilex, cornus. Aquoſis mõtibus gaudẽt acer,fraxinus,ſorbꝰ,tilia,ceraſus.Nõ temere in mõtibꝰ uiſæ ſunt prunꝰ,punicæ,oleaſtri,iuglãs,morus,ſambuci.Deſcẽdũt etiã in plana,cornus,corylus,quercus,ornus,acer,fraxinus,fagus,carpinus.Subeũt & in mõtoſa ulmus,malus,pynus,laurus,myrtus.Sãguinei frutices ilex,tingẽdiſq; ueſtibꝰ naſcẽtes geniſtę.Gaudet frigidis ſorbꝰ,& magis ẽt berulla . Gallica hæc arbor mirabili candore,atq; tenuitate terribilis magiſtratuũ uirgis. Eadẽ circlis flexibilꝭ,itẽ corbiũ ſportis.Bitumẽ ex ea galliæ excoquũt.In eoſdẽ ſitus comitaꝭ & ſpina nuptiaꝝ facibꝰ auſpicatiſſima,q̃m inde fecerit paſtores q rapuerũt ſabinas,ut auctor eſt Maſuriꝰ.Nunc facibus carpinꝰ & corylus familiariſſimæ.Aq̃s odere cup̃ſſi,ſuglãdes,caſtaneæ,laburnum.Alpina & hæc arbor,nec uulgo nota.Dura ac cãdida materie,cuiꝰ florẽ cubitalẽ lõgitudine apes nõ attingunt.Odit & q̃ appellaꝭ Iouis barba ĩ ope topiario tõſilis,& in rotunditatẽ ſpiſſa,argẽteo folio. Nõ niſi ĩ aquoſis p̃ueniũt ſalices,alni,ppl̃i,ſiler.Liguſtra teſſeris utiliſſima.Itẽ uacinia Italię ĩ aucupiis ſata

Galliæ uero etiá purpurea tingẽdi cauſa ad ſeruoꝝ ueſtes. Quæcũq; cõia ſunt mõtibus, planiſq; maiora fiunt, aſpectuq; pulchriora. Quæ in cápeſtribus meliora materie. Criſpiora quæ in mõtibus, exceptis malis, pyriſq;.

Diuiſiu generum. Cap. xx.

PRæterea arborũ aliis decidũt folia, aliæ ſempiterna coma uireut. Quam differẽtiá neceſſe eſt antecedat prior. Sũt enim arborum quædam oino ſyluestres, quædam urbauiores, quas his placet nominibus diſtinguere. Ergo mites quæ fructu, aut aliqua dote umbrarũue officia humanius iuuant, non improbe dicantur urbanæ.

Quibus folia non decidant, & de Rhododendro. Cap. xxi.

HArũ generi nõ decidũt, oleç, lauro, palmæ, myrto cupſſo, piuis, hederæ, rhododendro. Et q̃uis herba dicatur ſabina rhododendron, ut noía apparet, a græcis uenit. Alii Neriou uocarũt, alii rhododaphnen, ſempiternũ frõde roſæ ſimilitudiue caulibus fruticoſum. Iumẽtis capriſq; & ouibus uenenum eſt. Idem homini contra ſerpentium uenena remedio.

Item quibus folia non decidunt, & quibus non omnia folia cadant, & quibus locis nullæ arborum. Cap. xxii.

SYlueſtriũ generis folia nõ decidũt, abieti, larici, pinaſtro, iunipero, cædro, terebintho, buxo, ilici, aquifolio, ſuberi, taxo, tamarici. Inter utraq; gña ſunt adrachne in græcia, & ubiq; unedo. Reliq̃. n. folia decidũt his, ꝑterq̃ in cacuminibus. Nõ decidũt auté, & in fruticũ genere q̃buſdá rubo & calamo. In thurino agro, ubi urbs Sybaris fuit, ex ipſa urbe proſpiciebatur quercꝰ una, nunq̃ folia dimittẽs, nec ante mediá æſtaté germinás. Idq; mirũ eſt græcis auctoribus proditũ. Apud nos poſtea ſileri. Nam locorũ tanta uis eſt, ut circa Memphim ægypti, & in elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne uitibus quidem.

De natura folioꝝ cadentiũ, & quibus folioꝝ uarii colores. Cap. xxiii.

CAeteræ oẽs extra ꝑdictas (etem nũerare longũ eſt) folia deperdũt. Obſeruatũq; non areſcere, niſi tenuia, & lata, & mollia. Quæ uero nõ decidant callo, craſſa & auguſta eſſe. Falſa definitio eſt non decidere his q̃rũ ſuccꝰ pinguior ſit. Quis. n. põt in ilice itelligere? Decidere Timæus mathematicus ſole ſcorpionẽ tráſeũte ſyderis ui, ut quodá ueneno aeris putat. Cur ego nõ eadẽ cá aduerſum oẽs polleat, iure miremur. Cadũt plurimis autũno. Quædá tardiꝰ amittũt, atq; in hyemes progát moras. Nec itereſt maturius germinaſſe, utpote cũ quædá primæ germinent, & iter nouiſſimas nudent. Vt amygdala, fraxini, ſambuci. Morus aũt nouiſſime germinat. & cũ primis folia dimittit. Magna & in hoc uis ſoli. Priꝰ decidũt in ſiccis macriſq;, & uetuſtæ priꝰ arbori. Multis etiá anteq̃ matureſcat fructꝰ. In ſerotina ficu, & hyberna pyro, & malo granato eſt pomũ tm̃ aſpici in matre. Neq; his aũt q̃ ſp retinẽt comas, eadẽ folia durant, ſed ſubnaſcentibus aliis tũc areſcũt uetera. Quod euenit circa ſolſtitiũ. Maxime folioꝝ unitas in ſuo cuiq; gñe ꝑmanet, præterq̃ populo, hederæ, crotoni, quam & ricinum diximus uocari.

De populo tria genera, & quoꝝ folioꝝ figura mutetur. Cap. xxiiii.

POpuli tria gña, alba & nigra, & quę libyca appellat, minima folio ac nigerria, fungiſq; enaſcentibus laudatiſſima. Alba folio bicolor, ſupne cádicans, inferiore pte uiridi. Huic nigræ quæ & crotoni folia in iuuẽta circinnatæ rotũditatis ſunt. Vetuſtiora iu angulos exeũt. Et cõtrario hederæ anguloſa rotundant. Populoꝝ foliis grádiſſima lanugo: Euolat cádidę. Tradita folio nũeroſiore cádida, & ut uilli. Folia granatis & amygdalis rubentia. Mirũ in primis id q̃d ulmo, tiliæq;, & oleæ, populo albę, & ſalici euenit. Circũaguntꝰ em̃ folia eaꝝ poſt ſolſtitiũ. Nec alio argumento certius intelligitur ſydus confectum.

Quæ folia uerſent oibꝰ ánis, q̃ folioꝝ ex eiꝰ palmis cura & uſus, & folioꝝ mirabilia. Ca. xxv.

ESt & publica oium folioꝝ differẽtia. In ipis náq; ps īferior a terra herbido uiret colore. Ab eadẽ leuiora. Neruos callũq; & articulos ĩ ſupiore habẽt pte. Inciſuras uero ſubter, ut manꝰ humana. Oleæ ſuperne cádidiora, & minus leuia. Iré hederæ. Sed oium folia quottidie ad ſolẽ oſcitát, interiores ptes repeſieri uolẽtia. Supior pars oium lanuginẽ quantulũcũq; habet, quæ in aliis gẽnũ lana eſt. In oriẽte funes ualidos e palmæ foliis fieri dictũ eſt, eoſq; in humore utiliores eſſe. Et apud nos ueræ palmæ e matre integre decerpunt. Meliores em̃ ſũt quæ nõ diuiſæ fuerint. Siccant ſub tecto q̃ternis diebꝰ. Mox in ſole expáduut. Et noctibꝰ relictæ donec cádore inareſcát, poſtea in opera diuidunt. Latiſſima folia ſunt fico, uiti, platano. Anguſta myrto, punicæ, oleæ. Capillata pino, cædro. Aculeata aq̃folio & ilicũ generi. Nam iunipero ſpina ꝓ folio eſt. Carnoſa cupreſſo

noſa cupreſſo, tamarici. Craſſiſſima alno. Lōga arūdini ♣ ſalici. Palmæ ēt duplicia. Circinata pyro. Mucronata malo. Angulosa hederę. Diuiſa platano. Inſecta pectinū mō piceæ, abieti. Sinuoſa toto ambitu robori. Spinoſa cute rubo. Mordacia ſūt qbuſdā, ut urticis. Pūgētia pino, picee, abieti, larici, cædro aqfoliis. Pediculo breui oleæ, & ilici. Lōgo uitibus. Tremulo ppl'is. Et iiſdē folis inter ſe crepitātia. Iā & in pomo ipo mali quodā in genere parua mediis emicāt folia. Interim & gemina. Præterea aliis circa ramos, aliis in cacumie ramoꝝ. Robori & in ipo caudice iā denſa, ac rara, ſpqꝫ lata rarioraqꝫ. Diſpoſita myrto. Cōcaua buxo. Inordiata pomis. Plā eodē pediculo excūtia malis pyriſqꝫ. Ramuloſa ulmo, & cytiſo. Quib⁹ adiicit Cato decidua á populo, quernaqꝫ aialibus, iubēs dari nō perarida. Bubus quidē & ficulnea, ilignaqꝫ & hederatia. Dant & ex harundine ac lauro, Decidunt ſorbo uniuerſa. Cæteris paulatim. Et de foliis hactenus.

♣ Coici

De ordine naturæ in ſatis, & de flōre arborum, & conceptu, & germinatione, & partu, & quo ordine floreant. Cap. xxvi.

ORdo aūt naturę annuus ita ſe habet. Primus eſt cōceptus flare incipiēte uēto fauonio. Ex inde fere. vi. Idus Febrū. Hoc enī maritant uiuēſcētia e terra. Cū etiā æque in Hiſpania ut diximus. Hic eſt genitalis ſpūs mūdi a fouēdo dictus, ut ut qdā exiſtimauere. Flat ab occaſu æqnoctiali uer inchoās, cathlitionē ruſtici uocāt, geſtiēte natura ſemina accipe, ea aiam iferēte oīb⁹ ſatis. Cōcipiūt uariis dieb⁹, & p ſua qꝫ natura. Alia prinus ut aialia. Tardi⁹ aliq̄ & diuriꝰ grauida pt⁹ gerūt. Quod germinatio ideo uocat. Pariūt uero cū florēt, floſqꝫ ille ruptis cōſtat utriculis. Sed educatio in pomo eſt. Hoc & germinatio arboꝝ. Flos eſt pleni ueris indiciū, & āni renaſcētis. Flos gaudiū arboꝝ. Tūc ſe nouas aliaſqꝫ q̄ ſunt oſtēdūt. Tūc uariis coloꝝ picturis in certamē uſqꝫ luxuriāt. Sed hoc negatū plæriſqꝫ. Nā nec oēs florēt, ſed ſūt triſtes qdam qꝫ nō ſentiāt gaudia annoꝝ. Nam neqꝫ ilex picea larix pin⁹ ullo flore exhilarant, nataleſue pomoꝝ recurſus ānuos uerſicolori nūcio pmittūt. Nec fici atqꝫ caprifici. Protin⁹. n. fructū flores gignūt, i ficis mirabiles ſunt & abortus, q nunq̄ matureſcūt, nec iuniperi florēt. Quidā eaꝝ duo gña tradunt. Alterā florere nec ferre. Quæ uero nō floreat ferre ptin⁹ baccis ſubnaſcētib⁹ quę bienio hæreāt. Sed id falſū, oībuſqꝫ iis dura facies ſp. Sic & hoiuꝫ multis fortūa ſine flore eſt. Oēs aūt germināt, etiā quæ nō florēt. Magna & locoꝝ differētia. Quippe cū ex eodē gñe q̄ ſunt in paluſtrib⁹ priora germinēt, mox cāpeſtria, nouiſſima in ſyluis. Per ſe aūt tardius pyri ſylueſtres q̄ cætera. Prīo fauonio germiat corn⁹. Proxie laurus. Pauloqꝫ añ æqnoctiū tilia, acer. Inter prias uero ppl's, ulmus, ſalix, aln⁹, nuces. Feſtinat & platan⁹. Cæteræ uere cōcepto aqfoliū, terebinthus, paliurus, caſtanea, glādes. Serotino aūt germine malus tardiſſim⁹ ſuber. Quibuſdā geminat germinatio, nimia ſoli ubertate, aut inuitātis cœli uoluptate, qd' magis i herbis ſegetū euenit. In arborib⁹ tñ nimia germinatio elaſſeſcit. Sūt aliæ naturales qdē quibuſdā germinatiōes, paritérqꝫ uernæ, quæ ſuis conſtāt ſyderib⁹, quarū ratio aptius reddet ab hoc tertio uolumie. Hyberna aquilæ exortu. Aeſtiua canis ortu. Tertia arcturi. Has duas qdē oīb⁹ arborib⁹ cōes putant. Sentiri autē maxime in fico uite punicis cām afferētes, qm̄ in Theſſalia, Macedoniaqꝫ plurima tunc ficus exeat. Maxie. tñ in ægypto appet hæc rō. Et reliquæ qdem arbores ut primū cœpere cōtinuāt germinationem. Robur, & abies, & larix intermittūt tripṫito, ac terna germia edūt. Ideo & iter ſquamas corticē ſpargūt. Quod oīb⁹ arborib⁹ in germinatiōe euenit, qm̄ prægnantiū rūpit cortex. Eſt autem prima earū incipiēte uere circiter. xv. dieb⁹, iteꝝ germināt trāſeūte geminos ſole. Sic fit ut dū pria cacumina ſpellunt, ſe cutis apetiat geniculato icremēto. Tertia eſt earūdē ad ſolſtitiū breuiſſima, nec diuti⁹ ſeptēnis dieb⁹. Clareqꝫ & tūc cernit excreſcētiū cacuminū, articulatio uitis ſola bis parturit, cū primū emittit uuā, iteꝝ cū digerit. Eoꝝ quæ nō florēt ptus tm̄ cū & maturitas. Quædā ſtatim in germinatiōe florēt, pperātqꝫ in eo, ſed matureſcūt tarde, ut uites. Serotino qdā germinatu florēt, maturātqꝫ celeriter, ut morus, q̄ nouiſſima urbanarū germiat, nec niſi exacto frigore, ob id dicta ſapiētiſſima arboꝝ. Sed cū cœperit tm̄ uniuerſa germiatio erūpit, ut una nocte peragat etiā cū ſtrepitu. Ex his q̄ hyeme aqla exoriēte (ut dixim⁹) cōcipiūt, floret pria oiuꝫ amygdala mēſe Ianuario. Martio uero poma matura. Ab ea pxie florēt armeniaca, dein tuberes, & pcoces. Illę peregrinæ, hæ coactæ. Ordie aūt naturæ ſylueſtriū priæ Sābucus, cui medulla pluria, & cui nulla cornus maſcula. Vrbanaꝝ malus, puoqꝫ poſt, ut ſil' uideri pyrus, & ceraſus, & prunus. Sequitur laurus illāqꝫ cupreſſus. Deinde punica fici. At uites & oleæ florētibus iam iis germināt. Concipiunt uergiliarū exortu. Hoc ſydus illaꝝ eſt. Floret aūt ſolſtitio uitis, & quæ paulo ſeri⁹ icipit olea

Defloreſcũt oĩa ſeptenis diebꝰ,nõ celerius,qoædá tardiꝰ,ſed nulla pluribꝰ bis ſeptenis. Oĩa & intra.viii.Iulii idus.Eteſiatum præcurſu.Nec ſtatim fructus ſequitur in aliquibus.

De Corno,& quo tẽpore quæq; ferant,& quæ fructũ nõ feraot,& quæ infœlices exiſtimãt. & quæ facillime fructũ perdũt,& quibꝰ fructus anteq̃ folium naſcant. Cap.xxvii.

COrnus eñ circa ſolſtitia reddit prĩo candidũ,poſtea ſangoincum. Ex eo gñe fœmina poſt autũnũ fert baccas acerbas,& inguſtabiles cõctis aĩantibꝰ.Ligno quoq; fungoſa & inutilis.Cũ mas e fortiſſimis ſit in tãta differentia ab eodẽ gñe.Et terebinthus meſſibos reddit ſemẽ,& acer,& fraxinꝰ,nuces,& mala,& pyra,p̃terq̃ hyberoa,aut p̃cocia.Autũno glãdiferę.Seriꝰ etiãnũ uergiliaꝝ occaſu.Aeſculus tãtũ autũno.Incipiẽte aũt hyeme quædá genera mali,pyriq;,& ſuber.Abies,flores,croci colore circa ſolſtitiũ.Semẽ uero reddit poſt uergiliaꝝ occaſom,Pinꝰ aũt & picea p̃ueniũt germinatione.xv.fere diebꝰ.Semẽ uero poſt uergilias & ipæ reddũt. Cædri & iuniperus,& ilex annuæ fere habent,nouuſq; fructus in iis cũ autũno pendet.In maxima tñ admiratione pinus eſt.Habet fructũ matureſcentẽ.Habet p̃ximo aono ad maturitatẽ oẽturũ,ac deinde tertio.Nec ulla arbor auidius ſe p̃mittit.Quo mẽſe ex ea nux decerpit,eodẽ matureſcit alia. Et ſic diſpẽſat,ut nullo nõ mẽſe matureſcãt.Quæ ſe ĩ arbore ipa diuiſere oocaot zamię.lędũtq; cæteras,niſi detrahaot.Fructũ arboꝝ ſolę nullũ ferũt,hoc eſt,nc ſemẽ q̃dem Tamarix.Scopis tñ naſcẽs,populus alnus,ulmus attinia,alaternꝰ.cui folia inter ilicem & oliuã.Infœlices aũt exiſtimant,dãnatæ religione,quæ neq; ferunt unq̃,neq; fructũ ferũt.Cremutius auctor eſt,ounq̃ oirere arborẽ,ex q̃ Phyllis ſe ſuſpẽdetit.Quæ gũmi gignũt poſt germinationem apiunt. Gũmi uero nõ niſi fructu detracto ſpiſſat.Nouellæ arbores carẽt fructu q̃diu creſcũt. Perdunt aõt facillime ante maturitatẽ palma,ficus,amygdala,malus,pyrus.Itẽ punica quę ctiã rotibꝰ nimiis & pruinis florem amittit.Qua de cauſa inflectũt ramos eiꝰ,ne ſubrecti humorẽ iſeſtũ excipiãt, atq; cõtineaot.Pyrus & amygdala ẽt ſi nõ pluat,ſed fiat auſtrinũ cœlũ atq; oobilõ, amittũt florẽ & primos fructus,ſi cũ defloruere tales dies fuerint.Ocyſſime aũt ſalix amittit ſemẽ anteq̃ oĩo maturitatẽ ſentiat.Ob id dicta ab Homero frugiperda.Secutaq; ætas ſcelera ſuo interp̃tata eſt hãc ſentẽtiã. Quãdo ſemẽ ſalicis mulieri ſterilitatis medicamẽtũ eſſe cõſtat.Sed hoc quoq; prouidens naturã facile naſcenti & de pacto ſurculo incurioſius,ſemẽ dedit.Vna tantũ proditur ad maturitatẽ proferre ſolita,ĩ Creta inſula,ipo deſcẽſu Iouĩ ſpelũcæ toroũ,ligneũq; magoitudĩe ciceris.Fiũt uero quædá & loci uitio ĩfructooſa,ut in paro ſyloa cædua q̃ nihil fert.Perſicæ arbores in Rhodo florẽt taotũ.Fit hæc differẽtia & ex ſexu,In his eſſe mares q̃ nõ ferunt.Aliqui hoc p̃mutantes mares eſſe q̃ ferãt tradũt.Facit & denſitas ſterilitatẽ.Gignẽtiũ aũt quædá ex lateribꝰ ramorom & cacuminibꝰ ferũt,pyrus,punica,ficus, myrtus.Cætero eadẽ natura q̃ frugibus. Nãq; & in eis ſpica in cacumẽ naſcit.Legumina in lateribꝰ,Palma ſola ut dictũ eſt in ♣ſpatulis hẽt fructũ racemis propendentẽ.Reliquis ſub folio pomũ,ut p̃tegat excepta fico,cui foliũ maximũ umbroſiſſimumq;. Et ideo ſupra id pomũ ei demũ ſerius folliũ naſcit q̃ pomũ.Inſigne p̃ditur in quodã genere Ciliciæ,cypriæ,helladis ficos ſub folio,groſſos uero ſupra foliõ naſci.Ficus & p̃coces habet,q̃s Athenis prodromos uocant.In Laconico genere maximæ ſunt.

♣ſpatis

De biſeris & triferis,& que celerrime ſeneſcant,& de ætatibus earum. Cap.xxviii.

SVnt & biferæ in eiſdẽ.In Cea ĩſula caprifici triferæ ſũt.Prĩo fœto ſequẽs euocat, ſequẽti tertius.Hoc fici caprificaot.Et caprifici aũt ab aduerſis foliis naſcũt.Biferę & ĩ malis ac pyris q̃dá ſicut & p̃coces.Malus ſylueſtris bifera.Sequens eios fructus poſt arcturũ in apricis maxime.Vites q̃dẽ & triferę ſũt,quas ob id ĩſanas uocant,quoniã ĩ iis alia matureſcũt,alia turgeſcũt, alia florẽt.M.Varro auctor eſt oĩtẽ fuiſſe ſmyrnæ apud matteã triferã,& malũ in agro cõſentino. Hoc aũt euenit p̃petuo in ♣ ſaucoẽſi Africę agro, de quo pl'a al's,ea eſt ſoli fertilitas. Trifera ẽ & cupſſus.Nãq; baccæ eiꝰ colligũt mẽſe Ianoario,& maio,& ſeptẽbri,ternaſq; eaꝝ gerũt magnitudines.Eſt uero & ĩ ipis arboribꝰ etiã honuſtis peculiaris differẽtia.Sũma ſui p̃te fertilior eſt arbuſtus. Quercus ĩferiore,iuglãdes,fici,mariſcæ.Oẽs quo magis ſeneſcũt,eo maturiꝰ ferũt, & ĩ apricis locis,nec pingui terra.Sylueſtriora oĩa tardiora.Quædá ex iis oĩo nõ matoreſcũt.Itẽ quę ſubarant,aot q̃ ablaqueãt,celeriora neglectis,hæc & fertiliora.Eſt etiãnũ ętatis differẽtia.Amygdala eñ & pyrus ĩ ſenecta fertiliſſimę,ut glãdiferæ,& qooddá genꝰ ficoꝝ.Cætera eius in iuuẽta tardiuſq; maturãtes,qood notat in oĩtibꝰ maxĩe. Vetuſtioribꝰ eñ uinũ melios,nouellis copioſius. Celerrime uero ſeneſcit,& ĩ ſenecta deteriorẽ fructũ gignit malus.Nãq; & mĩora poma p̃ueniũt,

♣ Taca penſi.

& uermiculis

& nermiculis obnoxia.Quin & ĩ ipſa arbnr naſcũt.Ficꝰ ſola ex oium arborũ fœtu maturitatis cã medicat.Iam qdem ex portẽris,qm mainra ſunt pcocia pꝑoſteris.Oia aũt celerins ſeneſcũt pſœcunda.Quin & ptinus moriunt,aliq̃ cœlo fœcunditaté oém eblanditn,qd maxie uitibꝰ euenit.

De Moro. Cap.xxix.

COntra Morus tardiſſime ſeneſcit fructibus minime laborans.Tarde & ea quorrum criſpa mataries,ut acer,palma,populus.Et ſubarata ncyus ſeneſcunt.

De Syluestribus. Cap.xxx.

SYlueſtria aũt tardiſſime.Atq; in totũ nis cura fertilitaté adiicit,fertilitas ſenectá,ideoq; & p florent talia &prægerminát,atq; in totũ præcocia fiunt.Quoniá oĩs ifirmitas cœlo magis accidit.Multæ uero plura gignũt,ut diximus in gládiferis,inter q̃ laurus uuas ſuas,maxieq; ſterilis quæ non gignit aliud,obq; id a quibuſdá mas exiſtimat.Ferũt & auellanæ iulos cõpactili callo ad nihil utiles.

De buxo & faba græca,ſiue lotn. Cap.xxxi.

PLnrima uero buxꝰ.Nam & ſemé ſuũ & granũ qd cartegon uncant,& a ſeptentrione uiſcũ a meridie hiphear,e quis plura mox paulo,interdũq; pariter rex q̃ternas habent.Arbnrum quædá ſimplices,qbus a radice caudex unus & rami frequens,utnliuæ,fico,niti.Quædam fruticoſi generis,ut paliurus,myrtus.Ité nux auellana Quinio melior eſt &copioſinr fructu ĩ plures diſpſa ramos,In qbnſdá oino nullns,ut in ſuo genere buxo,lnto tráſmarinæ·Quædá bifurcæ,atq; eriá in quinas ptes diffuſæ.Quædá idiuiduæ,nec ramoſæ,ut ſambuci.Quædá indiuiduæ ramoſæ,ur piceæ.Quibuſdá ramoꝝ ordn,ſicut picec,abieti.Aliis icõdiiꝰ,ut robori,malo,pyro.Et abieti quidé ſubrecta diuiſura,ramiq; in cœlũ tendétes,nõ in latera pnni·Mirũ cacuminibꝰeoꝝ deciſis morit,totis uern detrũcatis durat.Et ſi ifra q̃ rami fuer pcidat,quod ſupeſt niuit.Si uero cacumé tantũ auferát,tota mnrit.Alia ab radice brachiata,ut ulmꝰ.Alia ĩ cacumine ráoſa,ut pinns,lotos,ſiue faba græca,qná Romç a ſuauitate fructns ſylueſtris qdé, ſed ceraſnꝝ pene natura loton appellát.Præcipueq; domibꝰ expetit ramoꝝ petulátia,breui caudice,latiſſima expatiátiũ umbra,& uicias domos ſæpe tráſilientiũ.Nulli opacitas breuior,nec aufert ſnlé hyeme decidétibus foliis.Nulli cortex incũdior,aut oclos excipiés bládiꝰ.Nulli rami longiores ualidioreſq; aut plures,ut dixiſſe totidé arbores liceat.Cnrtice pelles tingũt,radice lanas.Malis pprĩi genꝰ.Ferarum em̃ roſtra reddũr,adhærétibꝰ uni maxĩn minoribus.Ramorũ aliqui cæci,q non germinát.Quod natnra fit.ſi nõ eualuere,aut pœna cũ amputatns cicatris hebetauit,Quæ diuiduis in ramo natura eſt,hæc niti in oculn,harũdini ĩ geniculo.Oium terræ pxima craſſiora.In lõgitudiné excreſcũt abies,larix,palma,cupſſus,& ulmus.ſiqua uniſtirpia.Ramnſoꝝ ceraſus etiam ĩ,xl.cnbitnrum trabes æqnali per totnm duũm cnbitorum craſſitudine reperitur.

De ramis,& cortice,& radicibus arborum. Cap,xxxii.

QVædam ſtatim in ramos ſpargunt,ut mali.Cortex aliis tenuis,ut lauro,tiliæ.Alias craſſꝰ ut robori.Aliis læuis,nt maln,ſico.Idé ſcaber rnbori,palmæ.Oĩbns ĩ ſenecta rugoſior.Quibuſdá rũpit ſponte,ut uiti,qbuſdá ét cadit,ut malo,unedoni.Carnoſus ſuberi,poplo Mébranacens,ut uiti,harũdini.Libris ſimilis ceraſn.Multiplex tũicis,ut uitibꝰ,tiliæ,abieti.Quibuſdá ſimplex,ut ſico,harũdini.Magna & radicũ differétia.Copioſæ ſico,robnri,platáo.Breues & anguſtæ malo.Singulares abieti,larici.Singlis em̃ innitunt,q̃q̃ minimis ĩ altera diſpſis.Craſſiores lauro & inæqles.Ité nleæ,cui & ramoſæ.At arbori carnnſæ.Robora ſuas in pſundũ agunt,Si Virgilio qdem credimus,æſculus quantũ corpe eminet,tantũ radice deſcédit.Oleæ maliſq;,& cupſſis p ſuma ceſpitũ.Aliis recto meatu,ut lauro,oleæ,Aliis flexuoſo,ut fico.Minutis hæc capillamétis hirſuta,nt abies,multæq; ſylueſtriũ.E qbꝰmontani ptenuia fila decerpétes,ſpectabiles lagenas,& alia uaſa nectũt.Quidá nõ altiꝰ deſcédere radices,q̃ ſolis calor tepefaciat.Idq; natura loci tenuiores ſiue craſſior dixere,qd ſalſũ arbitror.Apud auctores certe inuenit abietis plantá,cũ tráſferret.viii.cubitoꝝ ĩ altitudie,nec totá refnſſam,ſed abruptá.Maxía ſpacio atq; plenitudie & cædri eſt.Ab ea platái,rnboris,& gládiferarũ.Quarundá radix uiuacior ſupſicie,ut lauri.Itaq; cũ trũco faruit reciſa,etiá lætiꝰ fruticar,qdá breuitate radicũ celeriꝰ ſeneſcere arbores putát.Qund cnarguũt fici,quarũ radices lõgiſſimæ,& ſenectus ncyſſima.Falſum arbitror,&qdaliqui pdidere radices arborũ uetuſtate minui.Viſa etem̃ eſt annoſa q̃rcus enerſa ui tépeſtatis,& ingerũ ſoli amplexa.Proſtratas reſtitui plærũq;,& q̃dá terræ cicatrice reuiuiſcere,uulgare eſt.Et familiariſſimũ hoc platanis,q̃ plurimũ uentoꝝ concipiũt pter denſitaté ramorũ,qbꝰ amputatis,leuatç onere

in ſua ſcrobe reponunt. Factumq; iam eſt hoc in iuglandibus oleiſq;, ac multis aliis.

De prodigioſis arboribus, & quibus modis ſponte naſcunt, & q̄ non omia ubiq; naſcant, & quæ non alibi naſcant arbores. Cap. xxxiii.

EST in exẽplis & ſine tẽpeſtate, ullaue cã alia, q̃ prodigii cecidiſſe multas, ac ſua ſponte reſurrexiſſe. Factũ hoc ppl̃i Ro. qritibus oſtentũ Cimbricis bellis nuceriæ in luco Iunonis ulmo, poſtq̃ etiã cacumen amputatũ erat, qm̃ in aram ipam ꝓcũbebat, reſtituta ſpõte, ita ut ꝓtinus floreret. A quo deinde tpe maieſtas ppl̃i Ro. reſurrexit, q̃ ante uaſtata cladibus fuerat. Memorat hoc idẽ factũ & in philippis ſalice ꝓcidua atq; detruncata. Et ſtagiris in muſæo populo alba. Oĩa fauſti hoĩs. Sed maxie mirũ antãdri platanꝰ etiã circũdolaris lateribꝰ reſtibilis ſponte facta, uiræq; reddita. Longitudie. xv. cubitorũ, craſſitudie q̃ttuor ulnarũ. Arbores q̃s naturę debeamꝰ, tribus mõis naſcunt, Sponte, aut ſemine, aut ab radice. Cura nũeroſior exiſtit, de qua ſuo dicemus uolumine. Nunc em̃ totus ſermo de natura eſt, multis mõis miriſq; memorabili. Nãq; non omia in omibus locis naſci docuimꝰ, nec trãſlata uiuere Hocq; alias faſtidio, alias cõtumacia, ſæpius imbecillitate eoꝝ q̃ trãſferũt euẽit. alias cœlo inuidẽte, alias ſolo repugnãte. Faſtidio balſamũ alibi naſci natura, q̃ in Syria noluit fere. Necnõ & palmã naſci ubiq;, aut natã ꝑere, uel cũ ꝓmiſit ẽt oſtẽditq; ea educare, q̃ tanq̃ inuita ꝑpit. Nõ habet uires frutex cinami in Syriæ uicina ꝑueniẽdi. Nõ ferũt amomi nardiq; delicię, ne in Arabia qdem ex India naue ꝑegrinari. Tentauit. n. Seleucꝰ rex. Illud maxie mirũ ipas arbores plærũq; exorari ut uiuãt, atq; trãſmigrent. Aliqũ & a ſolo impetrari, ut alienas alat, aduenaſq; nutriat, cœlũ nullo mõ qnit flecti. Viuit in Italia piperis arbor. Caſię uero ẽt in ſeptẽtrionali plaga. Vixit & in Lydia thuris. Sed unde ſorbẽtes ſuccũ omnẽ ex iis ſoles coquẽteſq; lachrymam. Illud ꝓxime mirũ mutari naturã i iiſdẽ locis, atq; iprouiſo ualere. Cędꝫ æſtuoſis ptibus dederat, & in Lyciis frigidiſq; mõtibus naſcit. Frigus inimicũ lauro fecerat, ſed i olympo copioſior nulla ẽ. Circa boſphorũ cimeriũ in Pãticapeo urbe oĩ mõ laborauit Mithridates rex, & cæteri incolæ. Sacroꝝ certe rã laurũ myrtũq; habere, & nõ cõtigit, cũ abundẽt arbores ibi punicæ ficiq;. Iam mali & pyri laudatiſſimæ. Frigidas natura eodẽ tractu nõ genuit arbores pinũ, abietẽ, piceã. Et qd attinet, ad Põtũ abire. Iuxta Romã ipam caſtaneæ ceraſiq; ægre ꝓueniũt. Perſica in Tuſculano. Necnon nuces græcæ cum tedio inſerũtur. Terracina ſyluis ſcatet earum.

De cuꝑſſo, & q̄ ex terra noua aliq̃ ſæpe naſcant, quæ in ea ante nõ fuerũt. Cap. xxxiiii.

CVpreſſus aduena, & difficillime naſcentiũ fuit, ut de q̃ uerboſius ſæpiuſq;, q̃ de oibus aliis ꝓdiderit Cato. Natu moroſa, fructu ſoperuacua, bacis torua, folio amara, odore uiolenta, ac ne umbra qdem gratioſa, materie rara, ut pene fruticoſi generis. Diti ſacra, & ideo funebri ſigno ad domos poſita. Fœmina ſterilis diu, Metę demũ aſpectu nõ repudiata, diſtiguẽdis tm̃ pinorũ ordinibꝰ. Nũc uero tonſilis facta i denſitate parietũ, coercitaq; gracilitate ꝑpetuo tenera. Trahitq; etiã in picturas ope hiſtoriali uenatus claſſeſue, & imagines rerũ tenui folio, breuiq; & uirẽte ſuꝑueſtiẽs. Duo gña earũ. Meta in faſtigiũ cõuoluta, q̃ & fœmina appellat. Mas ſpargit extra ſe ramos, deputatq;, & accipit uitẽ. Vtraq; aũt immitit in perticas, aſſereſue amputatiõe ramorum, qui. xiii. anno denariis ſinglis uæneũt. Quæſtuoſiſſima i ſatꝰ rõne ſylua. Vulgoq; dotẽ filiaꝝ antiq plãtaria appellabãt. Huic ꝑria iſula Creta, q̃q̃ Cato Tarẽtinã eã appellat. Credo q̄ primũ eo uenerit. Et i Enaria ſucciſa regermiat. Sed i Creta quocũq; loco terrã mouerit qſpiã, niſi ſerat alia hæc gignit; ꝓtinuſq; emigrat. Illa uero ẽt ñ appellato ſolo ac ſpõte, maxieq; i Idęis mõtibꝰ. & quos albos uocãt, ſũmiſq; iugis, ubi niues nunq̃ abſũt pluria. Quod miremur alibi, nõ niſi i tepor ꝓuẽiens, & nutricẽ magnope faſtidiẽs. Nec terræ tm̃ natura circa has refert, aut ꝑpetua cœli, ueꝝ & qdam tparia uis imbriũ. Aliq̃ plærũq; ſemina afferũt, & certo fluunt gñe. Aliquæ etiã incognito, qd accidit Cyrenaicæ regioni, cũ primũ ibi laſerpitiũ natũ eſt, ut in herbarũ natura dicemus. Nata eſt & ſylua urbi rei ꝓxima hymbre pyceo craſſoq; circiter urbis Romæ anno. cccccxxx.

De Edera. Cap. xxxv.

EDeram iam dicitur in Aſia naſci. Negauerat Theophraſtus. nec in India, niſi in monte Mero. Quin & Harpalũ oĩ mõ laboraſſe, ut ſereret eã i medis fruſtra. Alexãdrũ uero ob raritatem ita coronato exercitu uictorẽ ex India rediiſſe exẽplo liberi pr̃is. Cuiꝰ dei & nũc adornant thyrſos galeaſq; ẽt & ſcuta i thraciæ ppl̃is in ſolẽnibꝰ ſacris. Inimica arbor ſatis oibꝰ. ſepulchraq; ac muros rũpens. Serpẽtiũ frigori gratiſſima, ut mirũ ſit illã in honore ullo habitã. Duo gña eius Pr̃a ut reliq̃ꝝ mas & fœmĩa. Maior tradit mas corpe, & folio duriore ac piguiore, & flore ad pur

purá accedéte. Vtriuſq̨ aūt flos ſilis eſt roſæ ſylueſtri, niſi ꝙ caret odore. Species horū geneꝝ tres Eſt. n. candida & nigra. Edera. tertiaq̨ quæ uocat̄ Helix. Etiánū hæ ſpés diuidunt̄ í alias, quoniá eſt alia fructu tantū candida, alia & folio. Fructūq̨ candidū, ſerentiū aliis denſus acinus, & grádior racemis in orbé circūactis, qui uocant̄ ✣corymbi. Item ſilenitiū, cuius eſt minor acinꝰ ſparſior racemus. Sili modo in nigra. Alicui & ſemé nigrū, aliis crocatū. Cuius coronis poetæ utunt̄ foliis minus nigris, quā quidā nyſiam, alii bacchicá uocár, maximis ĩter nigras corymbis. Quidá apud græcos etiánum duo genera huius faciūt a colore acinoꝝ, Erythranū & Chryſocarpū. Plurimas aūt habet dfiias Helix, folio maxíe diſtat. Parua ſūt & angulosa cōcinnioraq̨, cum reliquorum genera ſimplicia ſint. Diſtat & longitudine internodioꝝ, ꝑcipue tamen ſterilitate, quoniá fructū nō gignit. Quidá hoc ætatis eſſe nō generis exiſtimár prioq̨ eſſe Helicē putár fieri Ederá uetuſtate. Horū error manifeſtus intelligit̄, quoniá helicis plura genera reperiunt̄, ſed tria maxie íſignia Herbacea ac uirens quę plurima eſt. Altera cádido folio. Tertia uerſicolor, q̃ Thracia uocat̄. Etiánū herbaceæ tenuiora folia in ordiné digeſta, denſioraq̨. In alio gñe diuerſa oía. Et í uerſicolori alia téuiorib⁹ foliis, ac ſilr ordiatis dēſioribuſq̨. In altera neglecta oía hęc. Maiora quoq̨ ac minora ſūt folia, macularūq̨ habitu diſtát. Et í cádidis alia ſūt cádidiora. Adoleſcit í lōgitudiné maxie herbacea. Arbores aūt necat cádida, oémq̨ ſuccū auferédo tanta craſſitudine auget̄, ut ípa arbor fiat. Signa eius folia maxía atq̨ latiſſima mámas erigétis, quæ ſunt cæteris íflexę. Racemi ſtátes, ac ſubrecti. Et q̃q̃ oium generi radicoſa brachia, huic tñ maxíe ramoſa ac robuſta. Ab ea nigræ, ſed ꝓpriū albæ, ꝙ inter media folia emittit. & brachia utrūq̨ ſꝑ amplectens. Hæc eſt & in muris, q̃uis ambire nō poſſit. Itaq̨ etiá pluribus locis interciſa uiuit tamé, duratq̨ & totidé initia radicū, habet quot brachia. Quibus icolumes & ſolidas arbores ſugit ac ſtrágulat. Eſt & í fructu differétia albæ nigręq̨ ederæ, qm̄ aliis táta amaritudo acini, ut aues nō attingár. Eſt & rigés edera q̃ ſine adminiculo ſtat ſola oium gñꝝ ob id uocata ciſſos. E diuerſo nūq̃ niſi humi repés chamæciſſos.

✣Corymbiæ. Theophraſtus

De Eedera quæ uocatur ✝Similax. Cap. xxxvi.

✝Similax

SImilis eſt Ederæ e Cilicia quidé primū ꝓuecta, ſed in græcia frequētior, quá uocát. Similacem denſis geniculata caulibus, ſpinoſa, fruticoſa ramis, folio ederaceo, paruo nō anguloſo, a pediculo emittére pápinos. flore candido, olente líliū. Fert racemos labruſcæ modo, nō ederæ, colore rubro, cōplexa acinis maiorib⁹ nucleos ✝undenos, minorib⁹ ſinglos, nigros duroſq̨ í fauſta oibus ſacris & coronis, qm̄ ſit lugubris, uirgine eius nois ꝓpter amoré iuuenis. Croci, mutata in hunc fruticé. Id uulgus ignorans, plærūq̨ feſta ſua polluit, ederá exiſtimádo. Sicut í poetis, aut Libero patre, aut Sileno qui oino neſcit quibus coronet̄. E ſmilace fiunt codicilli. Propriūq̨ materiæ eſt, ut admota auribus leuem ſonū reddat, Ederæ mira ꝓditur natura ad experiéda uina. Si uas fiat ex ligno eius, uina transfluere, ac remanere aquam, ſi qua mixta fuerit.

✝Binos & ternos

De aquaticis calamis, & fruticibus. Cap. xxxvii.

INterea qui frigidis gaudent aq̃ticos frutices dicere cōuenit. Principatū in his tenebūt harundines belli paciſq̨ experimentis neceſſariæ, atq̨ etiá in delitiis gratæ. Tegulo em̄ earū domus ſuas ſeptentrionales populi operiunt, durantq̨ eius alta tecta. In reliquo uero orbe, & cameras leuiſſime ſuſpendūt. Carrhiſq̨ ſeruiūt calami ægyptii maxime, cognatione quadá papyri. Probatiores tñ gnidii, & qui in Aſia circa anæiticū lacū naſcunt̄. Noſtratib⁹ fungoſior ſubeſt nátura, cartilagine bibula, q̃ cano corpe intus ſupne tenui inareſcit ligno. Fiſſilis ꝑacuta ſꝑ acie, geniculata. Cętero gracilitas nodis diſtincta, leui faſtigio tęnuat̄ in cacumina. Craſſiore peniculo coma, neq̨ hac ſupuacua. Aut. n. ꝓ pluma ſtrata cauponaꝝ replet, aut ubi limoſiore callo íduruit, ſicut í belgis cōtuſa & ĩteriecta nauiū cōmiſſuris ferrumiat texꝰ, glutino tenacior, rimiſq̨ explédis fidelior pice. Calamis oriétis ppl̄i bella cōficiūt. Caláis ſpicla addūt irreuocabili hamonoxia. Morté accelerát pina addita calamis. Fitq̨ & ex ípo telū aliđ fracto í uulnerib⁹. His armis ſolé ípm obūbrant. Propter hoc maxíe ſerenos dies optát. Odere uéros & imbres. qui iter illos pacé eſſe cogūt Ac ſi qs æthiopas, ægyptū, arabas Indos, ſcythas, bactras ſarmataꝝ tot gétes & oriétis, oíaq̨ Parthoꝝ regna diligétius cōputet, æq̃ ferme ps hoium í toto mūdo calamis ſupata degit. Præcipuus hic uſꝰ í Creta bellatores ſuos ꝑcipitauit. Sʒ í hoc quoq̨ ut í cęteris rebꝰ uicit Italia. Quoniá nullꝰ ſagittis aptior calamꝰ, q̃ in rheno Bonnniéſi amne, cui pluria ineſt medulla, pōduſq̨ uolucre. Cōtra flatus quoq̨ ꝑuicax libra. Quippe nō eadé gra *Belgicis. Hæc & creticis cōmendatiorib⁹, q̃q̃ ꝓferant̄ Indi quoꝝ alia qbuſdá uidet̄ natura, qñ & haſtarū uice ꝓbent additis cuſpidibus. Harun

*Bellicis hoc eſt.

dini qdé Indicæ arborea amplitudo, qualé uulgo in téplis uidemus. Differre mares ac fœminas in his quoq; Indi tradût, Spiſſius mari corp⁹, fœminæ capacius. Nauigiorû etiá uicé pſtát (ſi credimus) ſingl'a internodia. Circa Aceſiné amné maxie naſcunt. Harundo ois ex una ſtirpe numeroſa. Atq; ét reciſa fœcûdi⁹ reſurgit. Radicis natura uiuax, geniculata & ipa. Folia Indicis tm̄ breuia. Oib⁹ uero a nodo orſa cōplexu tenues, p ambitû inducût tunicas, atq; a medio iternodio, cû plurimû definût ueſtire, pcûbûtq;. Latera harûdini calamoq; in rotunditaté bina ſuper nodos alterno ſemp inguine, ut alterû ad dextrá fiat, alterû ſupiore geniculo ſuper leua per uices. Inde exeût aliqñ rami q ſunt calami tenues. Plura aût genera. Alia ſpiſſiorq; déſiorq; geniculis breuib⁹ internodiis. Alia rarior maiorib⁹, tenuior & ipa. Calam⁹ uero alius tot⁹ cōcauus, qué Syringiá uocát, utiliſſimus fiſtulis, qm̄ nihil eſt ei cartilaginis atq; carnis. Orchomenius eſt cōtinuo foramine puius, qué auleticō uocát. Hic tibiis utilior, fiſtulis ille. Eſt alius craſſiore ligno, & tenui foramie. Hûc totû fungoſá replet medula. Alius breuior, alius pcærior, exilior, craſſiorq;. Fruticoſiſſim⁹, qui uocat donax, nō niſi in aqticis natus; qm̄ & hæc differétia eſt multû plata harûdine quæ i ſiccis pueniat. Suû gen⁹ ſagittario calamo, ut dixim⁹. Sed cretico lōgiſſimis internodiis, obſequiûq; quo libeat flecti calefacto. Differétias faciût & folia nō multitudie, ueꝝ robore & colore. Valida laconicis, & ab una pte déſiora, qles i totû circa ſtagna gigni putát. Diſſiles amnicis, lōgiſq; ueſtiri foliis, ſpacioſius a nodo ſcádente cōplexu. Eſt & obliqua harûdo non i excelſitaté naſcés, ſʒ iuxta terrá fruticis modo ſe ſpargés, ſuauiſſima in teneritate animalib⁹. Vocat a qbuſdá elegia. Eſt & in Italia naſcés Adarca nomie paluſtris, ex cortice tantû. Sub ipa coma, utiliſſima détibus, quoniá uis eadé eſt quæ ſinapi. De Orchomenii lacus harûdineis accurati⁹ dici cogit admiratio antiqua. Characian uocabát craſſioré firmioréq;, Plociá uero ſubtilioré. Hanc in inſulis fluitátib⁹ natare, illá in ripis expatiátis lac⁹. Tertia harûdo eſt tibialis calami, qué auleticō uocát, Nono hic anno naſcebat. Ná & lacus icreméta hoc tpis ſpacio ſeruabat. Prodigioſus ſi qñ amplitudiné biénio extédiſſet, qd notatû apud cheroniá infauſto Atheniéſiû plio. Et apud Lebadia ſæpe notat ifluété Cephiſo. Cû igit anno pmanſerit inundatio pficiût in aucupatoriá quoq; áplitudiné. Vocant zeugitæ. Cōtra bōbyciæ maturi⁹ reciproco graciles, fœmiaꝝ latiore folio atq; cádidiore modica lanugine, aut olno nulla, ſpadonû hoie iſignib⁹. Hinc erát armaméta ad iclúſos cátus, & nō ſilédo reliquo curæ miraclo, ut uenia ſit argéto iá poti⁹ cani. Cædi ſolebát tépeſtiue uſq; ad Antigené Tibiciné, cû adhuc ſimplici muſica uteret ſub arcturo. Sic pparatæ aliquot poſt annos utiles eé icipiebát. Tûc quoq; mlta domádæ exercitatōe, & canet tibiæ ipæ edocédæ, cōpriméntib⁹ ſe ligulis, qd erat illis theatroꝝ morib⁹ utili⁹. Poſtq̄ uarietas acceſſit, & cát⁹ quoq; luxuriátes, cædi añ ſolſtitia cœptæ, & fieri utiles i trimatu, aptiorib⁹ eaꝝ ungulis ad flectédos ſonos. Quæ ide ſunt & hodie. Sed tûc ex ſua quáq; tm̄ harûdine cōgruere pſuaſum erat, & ea q radicem anteceſſerat, leuæ tibiæ cōuenire, q cacumé dexteræ. Immēſum quátû iis platis qs ipe Cephiſus abluiſſet. Nûc ſacrificæ Tuſcoꝝ e buxo. Ludicræ uero loto, oſſibuſq; aſininis & argéto fiunt. Aucupatoria harûdo a panhormo laudatiſſima. Piſcatoria abaritána ex Africa. Harûdis Italiæ uſus ad uineas maxime. Cato ſeri eá iubet in humidis agris bipalio ſubacto prius ſolo, oculis diſpoſitis interuallo ternoꝝ pedum. Simul & corrudam unde aſparagi fiant, concordari amicitiam.

Varia.

Et canoræ tibiæ ipſo educandæ.

Ligulis

Cōcordare eā.

utilib⁹

De Salice, genera eius. viii. & q pter ſalicé ſint utilia ligaturis, & de Rubis. Cap. xx xviii.

SAlicis uero qua nulla aqticaꝝ utilior. Licet populi uitib⁹ placeát, & cecubû ducát. Licet alni ſæpes muniát, cōtraq; erumpentium amniû impetus ripaꝝ muro i tutelis ruris excubent, in aqua ſatæ, cæſæq; denſius in numero hærede pſint. Salicis ſtatim plura genera. Nam quædam & in pceritaté magná emittût iugis uineaꝝ perticas. Pariûtq; baltheo cortice uincula. Et aliæ uirgas ſequacis adiûcturas léticiæ. Aliæ prætenues uiminib⁹ texendis ſpectabili ſubtilitate. Rurſus aliæ firmiores corbib⁹, ac plurimæ agricolaꝝ ſuppellectili; cádidiores ablato cortice, leuiq; tractatu mollioribus uaſis, q ut e corio fiant, atq; ét ſupinaꝝ in delicias cathedrarû aptiſſima. Decidua ſalici fertilitas, déſiorq; tōſura ex breui pugno ueri⁹ q ramo, nō ut remur in nouiſſimis curada arbore. Nullius quippe tutior eſt redditus minoriſue impédii aut tépeſtatû ſecurior. Tertiû locû ei in æſtimatiōe ruris. Cato attribuit, prioréq; q oliuetis, q̄q; fruméto, aut pratis, necq defint alia uincula, Siquidé & geniſtæ; ſthaceæ, & populi. & ulmi, & ſanguinei frutices, & betulæ, & harûdo fiſſa, & harûdinû folia, ut in Liguria & uitis ipa, reciſiſq; aculeis rubi alligát, & itorta corylus. Mirûq; cōtuſo ligno alicui, maiores ad uincula eé uites. Salici aût pcipua dos. Findit

eſt græca rubẽs,cãdidiorq; amerina,ſed paulo fragilior.Ideoq; ſolido ligat nexu,In Aſia tria gña obſeruãt.Nigrã utiliorẽ uiminibus.Candidã agricolarũ uſibus.Tertiã quæ breuiſſima eſt Helicẽ uocant.Apud nos quoq; multi totidẽ nomina imponũt.Vimineã uocant eandẽ purpureã.Alteram ✤Nicelinã a colore,quæ fit tenuior.Tertiã gallicam,q̃ tenuiſſima.Nec in fruticũ.nec ĩ uepriũ cauliũue,neq; in herbarũ,aut alio ullo q̃ ſuo genere numerenť iure,ſcirpi fragiles paluſtreſq; ad tegulũ tegeteſq;.E quibus detracto cortice cãdelę luminib⁹ & funeribus ſeruiũt.Firmior quibuſdã in locis earũ rigor.Nãq; iis uelificãt nõ in pado tantũ nautici,, uerũ & ĩ mari piſcator Africus p̃poſtero more uela ĩtra malos ſuſpendẽs.Et mapalia ſua mauri tegũt.Proxieq; æſtimãti hoc uideanť eẽ qď ✶ interiore mũdi pte pari ſũt papyri uſui,ſed fruticoſi generis ſunt.Inter aq̃ticas arbores ſunt & rubi atq; Sambuci fungoſi gñis,aliter tñ q̃ ferulæ.Quippe plus ligni ac ſucci utiq; ſambuco.Ex qua magis canorã buccinã tubamq; eredit paſtor ibi cęſæ,ubi gallorũ cãtũ frutex ille non exaudiat.Rubi mora ferũt,& alio genere ſimilitudinẽ roſæ,qui uocať cynosbatos.Tertiũ genus Idæũ uocant græci a loco,✶tenuior eſt q̃ cætera minoribuſq; ſpinis,& min⁹ adũcis.Flos ei⁹ cõtra lippitudinẽ illinitur ex melle,& ignem ſacrũ.Cõtra ſtomachi quoq; uitia bibiť ex aq̃.Sambuci acinos habẽt nigros atq; paruos,hũoris lẽti ĩficiẽdo maxĩe capillo,& q & ipi aq̃ decocti mãdunť.

✤ Vitellinam.
✶ In ĩferioř Nili pte papyri ſũt uſu
✶ Tenerior.

De ſuccis arborũ,& natura materiarũ,& de cædendis arboribus. Cap.xxxix.

ſucrus ꝓdeſt manibus colligentiũ rutam.Cæterũ īter prima īmiſceť antidotis ꝑcipueqꝫ galaciæ. Quæcũqꝫ aũt ruta aut pſe,aut ꝓ antidoto ualet foliis tritis,& ex uino ſũptis.Cõtra aconitũ maxime& uiſcũ.Item fungus ſiue in potu deť, ſiue ī cibo.Silĩ modo cõtra ſerpentiũ ictus,utpote cũ muſtellæ dimicaturæ cũ his rutá prius edẽdo ſe muniát.Sed ualent & cõtra ſcorpionũ ictꝰ,& araneorũ,apũ,crabronũ,ueſpaꝝ aculeos.Et cãtaridas,ac ſalamãdras:caniſue rabioſi morſꝰ,acetabl̃i mẽſura ſi ſuccꝰ e uino bibiť,& folia trita uel cõmãducata īponunť cũ melle & ſale,ul̃ cũ aceto & pice decocta.Succo uero perũctos aut ẽt hñtes negãt feriri ab his maleficiis.Serpẽteſqꝫ ſi urať ruta nidorẽ fugere.Efficaciſſima tñ ẽ ſylueſtris radix cũ uino ſũpta,eandẽ addiciũt efficaciorẽ eſſe ſub diuo potá.Pythagoras & ī hac marẽ minoribꝰ herbaceiqꝫ coloris foliis a fœmīa diſcreuit,ẽt latioribꝰ foliis & coloř.Idẽqꝫ oculis noxiá putauit falſo,qm̃ ſculptores & pictores hoc cibo utũť oculorũ cá.Cũ pane quoqꝫ uel naſturtio ſatiuæ atqꝫ ſylueſtri ꝓpter uiſũ.Vt aiũt multi,ſucco eiꝰ cũ melle atrito iuũcti diſcuſſerũt caligĩes,uel cũ lacte mulieris puerũ enixę,uel puro ſucco angulis oculorũ tactis.Epiphoras cũ polẽta īpoſito.Lenit aũt capitis dolores pota cũ uino.aut cũ aceto& roſaceo illita.Siuero ſit cephalea,cũ farĩa hordeacea,ul̃ aceto.Eadẽ cruditates diſcutit,mox īflatiões,dolores ſtõachi ueteres.Vuluas apit corrigitqꝫ cõuerſas illita ī melle toto uẽtre &pectore.Hydropicis cũ ficu,& decocta ad dimidias ptes,potaqꝫ ex uino,ſic bibiť & ad pectoris dolores laterũqꝫ & lũborũ.Tuſſes,ſuſpiria,pulmonũ,iocinerũ,renum uita,horrores frigidos.Ad crapulę grauedĩes.Decoquũť folia poturis.Et ī cibo ul̃ cruda,uel decocta cõditaue ꝓdeſt.Itẽ torminibꝰ in hyſſopo decocta,& cũ uino.Sic & ſanguinẽ ſiſtit interiorẽ,& nariũ indita,ſic & collutis dẽtibꝰ ꝓdeſt.Auribus quoqꝫ ī dolore ſuccꝰ īfundiť,cuſtodito ut diximꝰ mõ.E ſylueſtri uero cõtra tarditatẽ & ſonitũ cũ roſaceo,uel cũ laureo oleo,aut cumino & melle,ſuccꝰ & phreneticis ex aceto tritæ inſtillať ī tpa & cerebrũ.Adiecerũt aliq & ſerpillũ & laurũ,illinẽtes capita & colla.Dederũt & lethargicis ex aceto olfaciendũ.Dederũt & comitialibꝰ bibendũ decoctæ ſuccũ ī cyathis q̃tuor ante acceſſiões,quatũ frigꝰ ītolerabile eſt. ♣ Alphioſiſqꝫ cruda dari ī cibo.Vrinã quoqꝫ ul̃ cruẽtã pellit.Fœminaꝝ ẽt purgatiões,ſecũdaſqꝫ,ẽt emortuos ptus,ut Hippocrati uideť,ex uino dulci nigro pota,itaqꝫ illita & uuluaꝝ cá etiã ſuffire iubet Diocles &cardiacis īponit ex aceto & melle cũ farina hordeacea.Et cõtra ileũ decocta farina ī oleo ac uelleribꝰ collecta.Multi uero & cõtra purulẽtas excreatiões ſiccę drachmas duas ſulphuris unã & dimidiã ſumi cẽſent.Et cõtra cruẽtas ramos tres in uino decocto.Datur & dyſentericis cũ caſeo in uino cõtrita.Dederũt & cũ bitumine infrictã potioni ꝓpter anhelitũ.Exalto lapſis ſeminis tres uncias,olei libra,uiniqꝫ ſextario illiniť Cum oleo coctis foliis partibus quas frigus aduſſerit.Si urinam mouet(ut Hippocrati uideť)mirũ eſt quoſdã dare uelut inhibentẽ potui contra īcõtinẽtiã urinæ.Pſoras & lepras cũ melle & alumine illita emẽdat.Itẽ uitiligines ul̃ rugas,ſtrumas & ſil̃ia cũ hircino & adipe ſuillo ac taurino ſeuo.Itẽ ignẽ ſacrũ ex aceto & oleo,ul̃ pſimythio.Carbũculũ ex aceto.Nõnulli laſerpitiũ una illini iubẽt,ſine quo epiyctidas puſtulas curãt.Imponũt & mãmis turgẽtibꝰ decoctã,& pituitę eruptionibꝰ cũ cæra.Teſtiũ uero epiphoris cũ ramis laureæ tęneris,adeo peculiari ī uiſceribꝰ his effectu ut ſylueſtri ruta cũ axũgia ueteri illitos ráices ſanari ꝓdát.Fracta quoqꝫ mẽbra ſemīe trito cũ cęra īpoſito.Radix rutẽ ſanguinẽ ocl̃is ſuffuſũ,& ī toto corpe cicatrices aut macl̃as illita emẽdat. Ex reliqs quoqꝫ q̃ tradũť,miꝝ eſt,cũ feruentẽ rutæ natura eſſe cõueniat.Faſciculũ eiꝰ in roſaceo decoctũ addita uncia aloes perũctis ſudorẽ reprimere.Itẽqꝫ generatiões īpediri hoc cibo,ideo ꝓfluuio genitali dať,& uenerẽ crebro per ſomnia imaginãtibꝰ.Præcauendũ eſt grauidis abſtineãt hoc cibo.Necari em̃ ptus īueuio.Eadẽ ex oſbus fatis q̃drupedũ quoqꝫ morbis ī maximo uſueſt, ſiue difficile ſpirãtibus,ſiue cõtra maleficoꝝ animaliũ ictus infuſa per nares ex uino,aut ſi ſanguĩ ſugam exhauſerit ex aceto,& quocunqꝫ in ſimili morboꝝ genere,ut in homine temperato.

De mentaſtro,& menta,& pulegio,& nepeta,& de cumino. Cap.xiiii.

MEntaſtrũ ſylueſtris menta eſt,differẽs ſpecie folioꝝ q̃ſi figura ocymi,pulegii colore.Propter quod quidã ſylueſtre pulegiũ uocant.Iis cõmãducatis & impoſitis.ſanari elephantiã ſicut Magni Pompeii ætate fortuito cuiuſdã experimento ꝓpter pudorem in facie illita compertũ eſt. Eadẽ illinunť bibũturqꝫ aduerſus ſcolopendras,& ſerpentium ictus,drachmis duabus in uini cyathis duobus.Aduerſus ſcorpionũ ictus cũ ſale,oleo & aceto.Itẽ aduerſus ſcolopendras ius decocti.Aduerſuſqꝫ oĩa uenena ſeruanť folia arida ad farinę modũ.Subſtratũ ul̃ accenſum fugat ſcorpiones.Potũ fœminas purgata partu,ſed partꝰ necat.Orthopnoicis,tormibꝰ

cholericis efficaciſſimũ.Item lumbis. Podagris impoſitũ.Succus auribꝰ uermioſis inſtillaẽ.In regio morbo bibiẽ.Strũis illiniẽ.Oĩa ueneris ĩhibet.Tineas pellit ex aceto potũ.Cõtra prurigineẽ ex acero infundiẽ capiti in ſole.Mentæ ipſiꝰ odor animũ excitat,& ſapor auiditatẽ ĩ cibis ideo in mãmaꝝ mixrura familiares ipſe acceſſeẽ,ut coire ✣ deſeriq; lac nõ patiãẽ,Quaẽ lactis potionibꝰ addiẽ ne huius coagulati potu ſtrãgulenẽ.Data in aqua & mulſo eadẽ ui reſiſtere & generationi crediẽ,cohibendo genitalia dẽſari. Aeque maribus ac fœminis ſiſtit ſanguinẽ & purgationes fœminarũ inhibet.Cũ amylo ex aq̃ pota cœliacorũ impetus.Syriation & uomicas uuluæ curauit,ille & iocinerũ uitia ternis oboliꝭ ex mulſo datis,itẽ ſanguinẽ excreãtibꝰ ĩ ſorbitionẽ.Vlcera ĩ capite ĩſantiũ mire ſanat.Arterias hũidas ſiccat.Siccas aſtrĩgit.Pituitas corruptas purgat ĩ mulſo & aq̃·Voci ſuccꝰ ſub cerramie utilis dũtaxat,& gargarizaẽ uua tumẽte adiecta ruta & coriãdro ex lacte.Vtilis & cõtra tonſillas cũ alumine liuguæ aſperæ cũ melle.Et cõuulſa itꝰ per ſe uitiiſq; plumouis,Singultꝰ & uomiriões ſiſtit cõ ſucco granati.ut Democritus mõſtrat.Recẽtis ſuccꝰ nariũ uiria.Spũs ſubductos emendat.Ipſa trita choleras ĩ aceto qdẽ pota.Sanguinis fluctiones itꝰ. Ileum etiam impoſita cũ polenta,& ſi mãmæ tendauẽ.Illiniẽ & tpibus ĩ capitis doloẽ.Sumiẽ & cõtra ſcolopendras,& ſcorpiones mariuos & ad ſerpeutes.Epiphoris illinitur & oĩbꝰ iu capite eruptiõibus,itẽ ſedis uiriis.Impetigines quoq; uel ſi reueaẽ tm̃ prohibet.Auribus cũ mulſo iſtillaẽ. Aiunt & lyeni mederi eã in horto guſtatã ita ne uellaẽ ſi is q momorderit dicat ſe lyeni mederi p dies nouẽ.Aridæ quoq; farinæ tribꝰ digitis apphenſã & ſtomachi dolorẽ ſedare iu aqua,& ſimiliter aſperſa ĩ potionẽ uentris aĩalia expellere.Magna ſotietas cũ hac ad recreãdos defectos aĩo pulegio cũ ſurculꝰ ſuis ĩ ãpullas uitreas aceti utriſq; deiectis.Qua dc cã dignior e pulegio corõa uertigini q̃ e roſis cubiculis noſtris pnũtiata eſt.Nã & capitis dolores ĩpoſita diciẽ leuare.Quin & olfaru capira rueri cõtra frigoꝝ æſtuſq; iniuriã,& ab ſiri tradiẽ.Neq; æſtuare eos q duos e pulegio ſurculos ĩpoſiros auribꝰ ĩ ſole habeãt.Illiniẽ etiã ĩ doloribꝰ cũ polẽta & aceto.Fœmia efficacior. Eſt aũt hæc flore purpureo.Mas candidũ habet.Nauſeas cũ ſale & polẽta ĩ frigida aqua pota ĩhibet.Sic & pectoris ac uẽtris dolorẽ.Stõachi aũt ex aq̃ ĩtercifiões ſiſtit,& uõitiones cũ aceto & polẽta.Inreſtinoꝝ uitia melle decocta & nitro ſanat. Vrinã pellit ex uino,& ſi amineũ ſit,& calculos & ĩteriores oẽs dolores.Ex melle & aceto ſedat mẽſtrua,& ſecũdas. Vuluas cõuerſas corrigit.Defunctos partꝰ eiicit.Semẽ obmuteſcẽtibꝰ olfatu admoueẽ Cõitialibꝰ ĩ aceto cyathi mẽſura daẽ. Si aquæ ĩſalubres bibẽdę ſunt,tritũ inſpergiẽ.Salſitudies corpis ſi cũ uiuo tradatur minuit.Neruoꝝ cã & in cõtractione cum ſale & aceto & melle confricaẽ opiſtorhono. Imbibiẽ ad ſerpentiũ ictus decoctũ.Ad ſcorp õ nũ in uino tritũ,maxime quod in ſiccis naſcitur.Ad otis exulceratiões, ad tuſſim efficax habetur. Flos receutis incenſus pulices necat odore.Xenocrates pulegii ramum lana inuolutũ in tertianis añ acceſſionẽ olſactẽdũ dari,aut ſtragulis ſubiici,& ita collocari ægrũ inter remedia tradit.Syluestri & eadẽ uis efficacior ẽ qđ ſimile ẽ,origão minoribꝰ foliis q̃ ſatiuũ & a qbuſdã dictamꝰ uocaẽ.Guſtatũ a pecore capriſq; balatũ cõcitat. Vnde qdã greci litteras mutãtes blecon uocauerunt.Naturã tã feruens eſt,ut illitas partes exulceret.⁎Tuſſi interfrictiones

⁎In tuſſi imperfrictiõe.

fricari ante balnea cõuenit & ante acceſionũ horrorẽ cõuulſis & torminibꝰ.Podagris miẽ pdeſt Epaticis cũ melle & ſale bibẽduꝫ daẽ.Pulmonũ uitia excreabilia facit.Ad lyenẽ cũ ſale,utile ẽ,& ueſicę & ſuſpiriis eſt inflatiõibus decoctũ ſucco æq̃liter,& uuluas corrigit,& contra ſcolopẽdrã terreſtrẽ uľ marinã,itẽ ſcorpiões.Priuatiuę ualet cõtra oẽm morſũ.Radix cõtra increſcẽtia ulcera recens potẽtiſſima.Arida uero cicatricibꝰ decorẽ affert.Itẽ pulegio ẽ uepetæq; ſocietas.Decocta eñ in aqua ad tertias diſcutiũt frigora.Mulierũq; mẽſtruis pſũt.Et æſtate ſedãt calores.Nepeta quoq; uires cõtta ſerpẽtes habet.Fumũ ex ea nidorẽq; fugiũt,quã & ſubſternere in metu obdormituris utile eſt.Tuſa egilopis ĩpõiẽ,& capitis doloribꝰ recẽs cũ tertia pte panis rẽperata aceto illiniẽ.Succus eiꝰ iſtillatꝰ natibꝰ ſupinis pfluuium ſanguiuis ſiſtit.Itẽ radix cum myrti ſemĩe ĩ paſſo tepido gargarizata anginis medeẽ.Cuminum ſylueſtre eſt prætenue quarernis aut quinis foliis ueluti ſerratis.Et in ſatiuo magnꝰ uſus ĩ ſtomachi pcipue remediis.Diſcutit pituitas & ĩflatiões.Tritũ & cũ pane ſumptum uľ potum ex aqua uinoq; tormina quoq; & inteſtinoꝝ dolores. Veruntñ oẽm pallorẽ bibẽtibꝰ gignit,ita cette ferũt.Portii latrõis clari ĩter magiſtros dicẽdi ad ſectores ſimilitudinẽ coloris ſtudiis cõtra æmulos imitatos,& pauloãte Iuliũ Vindicẽ adſertorẽ llũ a Nerõe libertatis captatiõe teſtamẽtis ſic leuocinatuꝫ. Nariũ ſanguinẽ paſtillis inditum uel ſex aceto recens ſiſtit.Et oculoꝝ epiphoris p ſe ĩpoſitum tumẽtibus cũ melle pdeſt.Infantibꝰ im

poni in uentre

Margin note beside "mãmaꝝ mixrura…": ✣Dẽſæ req;.

poni in uentre ſatis eſt. Morbo regio in uino albo ab alienis datur.

De cumino æthiopico, quod urinam ſtringit, & de Cappari, & de liguſtico, ſiue panace, & cunila bubula. Cap. xv.

AEthiopicū maxime in poſca illinit' cū melle. Africano priuatim urinæ incōtinētiā cohiberi putant. Satiuum datur & ad iocineris uitia toſtum tritum in aceto. Item ad uertiginem Iis uero quos acriore ui urina mordeat, in dulci tritū uino, ad uuluaꝝ uitia in uino. Prætereꝗ īpoſtis uellere foliis teſtiū tumoribꝰ toſtū, tritūꝗ cum melle, aut roſaceo & cæra. Syluēſtre ad oīa eadē efficacius. Præterea ad ſerpētes cū oleo, ad ſcorpiões, ad ſcolopēdras, ſiſtit & uomitionē nauſeaſꝗ ex uino, quantū apphenderīt tres digiti. Propter colū quoꝗ bibit'. Illiniturꝗ uel penicillis feruēs, uel aſtringit' faſciis. Strāgulationes uuluæ potū in uino aperit tribꝰ drachmis ī tribus cyathis uini. Auribꝰ iſtillat' ad ſonitꝰ atꝗ tinitus cum ſæuo uitulino, uel melle. Suggillatis illinit' cū melle, & uua paſſa, & aceto. Lētigini nigræ ex aceto. Eſt cumino ſimilimū, qđ græci uocāt ammi. Quidā uero æthiopicū cuminū id eē exiſtimāt Hippocrates regiū appellat, uidelicet, qa efficacius in ægypto iudicauit. Plærīꝗ alterius naturæ ī totum putāt, qm̄ ſit exilius & cādidiꝰ. Siliis aūt & huic uſus. Nā & panibꝰ alexādriuis ſubigit', & cū alimētis iterponit'. Inflationes & tormīa diſcutit. Vrinā & mēſtrua ciet. Suggillata & ocloꝝ epiphoras mitigat. Cū lini ſemīe ſcorpionum ictus in uino potū drachmis duabꝰ. Priuatīꝗ ceraſtaꝝ cum pari portione myrrhæ. Colorē quoꝗ bibētiū ſilr mutat in pallorē. Suffitum cum uua paſſa, aut reſina uuluas purgat. Tradūt facilius cōcipere eas quæ odorent' id ꝑ coitum. De cappari ſatis diximus iuter peregrinos frutices, Nō utēdum trāſmarino. Innocētius Italicū eſt. Ferūt eos ꝗ quotidie id edūt paralyſi nō periclitari, nec lyenis doloribꝰ. Radix eiꝰ uitiligines albas tollit, ſi tritæ in ſole fricent'. Splenetis ꝓdeſt in uino pota. Radicis cortex duabꝰ drachmis dēpto balneaꝝ uſu. Ferūtꝗ. xxxv. diebꝰ ꝑ urinā & aluū totū lyenē emitti. Bibit' ī lūboꝝ doloribꝰ, ac paralyſi. Dētiū dolores ſedat tritū ex aceto ſemē decoctum, uel māducata radix. Infundit' aurium dolori decoctum oleo. Vlcera quæ phagedenas uocāt, folia & radix recēs cum melle ſanant, ſic & ſtrumas diſcutit radix. Parondax uermiculoſꝗ cocta iu aq̄ iocineris quoꝗ malis medet'. Daut & ad tineas in aceto & melle. Oris exulcerationes ī aceto decocta tollit, ſtomacho inutiles eē iter auctores cōuenit. Liguſticū aliꝗ panacē uocāt, ſtomacho utile eſt. Itē cōuulſiōibꝰ & inflatiōibꝰ. Sūt & qdā ꝗ cunilam bubulā appellauerūt, uti diximus falſo. Cunilæ ꝑter ſatiuā plura ſunt iu medicina genera. Quę bubula appellat', ſemē pulegii habet, utile ad uulneta cōmanducatum īpoſitūꝗ, ut quinto poſt die ſoluat'. Cōtra ſerpētes quoꝗ in uino bibit', ac tritū plagæ īponit'. Vulnera ab iis facta perfricant'. Itē teſtudines cū ſerpētibus pugnaturæ hac ſe muniūt. Quidāꝗ in hunc uſum panaceem uocant. Sedat & tumores, & uitiliuꝫ malaſica, uel foliis tritis in omni uſu mire congruens ex uino.

Item de cunila, ſiue origano, & de cunilagiue, & cunila molli, & libanotide, & de cunila ſatiua. Cap. xvi.

ESt alia cunila gallinacea appellata a noſtris, a græcis origanū heracleoticuꝫ. Prodeſt oculis trita addito ſale. Tuſſim quoꝗ emēdat & iocineꝝ uitia. Laterum dolores cum farina oleo & aceto in ſorbitionē ꝑpata. Præcipue uero ſerpētium morſus. Tertiū genus eſt eius, quæ a græcis maſcula, a nr̄is cunilago uocat', odoris fœdi, radicis lignoſæ, folio aſpo. Vires eiꝰ uehemētiſſimas ī oībꝰ his gn̄ibus earū tradūt. Manipulo quoꝗ eius abiecto, oēs ēt a tota domo blattas cōuenire ad eā, priuatī aduerſus ſcorpiões ex poſca pollere. Tribus foliis ex oleo perūcto hoīe fugari ſerpētes, ecōtrario ꝙ mollis uocat', piloſioribꝰ foliis ac ramis, & aculeatis. Trita mellis odorē hēt, digitis tactu eiꝰ cohærētibꝰ. Altera thuris quā libanotidē appellamꝰ. Medet' utraꝗ cōtra ſerpētes ex uino uel aceto. Pulices etiā cōtritæ cū aq̄ ſparſæ necāt. Satiua quoꝗ ſuos uſus hꝫ. Succus eiꝰ cū roſaceo auriculas iuuat. Ipſa ad ictus bibit'. Fit & ex ea mōtana ſerpillo ſilīs, efficax contra ſerpētes. Vrinā mouet purgat & a partu mulieres. Cōcoctionē mire adiuuat & ad cibos auiditatē. Vtraꝗ uel in cruditate ieiunis ī potiōe aſpa. Luxatis quoꝗ utilis. Cōtra ueſpaꝝ & ſilēs ictus ex farina hordeacea, & poſca utiliſſima. Libanotidis alia genera ſui dicentur locis.

De piperiti & origano, & oniti, praſio, & tragorigano, & heraclio & lepido, & de gith, ſiue melāthio, & aniſo. Cap. xvii.

PIperitis quā & ſiliquaſtrū appellauimus cōtra morbos comitiales bibit'. Caſtore taliter demōſtrante. Caule rubro & longo, denſis geniculis, foliis lauri ſemine albo, tenui, guſtu pipe

ris. Vtilis gingiuis, dẽtibꝰ, oris, ſuauitati, & ructibꝰ. Origanũ qđ in ſapore cunilã æmulaẽ (ut diximus) plura genera in medicina habet, & ⁎ onitin uel praſion appellãt, nõ diſſimile hyſſopo. Priuarim eiꝰ uſus cõtra torſiões ſtomachi in tepida aq̃, & cruditates. Cõtra araneos ſcorpioneſq; in uino albo. Luxata & ĩcuſſa in acero, & oleo, & lana. Tragoriganõ ſiſis eſt ſerpillo ſyluestri. Vrinã ciet, tumores diſcutit, cõtra uiſcũ potũ uiperæq; ictũ efficaciſſimũ, ſtomachoq; acida ructanti, & precordiis. Tuſſiẽtibꝰ quoq; cũ melle daẽ, & pleureticis, & peripneumonicis. Heracliũ quoq; tria genera habet nigrius latioribꝰ foliis glutinoſum. Alterũ exilioribꝰ mollibuſq; ſanſuco nõ diſſimile, qđ aliq praſion uocare malũt. Tertiũ eſt iter hæc mediũ, minꝰ q̃ cætera efficax. Optimo aũt creticũ. Nã & iucũde olet. Proximũ ſmyrneũ. Deĩde heracleot cũ ad potũ utiliꝰ, qđ othymin uocãt. Cõis aũt uſus ſerpẽtes fugare. Percuſſis eſui dare decoctũ. Potu urinã ciere. Ruptis conuulſis mederi cũ panacis radice. Hydropicis cũ fico, aut cũ hyſſopo acerabli mẽſuris decoctũ ad ſextã. Itẽ ſcabiẽ, pruriginẽ pſoras in deceſſione balnearũ. Succus auribꝰ ĩfundiẽ cũ lacte mulieris. Tõſilis quoq; & uuis medeẽ. Capitis ulceribꝰ. Venena opii & gypſi extĩguit decoctũ, ſi cũ cinere & uino bibaẽ. Aluũ mollit acetabuli mẽſura. Suggillatis illiniẽ. Itẽ dẽtiũ dolori, qbꝰ ẽt & cãdorẽ facit cũ melle & nitro. Sãguinẽ nariũ ſiſtit. Ad parotidas decoqẽ cũ hordacea farina. Ad arterias aſperas cũ galla & melle teriẽ. Ad lyenẽ folia cum melle & ſale. Craſſiores pituitas & nigras extenuat coctũ cũ aceto & ſale ſũptũ paulatĩ Regio morbo tritũ cũ olei ĩ nares fũdiẽ. Laſſi perũgũẽ ex eo, ita ut ne uẽter attingaẽ. Epinyctidas cũ pice ſanat. Furũculos apit cũ fico trita. Strumas cũ oleo & aceto & faria hordacea. Lateris dolores cũ fico illitũ. Fluctiões ſanguis in genitalibꝰ tuſum ex aceto illitũ. Reliq̃s purgationũ a partu. Lepidũ ĩter urẽtia ĩtelligiẽ. Sic & in facie cutẽ emendat exulcerãdo, ut tñ cæra & roſaceo facile ſaneẽ. Sic lepras & pſoras tollit ſp facile, & cicatricũ ulcera. Tradũt in dolore dẽtiũ adalligatũ brachio qua doleat, cõpeſcere dolorẽ. Gith ex græcis, alii melãthiõ, aliĩ melaſpmon uocãt. Optimũ q̃ excitatiſſimi odoris, & q̃nigerrimũ. Medeẽ ſerpentium plagis & ſcorpionũ. Illini ex aceto & melle repio. Incẽſoq; ſerpẽtes fugari. Bibiẽ drachma una cõtra araneos. Diſtillationẽ nariũ diſcutit tuſum in linteolo olfatũ. Capitis dolores illitũ ex aceto & ĩfuſũ naribꝰ. Cũ Irino oculorũ epiphoras & tumores. Dẽtiũ dolores coctũ cũ aceto. Vlcera oris tritũ aut cõmãducatũ. Item lepras & lẽtigines ex aceto. Difficultates ſpirãdi addito uino potũ. Duritias tumoreſq; ueteres, & ſuppuratiões illitũ. Lac mulierũ auget cõtinuis diebꝰ ſumptũ. Colligiẽ ſuccꝰ eiꝰ, ut hyoſcyami. Siĩr largius uenenũ eſt qđ miremur, cum ſemẽ gratiſſime panes etiã cõdiat. Ocl'os quoq; purgat, urinã & mẽſtrua ciet. Quinimo liteolo alligatis tm̃ granis. xxx, ſecũdas trahi repio. Aiũt & clauis in pedibꝰ mederi tritũ in urina. Culices ſoffitu necare. Itẽ muſcas. Et aniſum aduerſus ſcorpiões ex uino bibiẽ, a Pythagora inter pauca laudatũ, ſiue crudũ, ſiue decoctũ. Itẽ uiride aridũue oĩbꝰ q̃ cõdiũẽ, q̃q; intingũtur deſideratũ. Panis ẽt cruſtis inferioribꝰ ſubditũ. Saccis quoq; addiẽ. Cũ amaris nucibꝰ uina cõmẽdat. Quin ipm oris halitũ iucũdiorẽ facit. Fetorẽq; tollit mãducatũ matutis cũ ſmyrneo, & melle exiguo Mox uino collutũ uultuz iuniorẽ pſtat, inſomnia leuat ſuſpẽſum in puluino, ut dormiẽtes olfaciãt. Appetẽtiã ciborũ præſtat, qñ id quoq; inter artificia delitiæ fecere, ex quo labor deſit cibos poſcere. Ob has cãs quidã anicetũ id uocauere. Laudatiſſimũ eſt creticũ. Proximũ ægyptũ. Hoc ligustici uicẽ pſtat in condimẽtis. Dolores capitis leuigat ſuffitũ naribꝰ. Epiphoris oculorũ radicẽ eiꝰ tuſam iponit Iolas, ipm cum croco pari modo & uino, & p ſe tritum cum polẽta ad magnas fluctiones, extrahẽdaq;, ſi qua ĩ ocl'is ĩciderint. Narium quoq; carcines cõſumit illitum ex aqua. Sedat anginas cuz melle & hyſſopo ex aceto gargarizatum. Auribꝰ ĩfundiẽ cum roſaceo. Thoracis pituitas purgat toſtũ, cum melle ſumptum meliꝰ. Cum acetabulo aniſi nuces amaras. I. purgatas tere ĩ melle ad tuſſim. Faciſſime uero aniſi drachmæ tres, papaueris duæ miſceñẽ melle ad fabæ magnitudinẽ, & ternis diebꝰ ſumunẽ. Præcipuum aurẽ eſt ad ructus, iõ inflatiõibꝰ ſtomachi, & inteſtinorũ torminibus, & cœliacis medeẽ. Singultus & olfactum decoctum potumq; inhibet. Foliis decoctis digerit cruditates ſuccꝰ decocti, ipz cum apio olfatum ſternutamẽta ihibet. Potũ ſõnuz cõcitat. Calcl'os pellit. Vomitiões cohibet, & pcordiorũ tumorũ & pectorũ uitiis. Neruis quoq; quibꝰ ſuccinctum eſt corpꝰ utiliſſimum. Prodeſt eiꝰ & capitis doloribꝰ iſtilari ſuccum cum oleo decocti. Nõ aliud utiliꝰ uẽtri & iteſtinis putãt, ideo dyſentericis & tenaſmis daẽ toſtum. Aliq addunt & opiũ pilulis in die ternis lupini magnitudĩe, & ĩ uini cyatho dilutis Dieuches & ad lũborũ dolores ſucco uſꝰ eſt Semẽ hydropicis & cœliacis dedit tritũ cum mẽta. Verũ & radicẽ ad renes. Daliõ herbariꝰ partu

rientibus

⁎ Ornithin.

rictibus ex eo cataplaſma īpoſuit cū opio. Itē uuluaꝝ dolori, Deditq́ꝫ bibēdū cū aneto ꝑturiētibꝰ Phreneticis quoq́ꝫ illinūt recēs cū polēta. Sic & īfantibꝰ comitiale uitiū, aūt cōtractiōes ſentiētibꝰ. Pythagoras q̄dē nō corripi uitio comitiali in manu habētes. Ideoq́ꝫ q̄plurimū domi ſerendū. Parere quoq́ꝫ facilius olfactantes. Et ſtatim a partu dandū potui polenta aſperſa. Soſimenes contra oēs duritas ex aceto uſus eſt. Eo & contra laſſitudines ī oleo decoquēs addito nitro. Semīe eiꝰ poto laſſitudis auxiliū uiatoribꝰ ſpopōdit. Heraclides ad īflatōes ſtomachi ſemē tribus digitis cū caſtorei obolis duobus ex mulſo dedit. Similiter ad uentris aut īteſtinoꝝ īflatiōes. Et orthopnoicis q̄d ternis digitis ꝓhenderit ſemis, tantūdem hyoſcyami cū lacte aſinino. Mltis uomituris acetabula eiꝰ & folia lauri decē trita in aqua bibēda īter cœnā ſuadēt. Strāgulatiōes uuluæ ſi māduceť & liuať calidū, uľ ſi bibať cū caſtoreo ī aceto & melle ſedat. Vertigines a ꝑtu cū ſemīne cucumeris & liui pari mēſura trinū digitorū uini albi tribꝰ cyathis diſcutit. Cleopolemꝰ ad quartanas trinis digitis ſeminis aniſi & fœniculi uſꝰ eſt in aceto & mellis cyatho uno. Lenit articulares morbos cū amaris nucibꝰ illitū. Sūt & q aſpidū uenēis aduerſari naturā eiꝰ putēt. Vrinā ciet. Siti cohibet. Venerē ſtimulat. Cū uino ſudorē leniter ꝓſtat. Veſtes quoq́ꝫ a tineis defēdit. Efficacius ſemp recēs & quo nigrius Stomacho tamen inutile eſt præterq̄ inflato.

De aneto ſagapenio. & de papauere albo & nigro, & quō ſuccꝰ herbaꝝ colligēdꝰ eſt & de opio. Cap. xviii.

ANetū quoq́ꝫ ructꝰ mouet, & tormina ſedat. Aluū ſiſtit. Epiphoris radices illiuuntur ex aq̄ uel uino. Singultus cohibet ſemen ferueſ olfatum. Sumptum ex aqua ſedat cruditates. Cinis eius uuam in faucibus leuat. Oculos & geniturā hebetat, ſacopenium quod apud nos gignitur in totū tranſmarino alienatur. Illud enim ammoniaci lachrymę ſimile ſagapenion uocatur. Prodeſt laterū & pectoris doloribus, cōuulſis, tuſſibꝰ ueteribꝰ, excreatiōibuſq́ꝫ, præcordiorū tumoribꝰ. Sanat & uertigines, tremulos, opiſthotonicos, lyenes, lūbos, ꝑfrictiones. Dať & olfactādū ex aceto in ſtrangulatu uuluæ Cæteris & potu datur, & cū oleo infricať. Prodeſt & contra male medicamēta. Papaueris ſatiui diximꝰ gn̄a. & ſponte naſcentis alia ꝓmiſimꝰ. Sꝫ ſatiui albi calix ipſe teriť & bibiť ſomni cauſa. Semen elephantiis medetur. E nigro papauere ſapor gigniť ſcapo inciſo, ut Diagoras ſuadet cū turgeſcit, ut Iollas cū defloreſcit hora diei ſereni, hoc eſt cū ros ī eo exaruerit. Incidi iubent ſub capite & calice. Nec in alio gn̄e ipſum inciditur caput. Succꝰ & hic & herbæ cuiuſq́ꝫ lana excipiť. Aut ſi exiguꝰ eſt, ungue pollicis aut lactucis. & poſtero die magis q̄d inaruit. Papaueris uero largus denſať, & ī paſtillos tritus in umbrā ſiccať non ui ſoporifera modo uerū ſi copioſior hauriať, etiā mortifera per ſomnū, opion uocant. Sic ſcimus interēptum Licinii Cecinnæ prætorii uiri patrē in Hiſpania Baiulicō, quoniā ualetudo impatibilis odiū uitæ feciſſet Item plæroſq́ꝫ alios. Qua de cauſa magna concertatio extitit, Diagoras & eraſiſtratus in totū dānauere, ut mortiferū infundi uetantes. Præterea q̄m uiſui noceret. Addidit ✕Androu, ideo nō protinus excęcari eo, q̄m adulteratur alexandriæ. Sed poſtea uſus eius non improbatꝰ ē medicamēto nobili, q̄d diacodion uocant. Semīe quoq́ꝫ eius trito ī paſtillos e lacte utuntur ad ſomnū. Itē ad capitis dolores cū roſaceo. Cum his aurīū dolori inſtillatum. Podagris illinitur cum lacte mulierū. Sic & foliis ipſis utuntur ad ſacros ignes. Item uulnera cū aceto. Ego tn̄ damnauerī collyris addi. Multoq́ꝫ magis q̄s uocāt lexypyretas & quaſq́ꝫ pepticas cœliacas. Nigrū tn̄ in cœliacis uīo dať. Satiuū om̄e magis rotūdat capita. At ſylueſtri longū ac puſillū, & ad oēs effectus ualentius. Decoquitur & bibitur contra uigilias, eadēq́ꝫ aqua fouent ora. Optimis in ſiccis, & ubi raro pluit. Cū capita ipſa & folia decoquuntur, ſuccus meconicū uocatur, multū opio ignauior. Experimentū opii ē primū odore. Syncerum. n. perpeti non mos eſt. Dein in lucernis, ut pura luceat flāma, aut extinctū demū oleat. Quę in fucato non eueniunt. Accenditur quoq́ꝫ difficilius, & crebro extinguitur. Eſt ſynceri experimētū & in aqua quia nebula innatat. Fictum ī ✝poſca coit, ſed maxīe miꝝ æſtiuo ſole deprehēdi, ſynceꝝ. n. ſudat, & ſe diluit, dōec ſucco recēti ſimile fiat. Mneſides optīe ſeruari putat hyoſcyami ſemine adiecto. Alii in faba.

✕Andreas

✝Puſtulas

De empractico & ceratico, & glaucio ſiue paralio, & heraclio, ſiue aphro, & de diacodio. Cap. xix.

INter ſatiua eſt & ſylueſtria mediū genus, quod niſi in aruis eſſet, ſponte naſcereť. Rhiā uocauimus & erraticū. Quidam id decerptum protinus cum toto calice mandunt. Alium exinaniunt capita quinq́ꝫ decocta. In uini tribꝰ heminis pota ſomnum faciunt. Sylueſtriū unum genꝰ Cerati- ✣ ✣cerraticū uocāt, nigrū. cubitali altitudīe, radice craſſa & corticoſa, caliculo īflexo ut cornicula tin. Folia minora & tenuiora q̄ cęteris ſylueſtribus, ſemē exile. Tempeſtiuū eſt meſſibus. Aluū purgat

dimidio acetabulo in mulſo. Folia trita cũ oleo argẽmas iumẽtorũ ſanãt. Radix acetabuli mẽſura cocta in duob⁹ ſextariis, ad dimidias datur ad lumborũ uitia & iocineris. Carbũculis medenť ex melle folia. Quidã hoc gen⁹ Glaution uocãt, alii Paralion. Naſcitur.n.in afflatu maris, aut nitroſo loco. Alteꝝ eſt in ſyluestrib⁹ gñibus Heraclion, uocať ab aliis Aphron. Foliis ſi ꝓcul ituearis ſpeciẽ paſſerũ ꝑſentãtibus, radice in ſũma terræ cute, ſemine ſpumeo. Ex hoc lina ſplẽdorẽ trahunt æſtate. Tundiť in pila comitialib⁹ morbis acetabuli mẽſura ſeminis in uino albo, uomitiones eñ facit. Medicamẽto qđ diacodion & aſteriace uocať utiliſſimũ. Fit aũt hui⁹ papaueris aut cuiuſcũqꝫ ſylueſtris capitib⁹.cxx. in aquæ cœleſtis ſextariis trib⁹ biduo maceratis, in eadẽqꝫ decoctis, deiñ ſiccatis, iterũqꝫ cũ melle decoctis ad dimidias partes uapore tenui. Addidere poſtea drachmas ſenas croci, hypociſtidis, thuris, acaciæ, & paſſi cretici ſextariũ. Hac oſtẽtatione ſimplex quidem & antiqua illa ſalubritas papauere & melle conat.

De titymalo, & archelio, & portulaca ſiue peplio, & coriãdro, & de atriplici. Cap.xx.

TErtiũ genus eſt titymalon, mecona uocãt, alii archalion, folio leui, albo, capiti magnitudis fabæ. Colligiť uua florẽte. Siccať in umbra. Semẽ potum purgat aluum dimidio acetabulo in mulſo. Cuiuſcũqꝫ autẽ papaueris caput uiride, uel ſiccum illitũ epiphoras oculorum lenit. Opiũ ex uino meraculo ſi protinus detur, ſcorpionũ ictib⁹ reſiſtit. Aliq hoc tm̃ nigro tribuũt, ſi capita eius uel folia teranť. Eſt & portulaca quã peplion uocãt, non multũ ſatiua efficacior. Cuius memorabiles uſus tradũť. Sagittaꝝ uenena & ſerpẽtiũ hæmorrhoidũ & * ꝑſigrũ reſtringi, ꝓ cibo ſũpta & plagis ĩpoſita extrahit. Item hyoſcyamo poto e paſſoqꝫ exꝑſſo ſucco. Cũ ĩpa non eſt, ſemen ei⁹ ſimili effectu ꝓdeſt. Reſiſtit & aquarũ uitiis, capitis dolori, ulceribuſqꝫ in uino tuſa & impoſita. Reliq̃ ulcera cõmãducata cũ melle ſanat. Sic & infantiũ cerebro ĩponiť, umbilicoqꝫ ꝓciduo. In epiphoris uero oĩum frõte tẽporibuſqꝫ cũ polẽta. Sed & ipſis oculis e lacte & melle. Eadẽ ſi ꝓcident ꝓdeſt oculis, foliis tritis cum corticib⁹ fabæ. Puſtulis cum polenta & ſale, & aceto ac cæra. Et ulcera oris tumorẽqꝫ gingiuaꝝ cõmanducata cruda ſedat. Item dentiũ dolores Tonſillarũ ulcera ſuccus decoctæ. Quidã adiecere paulũ murre. Nam & mobiles dẽtes ſtabilit commanducata. Cruditates ſedat, uocẽqꝫ firmat, & ſitim arcet Ceruicis dolores cũ galla & lini ſemĩe pari mẽſura ſedat. Mãmarũ uitia cũ melle aut cimolia creta. Salutaris & ſuſpirioſis ſemĩe cũ melle hauſto. Stomachũ in acetariis ſumpta corroborat. Ardentſbus febribus ĩponiť cũ polẽta. Et alias mãducata refrigerat etiã inteſtina. Vomitiones ſiſtit. Dyſẽteriꝗ & uomicis dať ex aceto. uel bibiť cũ cumino. Tenaſmis autẽ cocta & comitialibus cibo uel potu ꝓdeſt. Purgationib⁹ mulierũ acetabuli mẽſura in ſapa Podagris calidis cũ ſale illita & ſacro igni. Succ⁹ eius potus renes iuuat. ac ueſicas. Vẽtris aĩalia pellit. Ad uulnerũ dolores ex oleo cũ polẽta ĩponiť. Neruorũ duritias emollit. Metrodorus q ϖειζομιν τον ϕιλοτιμουμενων ſcripſit, purgatiõib⁹ a partu dãdã cenſuit. Venerem inhibet, uenerĩſqꝫ ſomoia. Prætorii uiri pr̃ eſt Hiſpaniæ priceps, quẽ ſcio ꝓpter ĩpatibiles uuꝗ morbos radicẽ eius filo ſuſpenſam e collo gerere prærerq̃ ĩ balneis, & ita liberatũ incõmodo oñi. Quineriã inueni apđ auctores, caput inde litũ diſtilatiouẽ toto anno nõ ſentire. Oculos tñ hebetare putať. Coriandrũ inter ſylueſtria nõ inueniť. Præcipuũ tñ eſſe couſtat ſtatim ægyptiũ. Valet cõtra ſerpentiũ gen⁹ unũ, qđ amphiſbenas uocãt, potũ impoſitũqꝫ, Sauat & alia uulnera. Epinyctidas puſtulas tritũ. Sic & oẽs tumores collectioneſqꝫ cum melle aut uua paſſa. Panos uero ex aceto tritum Semis graoa tria ĩ tertianis deuorari iubẽt aliq ante acceſſiooẽ. Vel plura ĩlini frõti, ſũt q & ante ſolis ortũ ceruicalib⁹ ſubiici efficaciter putẽt. Vis magna ad refrigerãdos ardores uiridi Vlcera quoqꝫ quꝗ ſerpũt ſanat cũ melle. uľ uua paſſa. Itẽ teſtes ambuſta, carbũculos, aures cũ lacte mľieris. epiphoras oculoꝝ, uẽtris & inteſtinoꝝ fluctiones, Semẽ ex aqua potum bibiť in choleris cũ ruta. Pellit aĩalia interaneoꝝ cũ mali punici ſucco & oleo ſemẽ potũ. Xenocrates tradit rẽ miram, ſi uera eſt. Menſtrua cõtineri uno die, ſi unũ graoũ biberit fœminæ, biduo ſi duo, & totidem diebus ꝙ grana ſumpſeriot. M. Varro coriãdro ſubtrito cũ aceto, carnẽ incorruptã æſtate ſeruari putat. Atriplex & ſylueſtre eſt & ſatiuũ accuſatũ a pythagora taoq̃ faceret hydropicos morboſqꝫ regiões & pallorẽ. Coquiť difficilie: ac oe ĩ hortis qdẽ iuxta id naſci qcq̃ niſi lãguidũ culpauit. Addidere Dyoniſius & Diocles plĩmos gigni ex eo morbos. Nec niſi mutata ſæpius aq̃ coquẽdũ. Stomacho cõtrariũ eſſe lentigines & pabulas gignere. Miror q̄re difficulter ĩ Italia id naſci tradiderit Solon Smyrneus. Hippocrates uuluaꝝ uitiis id infundi cũ beta. Lycus Neapolitan⁹ contra cãtaridas bibẽdũ dedit, Panos furũculoꝫ ĩcipiẽtes: duritias oẽs: uel cocto, uel crudo utiliter illini putãt.

* Præſterum.

Itē ignē ſacrū cū mel'e acero nitroq;,ſilr̄ podagris. Vngues ſcabros detraheť dicit̄ ſiue ulcere. Sūt qui in morbo regio dēt ſemē eius cū melle. Arterias & tōſillas nitro addito perfricēt. Aluū moueant. Cocto aut̄ p ſe, aut cū malua, aut lēticula cōcitantes uomitiōes. Silueſtri capillos tingūt. & ad ſupradicta utunť medicina.

De malua, malope, & althea, & lapario, & oxylapato, & hydrolapato, & hippolaparo, & bubalaparo. Cap. xxi.

E Cōtrario in magnis laudibꝰ malua eſt utraq; & ſatiua & ſylueſtris. Duo gňa earum amplitudine folii diſcernūť. Maiorē græci malopē uocāt i ſatiuis. Alterā ab emolliēdo uētre dictam putār malachē. E ſylueſtribꝰ cui grāde foliū & radices albæ althea uocať ab excellētia effectus a qbuſdā ariſtalthea. Om̄e ſolū i quo ſerunť pinguiꝰ faciūt. Huic cōtra oēs aculeatos ictꝰ efficacior uis, p̄cipue ſcorpionū, ueſparum, ſimiliūq;, & muris aranei. Quin & trita cū oleo q̄libet earum puncti ante, ul' habētes eas nō feriunť. Foliū impoſitū ſcorpionibus torporē afferr. Valent & cōtra ueneua. Aculeos oīs extrahūt illitæ crudę aut cū anetro poræ. Decoctę uero cū radice ſua leporis marini ueneua reſtringūt. Et ut qdā dicūt ſi uomať. De eiſdē mira & alia traduńť. Sed maxime ſi quottidie qs ſucci ex q̄libet earū ſorbeat cyathū dimidiū oibꝰ morbis caritur⁊. Vlcera manātia i capite ſanāt, i urina putrefactę lichenas. Et ulcera oris cū melle. Radix decocta furfures capitis & dentiū mobilitates. Eius quæ unū caulē habet radice circa dentē q doleat punge, donec deſinat dolor. Eadē ſtrumas & parotidas panoſq; addita hoīs ſaliua purgat citra uulnus. Semē in uino nigro potum a pituita & nauſeis liberat. Radix mámarū uitiis ocurrit adalligata i lana nigra. Tuſſim in lacte cocta & ſorbitiōis modo ſūpta qnis diebus emēdat. Stomacho inutiles. Sex. Niger dicit Olympiades thebanus abortiuas eſſe cū adipe anſeris. Aliq purgari fœminas foliis ear⁊ manus plenæ mēſura in oleo & uino ſūptis. Vtiq; cōſtat parturiētes foliis ſubſtratis celeriꝰ ſolui. Protinus a partu reuocāda, ne uulua ſequať. Dat & ſuccū bibendū parturiētibus ieiunis in uino decocta hemina. Qui & ſemē tritū adalligāt brachio genitale uō cōtinentiū. Adeoq; eæ ueneri naſcūtur, ut ſemē unicaulis aſperſu ȝ cubitali fœmiarū auiditates augere ad īfinitū Xenocrates tradat. Itē ȝ tres radices iuxta adalligatas. Teneſmo & dyſentericis utiliſſime īfundi. Itē fœdis uitiis, ul' ſi foueanť. Melancholicis quoq; ſuccus dať cyathis ternis tepidꝰ. Et īſaniētibꝰ q̄ternis. Decoctę comitialibus heminæ ſucci. Hic & calculoſis & inflatione & torminibꝰ, aut opiſthotōico laborātibꝰ tepidus illiniť. Et ſacris ignibus & ambuſtis decocta in oleū folia imponunť. Et ad uulnerū īpetꝰ cruda cū pane, ſuccuꝰ decoctæ neruis p̄deſt & ueſicæ, & inteſtinor⁊ roſiōibus. Vuluas & cibo & īfuſione mollit in oleo. ſuccꝰ decoctæ pori meatus ſuaues facit. Altheæ i oībus ſup̄dictis efficacior radix, p̄cipue cōuulſis ruptiſq;. Cocta in aq̄ aluū ſiſtit. Ex uino albo ſtrumas & potidas, & mámarum inflāmatiōes, & panos i uino folia decocta & illita tollūt. Eadē arida i lacte decocta q̄libet pnicioſæ tuſſi citiſſime medāť. Hippocrates uulneratis ſitiētibuſq; defectu ſāguis radicis decoctæ ſuccū bibēdū dedit. Et eā uulneribꝰ cū melle & reſina. Itē cōuulſis, luxatis, tumētibꝰ, & muſculis neruis articl'is īpoſuit. Et aſmaticis ac dyſentericis i uīo bibēdū dedit. Mirū aquā radice ea addita addēſari ſub diuo, atq; elacteſcere. Efficatior aūt quo recētior. Nec lapatiū diſſīl'es effectꝰ, hn̄t, Eſt aūt ſylueſtre, qd' alii oxalidē appellāt, ſatiuo p̄ximū, foliis aquoſis, coloꝛ betæ candidæ, radice minīa. Noſtri uero rumicē, alii lapariū cantherinū ad ſtrumas cum axungia efficaciſſimū. Eſt & alter⁊ gēnus fere oxylapaton uocāt. Satiuo idē ſimiliꝰ, & acutiora, habet folia rubriora, uō niſi in paluſtribus naſcēs. Sunt qui hydrolaparon tradūt in aq̄ natū. Eſt & aliud hippolaparon maius ſatiuo, cādiduſq; ac ſpiſſius. Sylueſtria ſcorpionū ictibus medenť, & ferire p̄hibeut hn̄tes. Radix aceto decocta ſi coleť ſuccus dētibus auxiliať. Si uero bibať morbo regio, ſemē ſtomachi iextricabilia uitia ſanat. Hippolapati radices priuati ungues ſcabroſos detrahūt, Dyſētericos ſemē duabꝰ drachmis in uino potū biberat. Oxylapati ſemē lotū in aq̄ cœleſti ſanguinē prodeſt reiiciētibꝰ, adiecta acacia lētis magnitudīe p̄deſt. Præſtantiſſimos paſtillos faciūt ex foliis, & radice addito nitro & iure exiguo. In uſu acero diluūt. Sed ſatiuū i epiphoris oculor⁊ illinūt frōtibꝰ. Radice *melicerias *Ceria. & lepras curāt. In uīo uero decocta ſtrumas & poridas & calculos. Pro uino & lienes. Cœliacos q; & dyſentericos & teneſmos. Ex eadēq; oīa efficaciꝰ. Ius lapati & ructus facit, & urinā ciet, & caliginem oculor⁊ diſcutit. Item pruritū corpis in ſolia balnear⁊ additū, ut prius ipm̄ illitum ſine oleo. Firmat & cōmanducata radix dentes. Eadē decocta cum uīo ſiſtit aluū. Folia ſoluūt adiecto ſale. Adiecit Solon neq; ut omittamus bulapaton, radicis tātū altitudine differēs eſt, & erga dyſentericos efficacis effectus potum ex uino.

De ſinapis tribus generibus,& marrubio,& erpillo,& ſiſymbrio, ſiue thymbræo,& de lini ſemine.& blito. Cap.xxii.

SInapis cuius in ſatiuis tria genera diximus,Pythagoras principatū habere ex his quorꝫ ſublīe uis feraṫ iudicauit,qm̄ nō aliud magis in nares & cerebrū penetret. Ad ſerpētiū ictus & ſcorpionū tritū cū aceto illiniṫ Fūgorꝫ uenena diſcutit.Cōtra pituitā teneṫ ī ore dōec liqueſcat, aut gargarizaṫ cū aqua mulſa.Ad dentiū dolorē mandiṫ.Ad uuā gargarizaṫ cū aceto & melle. Stomacho utiliſſimū contra oīa uitia pulmonibuſqꝫ.Excreatiōes faciles facit ī cibo ſumptū. Daṫ & ſuſpirioſis.Item comitialibꝰ tepidū cū ſucco cucumerꝫ.Sēſus atqꝫ ſternutamēta capitis purgat Aluū mollit.Mēſtrua & urinā ciet.Et hydropicis imponiṫ.Cū fico & cumino tuſum ternis ptibꝰ comitiali morbo.Et uuluarꝫ cōuerſionē ſuffitū excitat odore aceto mixto.Item lethargicos.Adiiciṫur tordylion.Eſt aūt id ſemē ex ſili.Et ſi uehemētior ſomnus lethargicos ꝑmat, cruribꝰ aut etiam capiti illiniṫ cū fico & aceto. Veteres dolores thoracis,lumborꝫ,coxēdicū.✣humerꝫ & ī quacunqꝫ pte corpis ex alto uitia extrahēda ſunt illitū cauſtica ui emendat puſtulas faciēdo. Ar ī magna duritia ſine fico īpoſitū,uel ſi uehemētior uirgo timeaṫ per duplices pannos. Vtunṫ ad alopecias cū rubrica,pſoras.lepras,phitiriaſes,lirhanicos,opiſtothonicos.Inungūt quoqꝫ ſcabras gēas, aut caligantes oculos cū melle.Succuſqꝫ tribus mōis exprimiṫ ī fictili,caleſcitqꝫ ī eo & ī ſole modice.Exit & e cauliculo ſuccus lacteus.qui ita cū induruit,dentiū dolori medeṫ. Semen ac radix cū īmaduere,muſto cōterunṫ.Manuſqꝫ plenæ mēſura ſorbenṫ ad firmādas fauces,ſtomachū,oculos caput.ſenſuſqꝫ oēs.Mulierū etiā laſſitudines ſaluberrio genere medicīæ. Calculos quoqꝫ diſcutit potū ex aceto.Illinūṫ & liuoribꝰ ſuggillatiſqꝫ cū melle & adipe anſerio, aut cæra cypria.Fit & oleum ex ſemie madefactoin oleo expſſoqꝫ. quo utūṫ ad neruorꝫ rigores,lūborꝫqꝫ & coxendicū pfrictiōes Siapis naturā effectuſqꝫ eoſdē hr̄e tradiṫ adarca īter ſyluas tracta in cortice calamorꝫ ſub īpa coma naſcēs.Marrubiū plerīqꝫ inter prias herbas cōmendauere,quē græci praſion uocant,alii linoſtrophon,nōnulli philopeda,aut *philocares,notius q̄ ut indicandū ſit.Huiꝰ folia ſemēqꝫ cōtrita pſunt cōtra ſerpētes,pectorꝫ & lateris dolores,tuſſim ueterē.Et iis q̄ ſāguinē eiiciūt eximie utile,ſcapis eius cū panico aq̄ decoctis,ut aſpitas ſuccis mitigeṫ. Impōiṫ ſtrumis cū adipe.Sūt q uiridis ſemē q̄tū duobꝰ digitis capiāt,cū faris pugillo decoctū,addito exiguo olei & ſalis ſorbere ieiunos ad tuſſim iubeāt. Alii nihil compant.In eadē cā marrubii & fœniculi ſuccis ad ſextarios ternos expſſis decoctiſqꝫ ad ſextarios duos,cū addito mellis ſextario rurſus decocto ad ſextarios duos,ſi cochleatii mēſura ī die ſorbeaṫ ī aquę cyatho.Et uiriliū uitiis tuſum cū melle mire ꝓdeſt Lichenas purgat ex aceto.Ruptis cōuulſis ſpaſmatū neruis ſalutare.Potū aluū ſoluit cū ſale & aceto.Itē mēſtrua & ſecūdas mulierꝫ.Arida farina cū melle ad tuſſim ſiccā efficaſſima eſt.Itē ad cācrenas & pterygia,Succꝰ uero arciculis e naribꝰ morbo regio,minuēdæqꝫ bili cū melle ꝓdeſt.Itē cōtra uenena inter pauca potēs.Ipa herba ſtomachū & excreatiōes pectoris purgat,Cū iride & melle urinā ciet,Cauēda tamē exulceratæ ueſicæ & renū uitiis.Diciṫ ſuccus charitatē oculorꝫ adiuuare.Caſtor marrubii duo genera tradit.Nigrū,& quod magis probat candidū.In ouū inane ſuccū adiicit his,ipmqꝫ ouū infundit melle æquis portionibꝰ tepefactū,uomicas rūpere,purgare,perſanare ꝑmittēs.Illitis etiā uulneribus a cane factis tuſa cū axungia ueteri.Serpillū a ſerpēdo putāt dictū,Quod in ſylueſtri euenit,ī petris maxīe.Satiuū nō ſerpit.ſed ad palmi altitudinē increſcit. Pinguiꝰ uolūtariū & cādidoribus foliis & ramis,aduerſus ſerpētes efficax maxīe cēchrin & ſcolopēdras terreſtres ac marias.Et ſcorpiōes decoctis ī uīo ramis foliiſqꝫ.Fugat & odoṙ,cominꝰ ſi uraṫ Et cōtra marinorꝫ uenena ꝑcipue ualet.Capitis doloribꝰ decoctū ī aceto illiniṫ tēporibꝰ ac fronti cū roſaceo.Itē freneticis,lethargicis,cōtra tormia,& urinę difficultatē,angīas,uomitiōes drachmis q̄ttuor datur.Ex aqua bibiṫ & ad iocinerū dolores.Folia obolis q̄ttuor danṫ ad lyenē ex aceto Ad cruētās excreatōes teriṫ ī cyathi duobꝰ aceti & mellis.Siſymbriū ſylueſtre a qbuſdā thymbrēū appellatū,pedali nō ampliꝰ altitudine qď ī riguis naſciṫ ſiīe naſturtio eſt.Vtrūqꝫ efficax aduerſus aculeata aīalia,ut ſunt crabrones & ſimilia.Quod ī ſicco ortū odoratū eſt,inſeriṫ coronis anguſtiore folio.Sedāt utraqꝫ capitis dolorē.Itē apiphoras,ut Plinius tradit.Alii panē addūt.Alii per ſe decoquūt in uino.Sanar & epinyctidas,cutiſqꝫ uitia in facie mulierū ītra q̄rtū diē noctibus īpoſitū diebuſqꝫ detractū.Vomitiōes,ſingultꝰ,tormia,ſtomachi diſſolutiōes cohibet ſiue in cibo ſūptū,ſiue in ſucco potū.Non edendū grauidis,niſi mortuo cōceptu.Quippe ēt īpoſitū eiicit.Mouet urinā cū uino potū.Sylueſtre & calculo,quos uigilaṫ opꝰ ſit excitat īfuſum capiti cū aceto.Li

✣ Lienū

*Philophares.

ni ſemẽ cũ aliis qdem in uſu eſt. Et per ſe mulierũ cutis uitia emẽdat ĩ facie. Oculoꝝ aciẽ ſucco adiuuat. Epiphoras cũ thure & aqua, aut cũ myrrha. Cũ uĩo ſedat parotidas. Cũ melle aut adipe, aut cæra ſtomachi ſolutiones inſpſum polentæ mõ. Anginas in aq̃ & oleo decoctũ, & cũ aniſo illitũ, Torreť ut aluũ ſiſtat. Cœliacis & dyſentericis ĩponiť ex aceto. Ad iocineris dolores eſtur cum uua paſſa. Et ad phthiſin utiliſſime. Semine fiunt & eligmata. Muſculoꝝ, neruoꝝ, articulorũ, ceruicũ duritias. Cerebri mẽbranas mitigat faria ſemis nitro, aut ſale, aut cieť additis. Eadẽ cũ fico item concoqt ac maturat. Cũ radice uero cucumeris ſylueſtris extrahit quecũq; corpori ĩhærẽt. Sic & fracta oſſa, ſerpe ulcus in uino decocta ꝓhibet. Eruptiones pituitæ cũ melle emẽdat. Vngues ſcabros cũ pari modo naſturtii, & teſtiũ uitia & ramices cũ reſina & murra, & cãchrenas ex aq̃. Stomachi dolores cũ fœno græco ſextariis utriſq; decoctis in aq̃ mulſa. Inteſtinoꝝ & thoracis ꝑnicioſe uitia clyſtere in oleo & melle. Blitũ iners uideť ac ſine ſapore, aut acrimonia ulla. Vñcõuitiũ fœminis apud Mẽandrũ faciũt mariti, Stõacho ĩutileẽ. Vẽtrẽ adeo turbat, ut cholerã faciat aliqbus Diciť tñ aduerſus ſcorpiões potũ uĩo ꝓdeſſe, & clauibꝰ pedũ illini. Itẽ lyẽi & tẽpoꝝ dolore ex oleo Hippocrates menſtrua ſiſti eo cibo putat.

De meu & fœniculo, & hippomarathro, uel myrſeneo, & canabi, & de ferula, & carduis. Cap. xxiii.

MEu in Italia nõ niſi a medicis ſeriť, & iis admodũ paucis. Duo gña eius. Nobilius athamãticũ uocãt illi, ab athamãte inuentũ. Hi qm̃ laudatiſſimũ in athamãte repiať, foliis aniſo ſĩlẽ, & caule aliquãdo * bipedali, radicibus multis & obnigris, quibuſdã altiſſimis. Minus ruſum q̃ illud alterũ. Ciet urinã in aq̃ potũ radice tricta uel decocta. Inflatiões ſtõachi mire diſcutit. Itẽ tormina & ueſicæ uitia, uuluaꝝq; articulis cũ melle. Infãtibus cũ apio illitũ imo uentri urinas mouet. Fœniculum nobilitauere ſerpẽtes, guſtatu ut diximꝰ ſenectã exuẽdo, oculorũq; aciẽ ſucco eiꝰ reficiẽdo. Vnde itellectũ eſt holem quoq; caliginẽ ꝑcipue eo releuari. Colligiť hoc caule turgeſcente. In ſole ſiccať, inũgiť in melle. Vbiq; hoc eſt. Laudatiſſimũ tñ in Hiberia e lachrymis fit & ex ſemine recenti. Fit etiam e radicibus prima germinatione inciſis. Eſt & in hoc gñe ſylueſtre, qď alii hippomarathron, alii myrſeneũ uocãt, foliis maioribꝰ, guſtu acrioř, ꝓceriꝰ brachiali craſſitudĩe, radice cãdida. Naſciť in calidis, ſed ſaxoſis, Diocles & aliud hippomarathri genꝰ tradit, longo & anguſto folio, ſemĩe coriãdri. Medicinæ in ſatiuo ad ſcorpionũ ictus & ſerpentiũ ſemine in uino poto. Succus & auribus inſtillať, uermiculoſq; in his necat. Idipm̃ condimentis ꝓpe oibus inſeriť. Oxyporis etiã aptiſſimũ. Quin & cruſtis ſubditur panis. Semen ſtomachũ diſſolutũ aſtringit, uel in febribus ſumptũ. Nauſeam ex aqua tritum ſedat. Pulmonibꝰ & iocineribꝰ laudatiſſimũ. Ventrẽ ſiſtit cum modice ſumiť, urinã excitat, & tormina mitigat totũ decoctũ, Lactiſq; defectu potum mãmas replet. Radix cum ptiſana ſumpta renes purgat, ſiue decocto ſucco, ſiue ſemine ſumpto. Prodeſt & hydropicis radix ex uino cocta. Itẽ conuulſis illinunť folia tumoribꝰ. Ardentes ex aceto calculos ueſicæ pellũt. Geniturę abundantiã quoq; mõ hauſtũ facit. Verẽdis amiciſſimũ, ſiue ad fouẽdũ radice cũ uino cocta ſiue cõtrita in oleo illitũ. Multi tumoribus, & ſuggillatis cum cæra illinũt, & radice ĩ ſucco, uel cũ melle cõtra canis morſum utunť, & cõtra multipedem ex uino. Hippomarathron ad oĩa uehemẽtius. Calculos ꝑcipue pellit. Prodeſt ueſicæ cũ uĩo leui, & fœminaꝝ mẽſtruis, efficaciꝰ in eo ſemen q̃ radix. Modus in utroq; quod duobꝰ digitis trito addiť in potionẽ. Petriclius q ophiaca ſcripſit, & Micon qui rhizitommena aduerſus ſerpẽtes nihil hippomarathro efficaciꝰ putauere. Sane & Nicãder nõ in nouiſſimis poſuit. Canabis ĩ ſyluis primũ nata eſt, nigriore folio & aſpiore. Semẽ eius extinguere geniturã uirorũ diciť. Succꝰ ex eo uermiculos auriũ & quodcũq; ĩtrauerit eiicit, ſed cũ dolore capitis Tant aq; uis ei eſt, ut aquæ ĩfuſa coagulare eã dicať. Et ideo iumẽtoꝝ aluo ſuccurrit pota ĩ aqua. Radix cõtractos articlos emollit in aq̃ cocta. Item podagras & ſĩles impetus. Ambuſtis cruda illiniť, ſæpiꝰ ſed mutať, priuſq; areſcat. Ferula ſemẽ ſimile aneto habet. Quæ ab imo caule diuidiť a cacumĩe, fœmina putať. Caules edunť decocti cõmendanťq; muſto ac melle. Stomacho utiles. Sin plures ſumpti, capitis dolores faciũt. Radix denarii pondere ĩ uini cyathis duobus bibitur aduerſus ſerpẽtes. Et ip̃a radix imponiť. Sic & tormibꝰ medeť. Ex oleo aũt & aceto & cõtra ſudores ĩmodicos, uel ĩ febribꝰ ꝓficit. Succꝰ ferulæ aluũ ſiſtit fabæ magnitudĩe deuoratuſq;. E uiridi ferula muſculꝰ utilis ẽ ad oĩa ea uitia Ad ſanguinẽ ſiſtendũ decem grana ſeminis bibunť ĩ uino trita uel medulla. Sũt qui comitialibus morbis dandũ putãt luna quarta, ſexta ſeptima, ligulæ menſura. Natura ferulaꝝ murenis ĩfeſtiſſima eſt. Tactæ ſiqdem ea moriunť. Caſtor radicis ſuccum & oculoꝝ claritati cõferre multum pu

* Bicubitali.

tauit, & de carduorũ ſatu inter horteſia diximus. Quapropter & medicinã ex iis non diffe ramus. Syluestriũ genera ſunt duo. Vnũ fructicoſiꝰ a terra ſtatim. Alterum unicaule craſſius. Vtriq; folia pauca, ſpioſa, muricatis cacumibus. Sed alter florẽ purpureũ mittit iter medios aculeos celeriter caneſcentẽ, & abeuntẽ cũ aura. Scolymon græci uocant. Hic anteq̃ floreat cõtuſus atq; exp̃ſſus il lito ſucco alopecias replet. Radix cuiuſq; ex aq̃ decocta potatoribus ſiti facere narrat̃. Stomachũ corroborat, & uuluis ſi credimus etiã cõferre aliquid tradit̃, ut mares gignant̃. Ita enim Cherias Athenienſis ſcripſit, & Glaucias qui circa carduos diligentiſſimus uidetur. Manducatꝰ carduꝰ hic odorem cõmendat oris.

Coofectio tyr acæ, compoſitio medicaminis Antiochi. Cap. xxiiii.

SEd ante diſceſſum ab hortenſibus unam compoſitiooem ex his clariſſimã ſubtexemus aduerſus uenenata animalia, inciſam lapide uerſibus in limine ædis Aeſculapii. Serpilli duum denariorum põdus. Opoponacis & milii tãtũdem ſingloꝝ. Trifolii põdus denarii. Aneti & fœoiculi ſeminis, & aniſi, & amii, & apii denariorũ ſenũ & ſinglis generibꝰ, erui farinæ duodeci. Hæc tuſa cribrataq; uio q̃rũ poſſit excellẽti digerũt̃ i paſtillos, uictoriati põdet̃. Ex iis ſinglĩ dant̃ ex uini mixti cyathis ternis. Hæc tyriaca magnus rex antiochus aduerſus om̃ia uenena uſus traditur.

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER .XXI. PROOEMIVM.

De natura floꝝ & coronamentoꝝ, de mira florũ uarietate. Cap. i.

IN hortis ſeri & coronamẽta iuſſit Cato iocnarrabili florum maxime ſubtilitate qñ nulli põt facilĩꝰ eſſe loqui q̃ rerum naturæ pingere, laſciuienti p̃ſertim & io magno gaudio fertilitatis tam uarie ludenti. Quippe reliqua uſus alimentiq; g̃ra genuit. Idcoq; ſ̨ecula annoſq; tribuit iis. Flores uero odoreſq; de die in diẽ gignit. Magna, ut palã eſt admonitiõe hoim, q̃ ſpectatiſſime floreãt celerrime marceſcet̃. Sȝ ne pictura q̃dẽ ſufficiẽti imagini coloꝝ reddẽdę, mixturãq; uariati ſiue alterni atq; m̃ltiplices iter ſe nectãt̃, ſiue ꝓatis geneꝝ ſũiculis I orbẽ, in obliquũ, in ambitum, quædam corooæ per coronas currunt.

De ſtrophiolo ſerto, & qui primum flores miſcere cœperit, & quando primum corolla inuenta, uel appellata, & quare. Cap. ii.

TEnuioribus utebantur antiqui ſtrophia appellãtes, unde nata ſtrophiola. Quin & uocabulum ip̃m tarde inde cõmunicarũ eſt inter ſacra tantum & bellicos honores coronis ſuũ nomen uindicantibus. Cũ uero a floribus fierent ſerta, a ſerendo ſeruiæ appellabantur. Quod apud græcos quoq; nõ adeo antiq̃tus placuit. Arboꝝ cũ ramis coronari in ſacris certaminibus, mos erat primũ. Poſtea uariari cœptũ mixtura uerſicolores, florũq; iuicẽ odores coloreſq; accendere Sicyoni ex ingenio Pauſię pictoris, atq; Glyceræ coronariæ dilectæ admodũ illi cũ opa eius pictora imitaret̃, & illa ꝓuocans uariaret, eſſetq; certamẽ artis ac naturę. Quales etiã nunc extant artificis illius tabellę, atq; in primis appellata ſtephanoplocos qua pinxit ipſam. Idq; factum eſt poſt olympiadẽ centeſimã. Sic coronis e floribus receptis paulo mox ſubire qoæ uocant̃ egyptię, ac deinde hybernæ, tum cũ terra flores negat, ramẽto e cornibꝰ tincto. Paulatimq; & Romæ ſubrepſit appellatio corollis inter initia ꝓpter gracilitatẽ nom̃iatis, mox & corollariis, poſtq̃ e lamina ærea tenui inaurata aut inargentata dabantur.

Quis primũ coronã foliis aureis & argenteis dedit, & de hooore coronaꝝ apud antiquos, & de Scipionis honore, & de pactilibus coronis, & Cleopatræ reginæ facta. Cap. iii.

CRaſſus diues primꝰ argẽto auroq; folia imitatꝰ ludis ſuis coronas dedit. Acceſſerũt quoq; & lemniſci, quos adiici ip̃aꝝ corooaꝝ honos erat ꝓpter hetruſcas quibus iungi niſi aurei non debebant. Puri diu fuere ii. Cclare eos primum inſtituit. P. Claudius Pulcher, bratthcaſq; etiã Philyræ dedit. Semp tñ auctoritas uel ludicro quæſitaꝝ fuit. Namq; ad certamina in circũ p ludos & ip̃i deſcẽdebãt, & ſeruos ſuos quoſq; mittebãt. Inde illa. xii. tabulaꝝ lex. Qui coronã parit. Ipſe pecuniãue eius. Virtutis ergo arguitur, quã ſerui equiue meruiſſent. Pecuniam partam lege dicit, nemo dubitauit. Quis ergo honos ut ipſi mortuo, parẽtibuſq; eius dũ intus poſitꝰ eſſet foriſue ferret̃, ſine fraude eſſet ĩpoſita. Alias in uſu ꝓmiſcuo ne ludicræ quidẽ erãt, ingẽſq; & his ſeueritas. L. Fuluius argẽtarius bello punico ſecũdo cũ corona roſacea interdiu e ꝑgula ſua i foꝝ

melle.Tuſſim,tormia,inflatiões pota.Lienes ex aceto.Cõtra ſerpétiũ & araneorũ morſus ex poſca ualet.Cõtra ſcorpiões duaꝝ drachmaꝝ põdere in pane uel aq̃ ſumiť.Contra canũ morſus ex oleo ipoiť.Et cõtra pfrictiones.Sic & neruoꝝ dolorībꝰ.Lũbis uero & coxẽdicibꝰ cum reſina illiniť.Vis cõcalfactoria.Naribus ſubdura ſternutaméta mouet,caputq̧ purgat.Dolori capitis cotõeis malis aut ſtruteis illiniť. Crapulas quoq̧ orthopnœas diſcutit.Vomitões cit duobꝰ obolis ſumpta.Oſſa fracta extrahit ipoſita cũ melle.Ad paronychias farina eiꝰ utunť.Cũ uino ad clauos uel uerrucas.Triduoq̧ non ſoluiť.Halitus oris cõmáducata abolet,alarũq̧ uitia.Succo duritias oẽs emollit.Somnũ cõciliat.Sed genituras cõſumit.Sedis rimas & cõdylomata.Omniaq̧ i corpe excreſcẽtia ſanat.Sũt q ſylueſtré xyrin uocẽt.Strumas hæc uel panos uel ingu1a diſcutit.Prĉcipiť ſiniſtra manu lecta ad hos uſus ſeruef,colligẽteſq̧ dicát cuius hoĩs utiq̧ cauſa eximát.Scelꝰ herbariorũ aperiť in hac mentione partem eius ſeruantiũ,& quarundá aliarum herbaꝝ ſicuti plátaginis ſubſtituentiũ,ſi parum mercedis tuliſſe ſeſe arbitranť.Rurſuſq̧ ut plus operis acquirát partem eam quá ſeruauere eodẽ loco ĩfundiũt.Credo ut uitia quæ ſanauerit faciát rebellare.Salĩũcę radix in uino decocta ſiſtit uomitiõęs.Corroborat ſtomachũ.Polio Muſæus & Heſiodus pongi iubẽt dignatiõis gr̃a.Gloriæq̧ auidos Poliũ tractaſ coleſ.Poliũ cõtra ſerpẽtes ſubſterniť uľ portatur.Medici in uino decoquũt recens,uel aridũ,illinũtq̧ uel ſpleneticis ꝑpinant ex aceto.Morbo regio in uino.Et hydropicis incipiẽtibus ĩ uino decoctũ.Vulneribꝰ quoq̧ ſic illinũr.Secũdas mulierũ partuſq̧ emortuos repellit.Item dolores corpis.Veſicas inanit.Et epiphoris illiniť.Nec magis alia herba conuenit medicaméto qď alexipharmacon uocant.Stomacho tamẽ inutile eẽ. Caputq̧ eo ĩpleri,& abortũ fieri poto,aliqui negant.Ad religioné addunt ubi inuentũ ſit,protinus ad alligandũ contra oculoꝝ ſuffuſionem,cauendũq̧ ne terram attingat.Hĩ & folia eius thymo ſimilia tradunt,niſi ꝙ molliora ſũt,& lanatiore canicie.Cũ ruta ſylueſtri,&ſi teraſ ex aq̃ celeſti aſpidas mitigare diciť.At nõ ſecꝰ atq̧ ♣cyamꝰ aſtringit & cohibet uulnera,ꝓhibetq̧ ſerpere. Helochryſos medeť ſtrãguriæ ĩ uino pota,& oculorũ epiphoris illita.Cũ fæce uero uini cremata in polẽta lichenas emẽdat.Chryſocomes radix calfacit & ſtringit.Datur potui ad iocineꝝ uitia. Item pulmoné.Vuluæ dolores in aqua mulſa decocta.Ciet mẽſtrua.Et ſi cruda detur,hydropicorum aquá ſiſtit.Melliſſophyllo ſiue melitena ſi perungaſ aluearia,non fugiẽt apes.Nullo eñ magis gaudẽt flore.Copia iſtius examina facillime cõtinenť.Item præſentiſſimum eſt contra ictus eaꝝ,ueſparumq̧ & araneoꝝ.Item ſcorpionum.Item contra uuluarum ſtrangulationes addito nitro.Contra tormina c uino.Folia eiꝰ ſtrumis illinunť,& ſedis uitiis cum ſale decocta.Succꝰ fœminas purgat,& inflationes diſcutit,& ulcera ſanat.Articularios morbos ſedat.Caniſq̧ morſus. Prodeſt dyſentericis ueteribꝰ,&cœliacis,&ortopnoicis,lyenibꝰ,ulceribꝰ,thoracis.Caligines oculorũ ſucco cũ melle inũgi eximiũ habeť.Melilotos quoq̧ oculis medeť cu lacte,aut cũ lini ſemine.Maxillaq̧ quoq̧ dolores lenit.Et capitis cũ roſaceo.Itẽ aurium e paſſo.Quæq̧ i manibꝰ intumeſcũt uel erũpunt Stomachi dolores in uino decocta,uel cruda tritaq̧.Idem effectus eſt ad uuluas.Teſtes uero & ſedem prociduá,quæq̧ ibi ſunt uitia recens ex aqua decocta,uel ex paſſo.Adiecto roſaceo illinũť ad carcinomata.Deferueſcit in uino dulci.Peculiariter & cõtra meliceridas efficax.

♣Cytinus.

De trifolio,& thymo,& hemorocalle,& de heleoio,& ambrotono. Cap.xxi.

TRifoliũ ſcio credi ꝓualere contra ſerpentiũ ictus,& ſcorpionum ex uino,aut poſca ſeminis granis uiginti potis.Vel foliis,& tota herba decocta.Serpenteſq̧ nunquá in trifolio aſpici. Præterea celebratis auctoribus cõtra omnia uenena pro antidoto ſufficere.xxv.grana eius qď minyanthes ex eo appellauimus tradi.Multa alia ꝑterea in remediis eiꝰ aſcribi.Sed me cõtra ſententias eorum grauiſſimi uiri auctoritas mouet.Sophocles eñ poeta uenenatũ id dicit.Simꝰ quoq̧ medicus decocti aut cõtriti ſuccũ infuſum corpori eaſdẽ uredines facere quaſi pcuſſis a ſerpente ✱imponaſ.Ergo nõ aliter utendũ eoq̧ cõtra uenena cõſueuerunt.Fortaſſis.n & iis uenenis iter ſe cõtraria ſit natura,ſicut mľtis aliis.Itẽ animaduerto ſemẽ eiꝰ cuiꝰ minima ſint folia utile eẽ ad cuſtodiẽdá mulieꝝ cutis gratiá in facie illitũ.Thymũ colligi oportet in flore,& in umbra ſiccari. Duo aũt ſunt genera eius.Candidũ,radice lignoſa,in collibꝰ naſcens,qď & præferť.Alteꝝ nigrius floriſq̧ nigri.Vtraq̧ oculoꝝ claritati multũ cõferre exiſtimantur.Et in cibo & medicamentis Itẽ diutinæ tuſſi +ecligmate faciles excreatiões facere cũ aceto & ſale.Sãguinẽ cõcreſcere nõ patiť c melle.Lõgas fauciũ diſtilatiões extra illita cũ ſinapi extenuaſ.Itẽ ſtomachi & uẽtris uitia.Medice tamen utendũ eſt.Cõdylomata excalfaciũt,quáuis ſiſtunt aluũ,quę ſi exulcerata ſit denarii põ-

✱Supfluit uerbũ ſponaſ.
+Et legmate.

dus ĩ ſextariũ aceti & mellis addi optet. Itẽ ſi lateralis dolor ſit, aut ĩter ſcapłas, aut ĩ thorace. Præcordiis medenť ex aceto cũ melle. Quæ porio dať & in alienatione mẽtis ac melãcholicis. Dať & comitialibꝰ, quos correptos olfatus excitat thymi. Aiũt & dormiř eos optere ĩ molli thymo. Prodeſt & ortopnoicis & anhelatõi, mulierũq; mẽſibꝰ retardatis. Vel ſi emortui ſint in utero pꝰ decoctũ ĩ aq̃ ad tertias. Viris uero cõtra ĩflatões cũ melle & aceto. Et ſi uẽter turgeat. Teſteſue aut ueſicæ dolor exigat. E uino tumores & ĩpetus tollit ĩpoſitũ. Itẽ cũ aceto callũ & uerrucas. Coxendicibus ĩponiť cũ uino articularibꝰ morbis triũ oboloꝝ põdere in tribꝰ cyathis aceti & mellis. Et in faſtidio tritũ cũ ſale. Hemorocalles pallidũ e uiridi & molle foliũ hẽr, radicẽ odoratã atq; bulboſã. Quę cũ melle ĩpoſita uẽtri aquã pellit, & ſanguinẽ ẽt iutilẽ. Folia epiphoris oculoꝝ, mãmarũq; poſt partũ doloribꝰ illinunť. Heleniũ ab Helenæ lachrymis diximus natũ. Fauere crediť formæ. Cutẽ mulieꝝ in facie reliquoq; corpe nutrire incorruptã. Præterea putãt uſu eius quandã datam gratiã iis, uenereq; cõciliari. Attribuũt & hilaritatis effectũ eidẽ potæ in uino, eũq; quẽ habuerit Nepẽthes illud p̃dicatũ ab Homero, q̃ ea triſtitia oĩs aboleať. Eſt aũt ſucci p̃dulcis. Prodeſt & ortopnoicis. Traditio radicis eius in aqua ꝓdeſt ieiunis. Eſt aũt cãdidus intus & dulcis. Bibitur & contra ſerpentiũ ictus ex uino. Mures quoq; cõtrita dicitur necare. Abrotanũ duorũ traditur generum. Campeſtre ac mõtanũ. Hoc fœminã, illud marem intelligi uolumus. Amaritudo abſynthii in utroq;. Siculũ laudatiſſimũ, dein gallicum. Vſus eſt & foliis, ſed maior ſemine ad calfaciendum. Ideo neruis utile, tuſſi, ortopnoicis, cõuulſis, ruptis, lũbis, urinę anguſtiis. Datur bibẽdũ manualibus faſciculis decoctis ad tertias partes. Ex his quaternis cyathis bibiť. Dať & ſemẽ tuſum in aqua drachmæ põdere. Prodeſt & uuluæ. Coquiť panis cũ farina hordeacea, & oculoꝝ inflammationibus illinitur. Cotoneo malo concocto ſerpentes fugat. Cõtra ictus eaꝝ bibiť cum uino, illiniturq;. Efficaciſſimũ contra ea quoꝝ ueneno tremores & frigus accidũt ut ſcorpionũ & phalangioꝝ, & contra uenena alia pota. Prodeſt & quoquo modo algẽtibus, & ad extrahẽda ea quæ inhærẽt corpibꝰ. Pellit & interaneoꝝ mala. Ramo eiꝰ ſi ſubiciať puluino uenerẽ ſtimulari aiũt. Efficaciſſimamq; herbam contra omnia ueneficia quibus coitus inhibeatur.

Ex leucanthemo & ſanſuco medicinæ: Cap. xxii.

LEucanthemũ ſuſpirioſis medeť, duabus partibus aceti permixtum. Sanſucũ ſiue amaracum in Cypro laudatiſſimũ & odoratiſſimum. Scorpionibus aduerſatur ex aceto & ſale illitum. Menſtruis quoq; multũ cõfert impoſitum. Minor eſt eidẽ poto uis. Cohibet & oculoꝝ epiphoras cũ polẽta. Succus decocti tormina diſcutit, & urinis & hydropicis utile. Mouet & narium ſternutamẽta. Fit ex eo oleũ quod ſanſucinũ uocať, aut amaracinũ ad excalfaciẽdos emoliẽdoſq; neruos, & uuluas calefacit. Et folia ſuggillatis cum melle, & luxatis cum cæra proſunt.

De Anemona medicinæ. Cap. xxiii.

ANemonas coronarias tñ diximus. Nũc reddemus & medicas. Sunt qui phernion uocent. Duo eiꝰ gña. Sylueſtris prĩa. Altera in cultis naſcens. Vtraq; ſabuloſis. Huiuſq; plures ſpecies. Aut eñ phœniceũ florem habet, quæ & copioſiſſima eſt, aut purpureum, aut lacteum Haꝝ triũ folia apio ſiĩa. Nec temere ſemipedalẽ altitudinẽ excedũt, cacumĩe aſpatagi. Flos nũq̃ ſe apit niſi uẽto ſpirãte, uñ & nomẽ accepit. Sylueſtri amplitudo maior, latioribuſq; foliis, flore phœniceo. Hãc errore ducti Argemonẽ putãt multi. Alii ruſꝰ papauer. qđ rhyan appellauimꝰ. Sꝫ diſtĩctio magna, q̃ utraq; hęc poſtea floret. Nec aut ſuccũ illaꝝ anemonæ reddũt, aut calices hñt. nec niſi aſpagi cacumẽ. Proſũt anemonæ capitis doloribus & ĩflãmationibꝰ, uuluis mulierũ lacti quoq;. Et mẽſtrua cient cũ ptiſana ſũpræ, aut uellere appoſitæ, Radix cõmãducata pituitã trahit. Dẽtes ſanat, decocta oculorũ epiphoras. Magi multũ q̃dẽ iis tribuere. Quã primũ aſpiciať eo anno tolli iubẽtes, diciq; colligi eas tertianis & q̃rtanis remedio. Poſtea alligari florẽ pãno roſeo, & ĩ umbra aſſeruari, ita cũ opꝰ ſit alligari. Quę ex his phœniceũ florẽ habet, radice cõtrita. cuicũq; animaliũ impoſita ulcerum facit ſtipticam uim. Et ideo expurgandis ulceribus adhibetur.

Ex œnanthe medicinæ. Cap. xxiiii.

OEnãthe herba naſciť in petris folio paſtinacæ, radice magna, numeroſa. Caulis eius & folia cũ melle ac uino nigro pota facilitatẽ pariẽdi p̃ſtant, ſecũdaſq; purgant. Tuſſim e melle tollunt. Vrinam cient. Radix e ueſicæ uitiis medetur. a

De heliochryſo medicinæ. Cap. xxv.

HElio chryſim, qđ alii chryſanthemon uocát, ramulos habet candidos, folia ſubalbida, ambrotono ſilia, ad ſolis repcuſſum aureæ lucis in orbé, ueluti corymbis dependentibus, qui nunq̃ mareeſcūt. Qua de cauſa deos coronãr illo. Quod diligentiſſime obſeruauit Ptolemeus rex ægypti, Naſcit̃ in frutetis. Ciet urinas e uino pota: & menſes. Duritias & iſlámatiões diſcutit. Ambuſtis cū melle imponit̃. Cõtra ſerpentū ictus & lumborū uitia bibitur. Sanguiné concretū uétris ac ueſicæ abſumit cū mulſo. Folia ei⁹ triū oboloꝝ põdere ſiſtunt ꝓfluuia mulieꝝ in uino albo. Veſtes tuetur odore non in eleganti.

Ex hyacintho medicinæ. Cap. xxvi.

HYacinthus in gallia, eximie ꝓuenit. Hoc ibi ✣ loco hyſginū tīgit. Radix é bulbacea mãgonicis uenalitiis pulchre nota. Quę ĩ uino dulci illita pubertaté coercet. & nõ patit̃ erūpere. Tormib⁹ & araneoꝝ morſibus reſiſtit. Vriná impellit, Cõtra ſerpéſes & ſcorpiões morbumq; regiū ſemé ei⁹ cū ambrotono datur, lychnis quoq; flãmea illa aduerſ⁹ ſerpétes, ſcorpiões, crabrones: ſimiliaq; bibit̃ e uino ſemine trito. Syluestris eadé ſtomacho iutilis, Aluū ſoluit. Ad detrahendã bilé efficaciſſima duab⁹ drachmis. Scorpionib⁹ adeo cõtraria, ut oíno uiſa ea torpeſcant. Radicé ei⁹ Aſiani boliton uocant. Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur. ✣ p coccco.

Ex uincaperuinca medicinæ. Cap. xxvii.

ET uincapuinca ſiue chamedaphne arida tuſa hydropicis dat̃ in aq̃ cochleari menſura. Celerrime reddūt aquã Eadé decocta in cinere ſparſa uiuo tumores ſiccat. Auribus ſucco medet̃ * Aluini ſ ĩpoſita multū ꝓdeſſe dicit̃. Ruſci radix decocta bibit̃ alternis diebus ĩ calculoꝝ ualetudine, & toruoſiore urina, uel cruéta. Radicé pridie erui oportet poſtero mane decoqui. Ex eo ſextario uini cyathis duobus miſceri. Sūt qui & crudã radicé tritá ex aq̃ bibát, & ĩ totū ad uirilia cauliculis ei⁹ ĩ uīo & aceto tritis nihil utilius putát Batis quoq; aluū mollit. Illinit̃ podagricis toſta & cõtuſa, Acinum coronaꝝ cauſa & ciborū ægyptii ſerūt. Eadéq; erat q̃ ocymū niſi hirſutior ramis ac foliis eét, & admodū odorata. Ciet menſes & urinas, * Aluis.

Ex colocaſia medicinæ. Cap. xxviii.

COlocaſia Glaucias acria corpis leniri putauit, & ſtomachū iuuari.

Ex anthalio medicinæ. Cap. xxix.

ANthalii qđ ægyptii edūt nullū aliū repperi uſum, eſt & herba anthillon, quam alii anticellū uocãt duoꝝ geneꝝ, foliis & ramis lenticulæ ſilis palmi altitudine, ſabuloſis apricis naſcens ſubſalſa guſtanti. Altera chamepithyos ſimilis breuior & hirſutior, purpurei floris odore grauis, in ſaxoſis naſcéṡ. Prior uuluis aptiſſima, & ex roſaceo & lacte ĩpoſita etiã uulneribus Bibit̃ in ſtranguria renūq; dolorib⁹ tribus drachmis. Altera bibit̃ in duritia uuluarū & ĩ tormib⁹ & in comitiali morbo cum melle & aceto quattuor drachmis.

De partheuio medicinæ. Cap. xxx.

COntra partheniū alii leucathen, alii ✣ thanacū uocát. Celſus apđ nos perdiciū & muraliū Naſcit̃ in hortorū ſepibus, flore albo, odore mali, ſapore amaro. Ad inſedendū decoctum in duritia uuluarū, & inflámationib⁹. Siccatū cū melle & aceto poſitū bilem trahit atram. Ob hoc cõtra uertigines utilis, & calculoſis. Illinit̃ & ſacro igni. Item ſtrumis cū axūgia ueterata, Magi cõtra tertianas ſiniſtra manu euelli eá iubét, diciq; cui⁹ cauſa uellat̃, nec reſpicere. Dein ei⁹ folium ægri linguæ ſubiicere, ut mox in cyatho aquæ deuoret̃. ✣ Amaracum. Dioſ.

De ſtrychno medicinæ. Cap. xxxi.

TRychon quá qdam ſtrychnon ſcripſere, utiná nec coronari ægypto uterentur, quos innuat ederæ ✣ foliorū ſilitudo in duobus eius generibus. Quoꝝ alterum, cui acini, cocciuei, granoſi folliculi, Halicacabum uocant, & alii callion. Noſtri aūt ueſicariam. quoniam ueſicæ & calculis ꝓdeſt. Frutex eſt ſurculoſ⁹ uerius q̃ herba, folliculis magnis latiſq; & turbinatis, grádi it⁹ acino, q matureſcit Nouébri méſe. Tertio folia ſūt ocimi minie diligéter demonſtráda. Remedia eñ nõ uenena tractamus. Quippe inſaniá facit puo quoq; ſucco, q̃q̃ & græci auctores in iocū uertere. Drachmæ eñ pondere luxū pudoris gigni dixerunt, ſpecies uanas imagineſq; cõſpicuas obuerſari demonſtrantes. Duplicatū hunc modum legitimá inſaniá facere. Quicquid uero adiiciat̃ ponderi repreſentari mortem. Hoc eſt uenenū qđ innocéteſſimi auctores ſimpliciter dorycnion appellauere. Ab eo qđ cuſpides in præliis tingerent̃ illo, Paſſim naſcéte, qui partius ſpectauerát, Manicon cognoiare, qui neqter occultabát erythron, aut naurita, ut nõ nulli periſſone cauendi qdé ✣ Floꝝ

cauſa curioſius dicendũ. Quin & alterũ genus quod halicaccabon uocant, ſoporiferũ eſt, atq; ẽt opio uelocius ad mortẽ, ab aliis motion, ab aliis moly appellatũ. Laudatũ uero a locro ad fruendũ & thymariſto. Quidã etiã carmĩe minore obliuionẽ inducẽtes. Quippe pſentaneũ remedium ad dentiũ mobiles firmãdos ſi colluerent. Haliccabo uni exceptionẽ addidere, ne diutius id fieret. Delirationẽ enim gigni eo. Nec demonſtrãda remedia, quoꝝ medicina maioris mali periculum afferat. Cõmẽdat em̃ cibis tertiũ, licet præferat hottẽſis saporib⁹. Et nihil ſit corpis maloꝝ cui nõ ſalutare ſit ſtrychnos Xenocrates pdicet. Non tñ auxilia eoꝝ tanti ſunt, ut uel pfutura nõ de iis cõmemorare nefas putẽ pſertim tãta copia inoxioꝝ medicaminũ. Halicaccabi radicem bibunt qui ſunt uaticinãdi callẽtes q̃ futere ad cõfirmãdas ſupſtitiões aſpici ſe uolũt. Remedio eſt (id em̃ libentius retulerim) aq̃ copioſa mulſa calida potui data. Nec illud pteribo aſpidũ naturæ halicaccabũ in tantũ aduerſam, ut radice eius ppius admota ſoporet, illas ſopore enecans uis earum. Ergo trita ex oleo percuſſis auxiliatur.

De Corcoro. Cap. xxxii.

Corcorũ Alexandrini cibi herba eſt cõuolutis foliis ad ſĩlitudinem Mori. Præcordiis (ut ferunt) utilis alopetiiſq; & lentigini. Boũ quoq; ſcabiẽ celerrime ſanari ea inuenio apud Nicãdrum qdem & ſerpentium morſus anteq̃ floreat. Nec de cnico ſiue attractyllide uerboſius diſputet, ægyptia herba eſt, & magnũ cõtra uenenata animalia præbet auxilium. Itẽ aduerſus fungus. Conſtat a ſcorpione percuſſos q̃diu teneant eam herbam non ſentire cruciatum.

De Perſoluta. Cap. xxxiii.

Et perſolutam ægyptus in hortis ſerit coronaꝝ gratia Duo genera ei⁹, femĩa ac mas. Vtraq; ſubdita uenerem inhiberi uiroꝝ maxime tradunt.

De menſuris & ponderibus. Cap. xxxiiii.

Et qm̃ in mẽſuris quoq; ac ponderib⁹ crebro græcis noĩbus utendũ eſt, interptationem eoꝝ ſemel in hoc loco ponemus. Drachma attica fere em̃ attica obſeruatione medici utunt, denarii argẽtei haber põdus. Eademq; ſex obolos pondere efficit. Obolus. x. calchos. Cyathus pendet per ſe dracmas. x. Cũ acetabuli mẽſura dicit, ſignificat heminæ q̃rtã ptem. i. drachmis. xv. Mna quam noſtri minã uocant, pẽdet drachmas Atticas centum

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXII.

PROOEMIVM.

Compleſſe poterant miraculũ ſui natura, atq; tellus repurantium uel prioris tamen uoluminis dotes, totq; genera herbarum utiliratibus hominum, aut uoluptarib⁹ gẽita. Sed q̃to plura reſtãt, tãto quoq; mirabiliora iuẽtu. Illa. n. maiore pte cibi aut odoris, decoriſue commendatione ad numeroſa experimenta duxit. Reliquorum potentia approbat nihil a reꝝ natura ſine aliq̃ occultiore cã gigni.

De gentibus herbis formæ gratia utentibus. Cap. i.

Quidẽ & formæ gr̃a rituſq; ppetui in corpibus ſuis aliquas exterarum gentium uti herbis quibuſdã aduerto animo. Illinũt certe aliis aliæ faciẽ i populis barbaroꝝ, fœminæ mareſq; etiã apud Dacos & Sarmatas corpora ſua inſcribũt. Simile plantagini glaſtũ i gallia uocat. Quo Britannoꝝ coniuges nuruſq; toro corpe oblitæ qbuſdã i ſacris nudæ incedunt & ęthiopum colorẽ imitantes.

Quod herbis ueſtes inficiantur. Cap. ii.

Iam uero infici ueſtes ſcim⁹ admirabili ſucco. Atq; ut ſileam⁹ Galatiæ, Africæ, Luſitaniæ grãnis coccũ impatoris dicatũ paludamẽtis, tranſalpina gallia herbis tyriũ atq; conchyliũ tigit, omiſſq; alios colores. Nec quærit in pfundis murices, ſeſeq; obiiciendo dum præripit eſcam beluis marinis, intacta etiã anchoris ſcrutat uada, ut iueniat per qd facilius matrõa adultero placeat, corruptor inſidiet nuptæ. Stans & i ſicco carpit quo frugi mũdos exculpat uſu, alioqui ſulgẽtis, iſtrui poterat luxuria certe inocẽtius. Nũc propoſitũ iſta cõſectari, nec omittem⁹, ut ſubiiciendo utiliora luxuriã uilitate circũſcribam⁹, dicturi & alias herbis tigi lapides parieteſq;. Nec tigendi nec pingendi tamẽ rõnem omiſiſſemus, ſi unquã ea liberaliũ artiũ fuiſſet. Interim ſortius augetur auctoritas quæ quanta debeat etiam ſurdis, hoc eſt ignobilib⁹ herbis perhibebit. Siquidem Auctores imperii. Romãi cõditoreſq; imenſum qdam & hinc ſumpſere, quoniã nõ aliunde ſagmina in remediis plubicis fuere, & in ſacris legationibus, q̃ uerbenæ, Certe utroq; noĩe idẽ ſignificat

Hoc eſt gramē ex arce cum ſua terra euulſum. Hac ſemp & legati cũ ad hoſtes clarigatũq mittere. rentur uſi, id eſt raptas clare reperitom, unus utiq Verbenarius uocabatur.

De corona graminea. Cap. iii.

COrona qoidem nulla fuit gramiōea nobilior in maieſtate ppl̃i terrarum pricipis premiiſq gl̃iæ, Gemmatæ & aureæ, oallares, murales, roſtratæ, cioicæ, triomphales poſt hanc fuere. Sontq cunctæ magno interuallo, magnaq differentia. Cæteras oẽs ſinguli & doces ipſi imperatoreſq militibos aut aliquando collegiis dedere.

De raritate eius. Cap. iiii.

DEcreuit in triũphis ſenatus cura belli ſolotus & popol⁹ ociofus, Gramineã ounq̃ niſi in ſuprema deſperatione. Contigitq nulli niſi ab uniuerſo exercitu ſeruato ſeruatori decreta, Cæteras ĩpatores dedere. Hãc ſolã miles ĩpatori, Eadem uocator obſidionalis, libratis obſidioue aboiandoq exitio totis caſtris. Quod ſi ciuicæ honos uno aliquo, ac uel homilimo ciue ſeruato p̃clar⁹ ſacerq habet, Quid tandẽ exiſtiari debet unius uirtute ſeruatus uniuerſ⁹ exercitus? Dabat hanc uiridi e gramĩe decerpto iode, ubi obſeſſos ſeruaſſet aliqs. Naoq ſummũ apod antiquos ſignũ uictoriæ erat herbã porrigere uictos, hoc eſt terra altrice ip̃a humo & humatione etiam cedere, Quem morem etiam nunc durare apud Germanos ſcio.

Qui ſoli cotooa ea donati. Cap. v.

DOnatus eſt ea. L. Sicinius Dentatus ſimul, com ciuicas q̃ttuordecim meruiſſet depugnaſſetq, cxx. præliis ſemp uictor. Tanto rarius eſt ſeruatorẽ unum a ſeruatis donari. Quidam ĩpatores & ſæpius donati ſunt, ueluti. P. Decios, Mus uidelicet Tribun⁹ militũ ab exercitu. Altera ab his qoi in p̃ſidio obſeſſi fuerãt, quanta eſſet eius honoris auctoritas cõfeſſus religione. ſiquidem donatos bouẽ albũ Marti ĩmolauit &. c. fuluos, qui ei uirtutis cauſa dati fuerãt ſimul ab obſeſſis. Hic Decius poſtea cõſul & ĩpio & collegæ ſe pro uictoria deuouit. Data eſt & a ſenatu populoq Romano, q̃ claritate nihil eqdẽ in rebus humaois ſublimius duco. Fabio illi qui rem oẽm romanã reſtituit nõ pugnãdo. Nec data cum magiſtrũ equitũ & exercitum eius ſeruaſſet. Tunc ſatius fuit nomioe nooo coronari appellatũ patrem ab his qoos ſeruauerat. Sed qoo dictum eſt cõſenſu honoratus eſt Hannibale ex Italia pulſo, Quæ corooa adhuc ſola ipſius imperii manib⁹ impoſita eſt. Et quod peculiare ei eſt, ſola a tota Italia data.

Qui ſolus centurio coronatus. Cap. vi.

PRæter hos contingit eius coronæ honos. M. Calphurnio flãmæ Tribuno militum ĩ Sicilia. Cẽturioni uero uoi ad hoc tẽpus Cn, Petreio Attiuati Cimbrico bello. Primũ pilum his capeſſens ſub Catolo excluſam ab hoc legionem ſuam hortatus, tribuuũ ſuum dubitantẽ per caſtra hoſtiũ erũpere interfecit, legionẽq eduxit. Inoenio apud auctores eundẽ præter hũc honorem aſtantibus Mario & Catolo conſulibos p̃textatũ ĩmolaſſe ad tibicioẽ foculo poſito. Scripſit & Sylla dictator ab exercitu ſe quoq donatũ apud nolam legatũ bello Marſico. Idq eẽ ĩ uilla ſua Tuſculaoa, quæ fuit poſtea Ciceronis pinxit, Quod ſi uerum eſt, hoc execrabiliorẽ eum dixerim, qoãdo qdem eam capiti ſuo p̃ſcriptione detraxit ip̃e tãto paucioribus ciuiũ ſeruatis, q̃ poſtea occiſis. Addat etiamnũ huic gloriæ ſupbum cognomẽ fœlicem. Ip̃e tñ obſeſſus in toto orbe p̃ſcript⁹ Hæc corona Sertorio etiã ceſſit. Aemilianũ quoq Scipionẽ. Varro auctor eſt, donatũ obſidionali io Africa, Manlio cõſule cohortib⁹ ſeruatis totidẽq ad ſeruãdas eas eductis. Quod & ſtatuę eius in foro ſoo dious Auguſtus ſcripſit. Ipſum Auguſtũ cũ Mar. Cicerone filio cõſulem idibus ſeptembribus ſenatos obſidionali donauit. Adeo ciuica nõ ſatis uidebat. Nec præterea quenq̃ hac ioue nimus donatũ. Nullæ ergo herbæ fuere certæ in hoc honore, ſed quæcunq fuerãt in pericoli ſede, q̃uis ignobiles ignotæq honorẽ nobilem faciebãt. Quod latere apud nos minus qdem miror cernẽs negligi ea quoq quæ ad ualetudinẽ cõſeruandã, cruciatuſq corpis p̃pulſaudos, & mortẽ arcendam pertinent. Sed quis non mores iure caſtiget, addidere uidendi præcia delitiæ luxuſq. Nunq̃ fuit cupido oitæ maior, nec mioor cura. Aliorũ hanc operã eſſe credimus, ac ne mandato qdem noſtro alios id agere, mediciſq prouiſum eſſe. Proh bonis ipſi fruimur uoloptatis. Et quo nihil eqdem probroſius duco. Viuimus aliena fiducia. Immo uero pleriſq ultro etiã in riſu ſum⁹. iſta cõmentantes atq friuoli opis arguimur. Magna q̃q̃ immẽſi laboris ſolatia ſperni cum rerum natura, qõam certe non defuiſſe oobis docebim⁹, & inuiſis quoq herbis inſeruiſſe remedia. Quippe cũ medicioas dederit etiã aculeatis. Hæc eni p̃xie reſtant ex his quas priori libro uoſauimus,

in quibꝰ ipſius prouidentiam naturæ ſatis admirari amplectiq; non eſt. P[illegible]de at [illegible] quas diximus molles, cibiſq; gratas. Pinxerat & remedia floribus, uiſuq; ipſo animos i[illegible]itauer[illegible], etiam delitiis auxilia permiſcens. Inde excogitauit aliquas aſpectu hiſpidas, tactu t[illegible]uce[illegible], ut ca[illegible]tum nõ uocem ipſius fingẽtis illas, rõnemq; reddẽtis exaudiꝛ uideamur, ne ſe depaſcat a[illegible]idã q̃drupedes, nec pcaces manus rapiãt, nec neglectu ueſtigia obterant, ne inſidens ales infringat. Has muniendo aculeis telisq; armãdo remediis, ut tuta ac ſalua ſint. Ita hoc quoq; qđ i iis odimꝰ hoĩm cã excogitatũ ẽ.

✣Cryſopidas. Chryſaſpidas Cherſaſpidas. Cherſydros. Chelydras.

Medicinæ ex reliquis ornamentis & erynge. Cap.vii

ET elara in primis aculeatarũ erynge eſt, ſiue erygion cõtra ſerpentes & uenena[illegible]oſa naſcẽs. Aduerſus ictus morſuſq; radix eius bibiꝛ drachmæ pondere in uino. Aut ſi plerũq; tales iniurias comitaꝛ & febris ex aq̃. Illiniꝛ plagis peculiariter efficax cõtra ✣Chryſodos [illegible]c ranas. Oibꝰ uero cõtra toxica & aconita efficaciorẽ Heraclides medicꝰ in iure anſeris decoctã arbitraꝛ. Apollodorꝰ aduerſus toxica cũ rana decoquit, cæteri i aq̃ ipa dura fruticoſa, ſpinoſis [illegible]oliis, caule geniculato, cubitali, & maiore aliqñ. Alia albicãs, alia nigra, radice odorata. Et ſatiua qdem eſt, ſed & ſponte naſciꝛ in aſperis & ſaxoſis, & in littoribus maris, durior, nigriorq; folio apii.

De herba quam centumcapita uocant. Cap.viii.

EX his candidũ nr̃i centũcapita uocãt. Oẽs eiuſdẽ effectus caule, & radice in cibos græcorum receptis utroq; modo ſiue coquere libeat, ſiue eruda ueſci. Portentoſum eſt quod de ea traditur. Radicem eius alterutrius ſexus ſimilitudinem referre, rara inuentu. Et ſi uiris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonẽ Leſbiũ dilectũ a Sappho. Multæq; circa hanc non Magorũ ſolum uanitates, ſed etiam Pythagoricorũ. Sed in medio uſu præter ſupradicta auxiliaꝛ inflatiõibꝰ, torminibus, cordis uitiis, ſtomacho, iocineri, præcordiis i aq̃ mulſa. Lyeni i poſca. Itẽ ex molſa renibus, ſtrãguriæ, opiſthotonicis, ſpaſmis, lũbis, hydropicis, comitialibꝰ, mulierũ mẽſibus, ſiue ſubſidãt, ſiue abundẽt, uuluarũ oĩbꝰ uitiis. Extrahit infixa corpi cũ melle, ſtrumas, parotidas, panos. Recedẽtes ab oſſibus carnes ſanat cũ axungia ſalſa & cærato, itẽ fracturas. Crapulam præſumpta arcet, aluũ ſiſtit. Aliqui e noſtris ſub ſolſtitio colligi eam iuſſere. Ex aqua cœleſti imponi omnibꝰ ceruicis uitiis. Oculorũ quoq; albugines ſanare adalligatam tradiderunt.

De achano & glycyrrhyza, & ſtomatice. Cap.ix.

SVnt qui achanon eryngio aſcribant ſpinoſam breuẽq; ac latam herbam ſpiniſq; latioribus. Hanc impoſitam ſanguinẽ mire ſiſtere. Alii eryngem falſo eandẽ putauerũt eſſe & glycyrrhizam, quare ſubiungi eam ptinus refert. Et ipſa ſine dubio inter aculeatas eſt, foliis echinatis, pinguibꝰ, tactuq; gũmoſis, fruticoſa, binorum cubitorũ altitudine, flore hyacinthi, fructu pilularum, platani magnitudinis. Præſtãtiſſima in Sicilia, Ponto ſecũda, radice dulci. Et hæc tm̃ in uſu. Capiꝛq; ea uergiliarũ occaſu, longa ceu uitiũ, coloris buxei. Meliorq; nigra, quæq; lenta, q̃ quæ fragilis. Vſus in ſubditis decocta ad tertias, cætero ad mellis craſſitudinẽ, aliqñ & tuſa. E quo genere & uulneribꝰ imponiꝛ & fauciũ uitiis oibꝰ. Itẽ uoci utiliſſimo ſucco ſic ut ſpiſſatꝰ eſt, linguæ ſubdito. Itẽ thoraci, iocineri. Hac diximꝰ ſitim famẽq; ſedari. Ob id qdã adipſon appellauere eã, & hydropicis dedere ne ſitirẽt. Ideo & cõmãducata ſtomatice eſt, & ulceribꝰ oris inſpſa ſæpe & pterigiis. Sanat & ueſicæ ſcabiẽ, renum dolores, cõdylomata, ulcera genitaliũ. Dedere eã qdam potui in quartanis drachmarũ duarũ põdere & pipere, hemina aquæ. Cõmãducata ſanguinẽ ſiſtit. Sunt qui & calculos ea pelli tradiderunt.

De tribulo & generibus eius, & medicinis. Cap.x.

TRibuli unum genus in hortis naſciꝛ, alterũ in fluminibus tantũ. Succus ex his colligiꝛ ad oculorũ medicinas. Eſt eñ refrigerãtis naturæ, & ideo utilis contra inflammationes collectioneſq;. Vlcera per ſe erũpentia, & præcipue in ore cũ melle ſanat. Itemq; tonſillas. Potus calculos frãgit. Thraces q ad ſtrymona habitãt foliis tribuli equos ſaginãt. Ipi nucleo uiuunt panẽ faciẽtes pdulcem, & q cõtrahit uẽtrẽ. Radix caſte pureq; collecta diſcutit ſtrumas. Semẽ adalligatũ uaricum dolores ſedat. Tritum uero & in aquam ſparſum pulices necat.

De ſtœbe, & medicinis eius. Cap.xi.

STœbe quã aliqui phleon uocant decocta in uino pcipue auribus purulentis medetur. Item oculis ictu cruentatis. Hæmorrhoidæ quoq; & dyſenteriæ infuſa.

De hyppophye, & medicinis eius. Cap.xii.

HIppophyes in ſabuloſis maritimiſq; naſciꝛ, ſpinis albis. Ederæ modo racemoſa eſt, cãdidis & ex pte rubẽtibus acinis. Radix ſucco madet, qui aut per ſe conditur, aut paſtillis farinæ.

Hæc bilem detrahit obolo ponderis ſaluberríe cum mulſo.Eſt altera hippope ſine caule, ſine flore,foliis tm̃ minutis.Hui⁹ quoq; ſuccus hydropicis mire ꝓdeſt.Debent accõmodatæ eſſe equoꝝ naturæ,neq; ex aliis cauſis nomé accepiſſe.Quippe quędá animalia remediis naſcũť locupleti diuinitate ad geréda ꝑſidia.ut nõ ſit mirari ſatis ingeniũ eius diſponẽtis auxiliũ eius in gña,i eás,in tpa,ut aliis proſit atq; aliis ab horis,dieſq; nullus prope ſine præſidiis reperiatur.

De Vrtica & mediciniseius. Cap.xiii.

VRtica qd eſſe inuiſius põt? At illa præter oleũ qď in ægypto ex ea fieri diximus,uel pluri mis ſcatet remediis.Semé eius cicuræ cõtrariũ eſſe.Nicáder affirmat.Ité fungis in argento uino.Apollodorus & ſalamádris cũ iure decoctæ teſtudinis.Item aduerſari hyoſcyamo & ſerpentibus,& ſcorpiõibus.Quin illa ipa amaritudo mordax uuas in ore ꝓcidenteſq; uuluas & infantiũ ſedes tactu reſilire cogit.Lethargicos expgiſcit tactis cruribus,magiſq; fronte.Eadé canis morſib⁹ addito ſale medeť.Sanguiné trita naribus indita ſiſtit.& magis radice.Carcinomata & ſordida ulcera ſale admixto.Ité,luxata.Sanat & páos parotidas,carneſq; ab oſſib⁹ recedétes.Semé potũ cũ ſapa uuluas ſtrangulátes aperit,& profluuia nariũ ſiſtit impoſitũ.Vomitiões i aqua mulſa ſumptum a cœna faciles præſtat duobus obolis.Vno autem in uino poto laſſitudines recreat. Vuluæ uitiis toſtú acetabuli menſura.Potũ in ſapa reſiſtit ſtomachi inflationibus.Orthopnoicis ꝓdeſt cũ melle,& thoracé purgat eodem eclegmate.Et lateri medeť cum ſemíe lini.Addunt hyſſopum & piperis aliquid.Illiniť lyeni.Difficilem uentré toſtum cibo emollit.Hippocrates uuluá purgari poto eo ꝓnunciat.Dolores leuari toſto acetabuli mẽſura dulci poto,& ipoſito cũ ſucco maluę.Inteſtinoꝝ anialia pellit cũ hydromelite & ſale.Defluuia capitis ſemíe illito cohoneſtari. Articularibus morbis & podagricis plurimi cũ oleo uetere,aut folia cũ urſino adipe trita iponũt. Ad eadem radix tuſa cum aceto non minus utilis.Item lyeni.Et cocta in uino diſcutit panos cum axungia uetere ſalſa.Eadé pſilothrum éxiccat.Cõdidit laudes eius Phanias phyſicus,utiliſſimá cibis coctam conditáue profeſſus,arteriæ,tuſſi,uentris diſtillationi,ſtomacho,panis parotidis,pernionibus, cũ oleo ſudoré,coctam cum conculis ciere aluum,cum ptyſana pectus purgare,mulierũq; menſes cũ ſale.Vlcera quæ ſerpũt prohibere.Succus quoq; in uſu eſt.Expreſſus illituſq; fronti ſanguiné nariũ ſiſtit.Potus uriná ciet.Calculos rũpit.Vuá gargarizatus reprimit,Semé colligi meſſibus oportet.Alexádrinũ maxime laudať ad oía hæc.Et minores quidem teneræq; efficaces. Sed ꝑcipue ſylueſtris illa & amplius lepras e facie tollit in uino pota.Si quadrupedes fœtũ non admittant,urtica naturam fricandam monſtrat.

De Lamio,& medicinis eius. Cap.xiiii.

EA nunc quoq; quá lamiũ inter genera earũ appellauimus,mitiſſima & foliis non mordentibus,medetur cum mica ſalis contuſis,incuſſiſq;,inuſtis,& ſtrumis,tumoribus,podagris, uulneribus.Album habet in medio folio,quod ignibus ſacris medeť.Quidam e noſtris tempore diſcreuere genera autũnalis urticæ radicem alligatam in tertianis,ita ut ægri nuncupenť,cum eruiť ea radix,& dicať,quæ,& cui,& quorũ folio eximať,liberari morbo tradiderunt. Hoc idem cõtra q̃rtanas pollere.Idé urticæ radice addito ſale iſixa corpori extrahi.Foliis cũ axungia ſtrumas diſcuti.Vel ſi ſuppurauerint cordi compleriq;.

De ſcorpione,generibuſq;,ac medicinis eius Cap.xv.

EX argumento nomé accepit ſcorpius herba ſemen em̃ habet ad ſiĺitudiné caudæ ſcorpiõis, folia pauca.Valet & aduerſus anial nois ſui.Eſt alia & eiuſdé nois effectuſq; ſine foliis,aſparagi caule,in cacumíe aculeum habens,& inde nomen.

De leucacanthia,ſiue phinio,ſiue iſchada & medicinis eius. Cap.xvi.

LEucacáthia,quá alii phyllon,alii iſchiada,alii polyganaton appellát,radice cyperi,q̃ cõmáducata détiũ doloré ſedat.Ité lateꝝ & lũboꝝ, ut Hiceſius tradit ſemíe poto drachmis octo aut ſucco.Eademq; ruptis cõuulſiſq; medetur.

De helxine,perdicio,parthenio. ſyderite,& medicinis eius. Cap.xvii.

HElxiné aliq perdiciũ uocant.qm̃ perdices ea præcipue ueſcanť.Alii ſyderité, nõnulli partheniũ.Folia habet mixtę ſimilitudís plantagini & marrubio; cauliculos denſos, leuiter rubétes.Semina in capitibus lappaceis adhærétia ueſtibus,unde helxiné dictá uolunt.Sed nos q̃lis uera eſſet helxine dixim⁹ priori libro.Hęc aũt inficit lanas,ſanat ignes ſacros,& tumores collectioneſq; oés,& aduſta.Panos ſuccus eius cũ pſimithio.Ignes ſacros,tumores, collectioneſq;

in coronaméta reponiť. Eodé tempore & medici folia tuſa in paſtillos digerũt. Item florem & radicé. Danť oia mixta drachmæ unius põdere cõtra ſerpentiũ ictus. Pellit mortuos partus. Ité méſtrua in potu, & uriná, calculoſq; inflationes, iocineꝝ uitia, bilem ſuffuſam, ægilopiá cõmáducata ulcerũ eruptiones manátes ſanat. Ex oibus his generibꝰ ad calculos efficaciſſima eſt, quæ florem purpureũ habet, cuius & folioꝝ & fruticis amplitudo maiuſcula eſt. Hanc ꝓprie qdem Eranthemon uocát. Loton qui arboré putát tm̃ eſſe, uel Homero auctore argui poſſunt. Is em̃ inter herbas ſubnaſcétes deoꝝ uoluptati loton primá noiauit. Folia eius cũ melle oculoꝝ cicatrices ♣argemata, nubeculas diſcutiũt. Eſt & lotometra q̃ fit ex loto ſata, ex cuiꝰ ſemie ſili milio fiũt panes in ægypto a paſtoribus, maxie aqua uel lacte ſubacto. Negať qcq̃ illo pane ſalubriꝰ eſſe, aut leuius dũ caleat. Refrigeratus difficilius cõcoquiť, fitq; põderoſius. Conſtat eos q̃ illo uiuant, nec dyſenteria, nec tenaſmo, neq; aliis morbis uẽtris infeſtari. Itaq; inter remedia eoꝝ habeť. Heliotropii miraculũ ſæpius diximus cũ ſole ſe circũagentis, etiá nubilo die, tátũ ſyderis amor eſt. Noctu ueiut deſiderio contrahit cæruleũ florem. Genera eius duo. Tricoccũ, & helioſtrophium. Hoc altius, quáq̃ utrũq; ſemipedalé altitudinem nõ excedat. Ab ima radice ramoſum. Semé in folliculo meſſibꝰ colligiť. Naſciť non niſi in pingui ſolo, cultoq; maxime. Tricoccũ ubiq;. Si decoquať inuenio cibis placere. Et in lacte iucũdius aluũ molliri. Et ſi decocti ſuccus bibať, efficaciſſime exinaniri. Maioris ſuccus excipiť ęſtate, hora ſexta, miſceť cũ uino, ſic firmior. Capitis dolores ſedat roſaceo admixto. Verrucas cũ ſale tollit ſuccus e folio. Vñ nři uerrucariá herbá appellauere, aliis cognoiari effectibꝰ digniorė. Náq; & ſerpétibꝰ & ſcorpionibꝰ reſiſtit, ex uino & aq̃ mulſa, ut Apollophanes & Apollodorus tradũt. Folia infantiũ diſtillationibꝰ, q̃d ſiriaſin uocát, illita medentur. Ité cõtractionibꝰ ét ſi id comitialiter accidat. Decocto quoq; foueri eos ſaluberrimũ eſt. Potũ id pellit tineas, & renũ harenas. Si cuminũ adiiciať, calculos frangit. Decoqui cũ radice optet. Quæ cũ foliis & hircino ſæuo podagris illiniť. Alteꝝ genus q̃d tricoccũ appellauimꝰ, & alio noie ſcorpiuron uocať, foliis nõ ſolũ minoribꝰ, ſed etiá i terrá uergétibꝰ. Semé ei eſt effigie ſcorpionis caudæ, q̃re ei nomé. Vis ad oia uenenata & *phalágia, & cõtra ſcorpiones ꝑcipue illita. Non feriunť habétes. Et ſi terrá ſurculo helioſtrophii circũſcribat aliq̃s, negát ſcorpiones egredi. Impoſita uero herba aut inde omnino reſperſum ꝓtinus mori. Sic ſeminis grana quattuor pota q̃rtanis prodeſſe dicunť. Tria uero tertianis. Vel ſi herba ter circũlata ſubiiciať capiti. Semé & uenerė ſtimulat. Cũ melle panos diſcutit. Et uerrucas hoc utiq; helioſtrophiũ radicitꝰ extrahit, & excreſcétia i ſedibus. Spinæ quoq; ac lumboꝝ ſanguiné corruptum trahit, illitum ſemen & potum in iure gallinacei decoctũ, aut non beta & lenta, Cortex uero liuétibꝰ coloré reddit, Magi heliſtrophiũ q̃rtanis quater, in tertianis ter alligari iubét ab ipſo ægro, precariq; eum, ſoliturũ ſe nodos, & liberandũ, & ita facere cũ exépta herba. Aliud adiantho miraculũ, æſtate uiret, bruma nõ marceſcit, aq̃s reſpuit, perfuſum merſumq; ſicco ſimile eſt, tantą diſſociatio deꝑhendiť, unde & nomé a græcis, alioqn frutici topiario, Quidá callitrichõ uocát, alii polytrichon, utrũq; eſt ab effectu. Tingit eni capillũ, & ad hoc decoquiť in uino cũ ſemine apii adiecto oleo copioſe, ut criſpum denſumq; faciat. Defluere auté prohibet. Duo genera eius, candidius, & nigrũ breuiuſq;. Id quod maius eſt polytrichon, aliud trichomanes uocát. Vtriq; ramuli nigro colore nitét foliis filicis, ex q̃bꝰ iferiora, aſpera, ac fuſca ſunt. Oia aũt cõtrariis pediculis denſa inter ſe ex aduerſo radix nulla, umbroſas petras, parietũq; aſpergines, ac fontiũ maxime ſpecus ſequiť & ſaxa manantia, quod miremur cũ aq̃s nõ ſentiat. Calculos e corpore mire pellit, frangitq;, utiq; nigrũ. Qua de cauſa potiꝰ q̃ q̃ in ſaxis naſcereť, & a noſtris ſaxifragũ appellatũ crediderim. Bibitur e uino quátũ terni decerpſere digiti. Vriná cient. Serpentiũ & araneoꝝ uenenis reſiſtũt. In uino decocti aluũ ſiſtunt. Capitis dolores corona ex his ſedat. Cõtra ſcolopédrę morſus illinunť crebro auferédi ne pereát. Hoc & in alopeciis. Strumas diſcutiũt furfureſq; in facie, & capitis manátia ulcera. Decoctũ ex his ꝓdeſt ſuſpirioſis, & iocineri, & lyeni, & felle ſuffuſis, & hydropicis. Stráguriæ illinunť, & renibus cũ abſynthio. Secũdas ciét & méſtrua. Ságuiné ſiſtũt ex aceto, aut rubi ſucco poti. Infátes quoq; ulcerati ꝑ unguntť ex iis cũ roſaceo & uino priꝰ. Foliũ in urina pueri impubis triũ qdem cũ aphro nitro, & illitũ uentri mulierũ, ne rugoſus fiat, ꝓſtare diciť. Perdices & gallinaceos purgatiores fieri putát in cibum eorum additis, pecoriq; eſſe utiliſſimos.

♣Argema.

*Phalãgas.

De picride, theſio, & aſphodelo, halimo, & acátho, & bupſti, elaphoboſcho, ſcádice, & laſione, & de caucalide, ſio, ſyllibo, ſcolymo, ſiue limonio, ſoncho, cõdrylo ſiue cõdryli, & boletis. Ca. xxii.

Picris ab inſigni amaritudiſ cognoſcatur, ut diximus rotundo folio. Tollit eximie uerrucas. Theſiũ quoqꝫ nõ diſſimili amaritudine eſt, ſed purgat aluum, in quem uſus teritur ex aqua. Aſphodelum de clariſſimis herbaꝝ, quam heroion aliqui appellauerũt. Heſiodus & in ſyluis naſci dixit. Dionyſius marem ac fœminã eſſe. Defectis corpibꝰ & phthiſicus cõſtat bulbos eiꝰ cũ ptyſana decoctos aptiſſime mederi, panẽqꝫ ex his cũ farina ſubactũ ſaluberrimũ eẽ. Nicander & cõtra ſerpẽtes & ſcorpiones, uel caulem quem anthericon uocauimus, uel ſemen, uel bulbos dedit in uino tribus drachmis. Subſtrauitqꝫ ſomno cõtra metus. Datur & cõtra uenenata marina, & cõtra ſcolopẽdras terreſtres. Cochleæ mire in Cãpania caulẽ eum pſequunt̃, & ſuggẽdo areſaciũt Folia quoqꝫ illinunt̃ uenenatoꝝ uulneribꝰ ex uino. Bulbi neruis articuliſqꝫ cũ polẽta tuſi illinũt̃ Prodeſt & cõciſis ex aceto lichenas fricare. Item ulceribus putreſcẽtibꝰ ex aqua imponere. Mãmarum quoqꝫ & teſtium inflãmationibus. Decocti in fæce uini oculoꝝ epiphoris ſuppoſito lintheolo medent̃. Foliis in quocũqꝫ morbo decoctis magis medici utunt̃. Item ad tibiarũ tetra ulcera, rimaſqꝫ corporũ quacũqꝫ in parte farina areſactorũ. Autumno autem colligunt̃, cum plurimum ualent. Succus quoqꝫ ex tuſis expreſſus, aut decoctus utilis fit corporis dolori cũ melle. Item odoreꝫ corporis iucundũ affectãtibus cum iri arida, & ſale exiguo. Folia etiã ſupradictis medent̃. Et ſtrumis, panis, ulceribꝰ in facie decocta cum uino. Cinis e radice alopecias emendat, & rimas pedum, decoctæ radicis in oleo ſuccus perniones & ambuſta. Et ad grauitatẽ auriũ infundit̃. A contraria aure in dolore dentiũ. Prodeſt & urinæ pota modicæ radix, & mẽſtruis, & lateris doloribus. Item ruptis cõuulſis, tuſſibus drachmæ pondere in uino pota. Eadẽ & uomitiones adiuuat cõmãducata. Semie ſũpto turbat̃ uẽter. Chryſermꝰ & parotidas in uino decocta radice curauit. Itẽ ſtrumas ammixta cachry ex uino. Quidã aiũt, ſi ĩpoſita radice pars eius in fumo ſuſpendat̃, & quarta die ſoluat̃, una cũ radice areſcere ſtrumam. Sophocles ad podagras utroqꝫ mõ cocta crudaqꝫ uſus eſt. Ad perniones decoctã ex oleo dedit, & ſuffuſis felle in uino & hydropicis. Venerem quoqꝫ cõcitari cũ uino & melle punctis aut bibẽtibꝰ tradiderunt. Xenocrates & lichenas & pſoras radice ĩ aceto decocta tolli dicit. Itẽ ſi cocta ſit cũ hyoſcyamo & pice liquida, alarum quoqꝫ & fœminũ uitia Et capillũ criſpiorẽ fieri raſo priꝰ capite, ſi radice ea fricetur. Simus lapides renũ in uino decocta atqꝫ pota eximit. Hippocrates ſemẽ eiꝰ ad impetus lyenis dari cenſet. Iumentoꝝ quoqꝫ ulcera ac ſcabiẽ radix illita, aut decoctæ ſuccus ad pilũ reducit. Mures etiã eadẽ fugant̃, cauerna præcluſa moriunt̃. Aſphodelon ab Heſiodo qdam halimon appellari exiſtimauere, qd' falſum arbitror. Eſt enim ſuo noĩe halimon non parui & ipſum erroris inter auctores. Alii eñ fruticem eſſe dicunt dẽſum, candidũ ſine ſpina, foliis oleæ, ſed mollioribus. Coquit̃ autẽ hoc cibotũ gratia. Radix tormina diſcutit drachmæ pondere in aqua mulſa pota. Item cõuulſa rupta. Alii olus maritimũ eſſe dixere ſalſum. & inde nomen foliis in rotunditate longis laudatũ in cibis. Duoꝝ præterea generũ ſylueſtre, & mitius, utrũqꝫ prodeſſe dyſentericis & exulceratis cum pane, ſtomacho uero ex aceto. Vlceribus uetuſtis illinit̃ crudũ & uulnerũ recentiũ impetus lenire perhibent̃, & luxatorũ pedũ, ac ueſicæ dolores. Sylueſtri tenuiora, folia, ſed in iiſdẽ remediis effectus maiores, & in ſananda hominũ ac pecoꝝ ſcabie. Præterea nitorẽ corpori fieri, dẽtibuſqꝫ candorẽ, ſi fricent̃ radice ea. Semine linguæ ſubdito ſitim non ſentiri. Hoc quoqꝫ mãdi, & utraqꝫ etiã cõdiri. Crateias etiã tertiũ genus tradidit lõgioribus foliis & hirſutioribus, odore cupreſſi, naſci ſub edera, maxĩe prodeſſe opiſthotonicis, cõtractionibꝰ neruoꝝ tribus obolis in ſextariũ aquæ. Acanthos eſt topiaria & urbana herba, elato longoqꝫ folio crepidines marginũ adſurgẽtiumqꝫ puluinoꝝ toros ueſtiens. Duo genera eius ſunt, aculeatũ, & criſpũ, qd' breuius. Alterũ lene, qd' aliqui pederoton uocãt, alii melãphyllũ. Huius radices uſtis luxatiſqꝫ mire pſunt, Item ruptis cõuulſis, phthiſin metuẽtibꝰ incoctæ cibo maxĩe ptyſana. Podagris quoqꝫ illinunt̃ tritæ & calefactæ calidis. Bupleuron ĩ ſponte naſcẽtiũ herbaꝝ numero greci habẽt, caule cubitali, foliis multis, lõgiſqꝫ capite anethi, laudatũ ĩ cibis. Hippocrate in medicina, Glaucone & Nicandro. Semẽ cõtra ſerpentes ualet. Folia ad ſecũdas fœminarum, uel ſuccum ex uino illinunt, Et ſtrumis folia cum ſale & uino. Radix cõtra ſerpẽtes dat̃ in uino & urinæ ciẽdę. Bupreſtin magna in cõſtatia greci in laudibus ciborũ etiã habuere. Iidẽqꝫ remedia tanq̃ contra uenenũ ꝓdiderunt. Et ipm̃ nomen indicio eſt boum eſſe uenenũ, quos diſſilire deguſtata fatent̃. Quapropter nec de hac plura dicemus. Eſt uero cauſa quapropter uenena monſtremus inter gramineas coronas, niſi libidinis cauſa expetẽda alicui uidet̃, quã nõ aliter magis accẽdi putãt q̃ poſtea potu. Elaphoboſchon ⁜ ferulaceũ eſt geniculatũ digiti craſſitudĩe, ſemine corymbis

⁜ Fœniculaceũ

ne corymbis dependẽtibus,filis effigie,ſed nõ amaris,foliis oluſatri & hoc lautũ in cibis.Quippe etiã conditũ protogat ad urinam ciendã,lateris dolores ſedandos,rupta cõuulſa ſanãda, inflatio nes diſcutieudas,coli quoq; tormenta.Contra ſerpentiũ omniũq; aculeatorũ ictus.Quippe fama eſt hoc pabulo ceruos reſiſtere ſerpentibus.Fiſtulas quoq; radix nitro addito illita ſanat.Sicanda autẽ in eos uſus prius eſt,ne ſucco eius madeat,qui contra ſerpẽtiũ ictꝰ facit eam deteriorẽ.Scan dix,quoq; in olere ſylueſtri a grecis ponit̃,ut Opion &Eraſiſtratꝰ tradũt.Itẽ decocta aluum ſiſtit. Semine ſingultus cõfeſtim aceto ſedat.Illinit̃ ambuſtis,urinas cit.Decoctæ ſuccus prodeſt ſtoma cho,iocineri,renibꝰ,ueſicæ.Hæc eſt qdã Ariſtophanes Euripidi poetæ obiicit ioculatiter mrem eiꝰ ne olꝰ qdẽ legitimũ uẽditaſſe olium,ſed ſcandicẽ.Eadẽ erat anthriſcꝰ,ſi tenuiora folia & odo ratiora hr̃et.Peculiaris laus eius,ꝙ fatigato uenere corpi ſuccurrit,marceſcẽteſq; ſenio iã coitꝰ ex citat.Siſtit ꝓfluuia alba fœminarũ.Et laſioue olus ſylueſtre habet̃ in terra,repens cũ lacte multo florem fert candidũ,conciliũ uocant.Et huius eadem cõmendatio ad ſtimulãdos coitꝰ.Cruda ex aceto in cibo ſumpta mlr̃ibus lactis ubertatẽ præſtat.Salutaris eſt phthiſin ſentiẽtibꝰ . Infautiũ capiti illita nutrit capillũ,tenacioreq; eiꝰ cutẽ efficit.Eſt & caucalis fœniculo ſil'is,breui caule,flo re cãdido,cordi utilis.Succus eiꝰ bibit̃,ſtomacho perq̃ cõmodatus & urinæ,calculiſq; & harenis pellẽdis,& ueſicæ pruritibus.Extenuat & lyenis iocineris renũq; pituitas.Semẽ mẽſes fœminaꝝ adiuuat,bilemq; a ptu ſiccat.Datur & contra ꝓfluuia genituræ uiris,Chryſippus & cõceptiõibꝰ eã putat cõferre multũ.Bibit̃ in uino ieiunis.Illinit̃ & cõtra uenena marinoꝝ,ſicut Petricꝰ.i car mine ſuo ſignificat.His adnumerãt ſion latiꝰ apio in aqua naſcẽs,pinguiꝰ,nigrius,copioſum ſemi ne,ſapore naſturtii.Prodeſt urinis,renibꝰ,lyenibus,mulierũq; mẽſibus,ſiue ipm̃ in cibo ſumptũ, ſiue ius decocti,ſiue ſemẽ e uino drachmis duabus.Calculos rũpit,aquiſq; quæ gignũt eos reſiſtit Dyſentericis ꝓdeſt infuſum.Itẽ lentigini illitũ, & mulieꝝ uitiis in facie noctu illitum momento cutem emẽdat,& ramices lenit,& ſcabiem equoꝝ.Sillybũ chamæleonti albo ſimilem ęque ſpino ſam,ne in Cilicia qdẽ,aut Syria,aut Pphœnice,ubi naſcit̃,coquere tanti eſt,ita operoſa eius culina tradit̃.In medicina nullũ uſum habet.Scolymon quoq; i cibos recipit oriens,& alio noĩe limoniõ appellat.Frutex ẽ nunq̃ cubitali altior,criſtiſq; foliorũ ac radice nigra.ſ3 dulci.Eratoſthẽi quoq; laudata in pauperis cœna.Vrinã ciere ꝓcipuæ tradit̃.Sanare lichenas & lepras ex aceto.Venerẽ ſtimulare in uino,Heſiodo & Alcæo teſtibus,qui florẽte ea Cicadas acerrimi cãtus eſſe,& mlr̃es libidinis auidiſſimas,uiroſq; in coitũ pigerrimos ſcripſere,uelut ꝓuidẽtia naturæ hoc adiumẽto tũc ualẽtiſſimo.Item graucolentia alarũ emẽdat,radicis emedullatæ uncia i uini falerui heminis tribus decocta ad tertias,& a balneo ieiuno,Itemq; poſt cibũ cyathis ſingulis pota.Mirũ eſt quod Xenocrates ꝓmittit experimẽto uitium id ex alis per urinã effluere.Eſtur & ſonchos,ut quẽ The ſeo apud Callimachũ apponat Hecale,uterq; albus & uiger , lactucæ ſil'es ambo,niſi ſpinoſi eẽt; caule cubitali anguloſo,intus cauo,ſed q fractus copioſo lacte manet.Albus q e lacte nitor utilis orthopnoicis lactucaꝝ modo.Eraſiſtratus calculos p urinã pelli eo monſtrat,& oris graueolen tiã cõmanducato corrigi.Succus trium cyathorũ mẽſura in uino albo & oleo calefactus adiuuat ptus,ita a partu ambulẽt grauidæ.Dat̃ in ſorbitione.Ipſe caulis decoctus facit lactis abundantiã nutricibus,colorẽq; meliorẽ infantiũ.Vtiliſſimus his quæ lac ſibi coire ſentiant.Inſtillat̃ auribꝰ ſuccus,calidusq; in ſtranguria bibit̃ cyathi mẽſura,& in ſtomachi roſionibus cũ ſemie cucumeris nucleiſq; pineis.Illinit̃ & ſedis collectionibꝰ.Bibitur cõtra ſerpẽtes ſcorpiõeſq;,radix uero illinit̃ Eadẽq; decocta in oleo punici mali calice auriũ morbis præſidiũ eſt.Hæc oĩa ex albo.Cleõpo tus nigro prohibet ueſci,ut morbos faciente,de albo cõſentiens.Agathocles etiã cõtra ſanguinẽ Tauri demonſtrat ſucco eius uti.Refrigeratoriã tamẽ uim eſſe cõuenit nigro,& hac cauſa iponẽ dum cũ polẽta Zenon radice albi ſtrangurĩ docet ſanari.Chondrilon ſiue chõdrile folia habet intubi circũroſis ſimilia,caulẽ minꝰ pedali ſucco madentẽ amãro,radice fabæ,ſimili aliquãdo nu meroſam.Habet ꝓximã terræ maſtiche tuberculo fabæ q̃ appoſita fœminaꝝ mẽſes trahere dici tur.Tuſa cum radicibus tota diuidit̃ in paſtillos contra ſerpeutes,argumẽto probabili.Si quidẽ mures agreſtes læſi his hanc eſſe dicunt̃.Succus ex uino coctæ aluum ſiſtit.Eadem palpebrarum pilos inordinatiſſimos pro gũmi efficaciſſime regit.Dorotheus ſtomacho & concoctionibus uti lem ſuis carmibus ꝓnunciauit.Aliq fœminis & oculis generationiq; uiroꝝ cõtrariã putauere.In ter ea quæ temere maudunt̃ boletos merito poſuerim.Optimus quidẽ eſt iis cibus,ſed imẽſo exẽ plo in crimen adductus ueneno, Tiberio Claudio principi p hãc occaſionẽ a cõiuge dato Agrip

pina,quo facto illa terris uenenũ alterum ſibiqꝫ ante oẽs Neronẽ ſuum dedit.Quorundã ex his facile noſcunt uenena diluto robore,rancido aſpectu,liuido intus colore,rimoſa ſtria, pallido ꝑ ambitũ labro.Nõ ſunt hæc in ꝗbuſdã,ſicciqꝫ & nitri ſĩles,ueluti guttas in uertice albas ex tunica ſua gerunt. Voluã eñ terra ob hoc prius gignit,ipm poſtea in uolua ceu in ouo eſt luteũ.Nec tunicę minor gratia in cibo infantis boleti.Rumpit hoc primo naſcẽte,mox creſcente in pediculo corpus abſumit,raroqꝫ unꝗ geminis ex uno pede.Origo prĩa cauſaqꝫ limo,& aceſcẽte ſucco madẽtis terræ,aut radicis ferme glandiferæ,initioqꝫ ſpuma lentior.Dein corpꝰ mẽbranæ ſĩle,mox ptꝰ ut diximꝰ illa penitialia ꝑſus ĩprobãda.Si eñ caligaris clauus,ſi ferri uel chalybis aliqua rubigo aut panni marcor affuerit,oẽm illico ſuccũ alienũ ſaporẽqꝫ in uenenũ decoquit, deprælendiſſeqꝫ niſi agreſtes poſſunt,atqꝫ qui colligunt.Ducunt ipſi alia uitia.Nunc quidẽ ſi ſerpentis cauerna iuxta fuerit,ſi pateſcẽtes primo adhalauerit capaci uenenorũ cognatione ad uirus accipiẽdũ. Itaqꝫ caueri cõueniet priuſꝗ ſe condãt ſerpẽtes.Signa erũt tot herbæ,tot arbores fruticeſqꝫ ab emerſu earũ ad latebrã uſqꝫ uernãtes,& uel fraxini tantũ folia,nec poſtea naſcentia, nec ante decidentia. Et boletis quidem ortus occaſuſqꝫ omnis intra dies ſeptem eſt.

De fungis & ſilphio,& de laſere medo. Cap.xxiii.

FVngorũ lætior natura,& numeroſa gñã,ſed origo nõ niſi expituita arborũ. Tutiſſimi qui rubent callo minus diluto robore ꝗ boleti.Mox candidi,uelut apice flaminis inſignibus pediculis.Tertium genus ſuillis uenenis accõmodatiſſimum,Familias nuper interemere , & tota conuiuia Annæum Serenũ præfectũ Neronis uigilium & tribunos & cẽturiones quoſqꝫ. Voluptas tanta ancipitis cibi.Quidã diſcreuere arborũ generibꝰ,ſico ferula & gũmi ferẽtibꝰ. Nos itẽ fago aut robore,aut cupſſo,ut diximus.Sed iſta qs ſpõdet in uenalibꝰ?Oĩum color liuidus.His aberit ueneni argumentũ,quo ſimilior fuerit arborũ fici.Aduerſus hæc diximus remedia,dicemuſqꝫ. Interim ſunt aliqua & in his Claudiꝰ ſtomacho utiles putat boletos,ſiccant pẽdẽtes ſuilli iũco trãſfixi,ꝗles a Bithynia ueniũt.Hi fluxiõibꝰ alui ꝗs rheumatiſmos uocãt medent,excreſcẽtibuſqꝫ i ſede carnibꝰ,minuũt eñ eas,& tẽpore abſumũt.Item lentigines & mulierũ uitia in facie leuant.Lauant etiam ut plumbum in oculorũ medicamenta.Sordidis ulceribus,& capitis eruptionibus,canũ morſibꝰ ex aꝗ illinunt.Libet & coquẽdi dare aliquas cõmunes in omni eorum genere obſeruationes,quando ipſæ ſuis manibus delitiæ præparant hũc cibum ſolum,& cogitatione ante paſcunt,ſuccineis nouaculis,aut argẽteo apparatu comitante.Noxii erũt fungi,qui in coquẽdo duriores fiũt.Innocẽtiores,qui nitro addito coquent,ſi utiqꝫ percoquant . Tutiores fiẽt cum carne cocti,aut cũ pediculo pyri.Proſũt & pyra cõfeſtim ſũpta.Debellat eos & aceti natura cõtraria iis. Imbribus ꝓueniunt omnia hæc . Imbre & ſilphion uenit primo e cyrenis,ut dictum eſt.Ex Syria nũc hoc maxĩe ĩportat deterius Parthico,ſed medio melius,extincto oĩ Cyrenaico ut diximꝰ. Vſus ſilphii ĩ medĩa.Nam folia ad expurgãdas uuluas,pellẽdoſqꝫ emortuos partus decoquunt in uino albo odorato,ut bibat mẽſura acetabuli a balneis.Radix ꝓdeſt arteriis exaſꝑatis , & collectiõibꝰ ſanguis illinit.Sed & ĩ cibis cõcoquit ægre.Inflationes facit & ructus . Vrinæ quoqꝫ noxia. Suggillatis cũ uino & oleo amiciſſima,& cũ cæra ſtrumis.Verrucæ ſedis crebriore eius ſuffitu cadũt. Laſer e ſilphio profluens quo diximus modo,inter eximia eſt naturæ dona numeratũ.Pluribus cõpoſitiõibꝰ inſerit.Per ſe autẽ algores excalfacit.Potum neruorũ uitia extenuat.Fœminis dat ĩ uino.Et lanis mollibꝰ admouet uuluę ad mẽſes ciẽdos.Pedũ clauos circũſcarificatos ferro mixtũ cæræ extrahit.Vrinã ciet ciceris magnitudĩe dilutũ.Andrias ſpondet copioſius ſumptũ,inflationes facere;& cõcoctioni plurimũ cõferre ſenibus & fœminis.Itẽ hyeme ꝗ æſtate utilius. Veruntamen aquã bibẽtibus,cauẽdumqꝫ ne qua ſit exulceratio intra.Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.Tempeſtiue eñ datũ cauteriũ obtinet,aſſuetis etiã utilius ꝗ expertibus. Extera corporũ indubitatas cõfeſſiones hẽt. Venena telorũ & ſerpentiũ extinguit,potum ex aqua uulneribus his circũlinit.Scorpionũ tãtũ plagis ex oleo. Vlceribus uero nõ matureſcentibus cum farina hordeacea,uel fico ſicca.Carbũculis cũ ruta,uel cum melle, uel per ſe uiſco ſuperlitũ, ut hæreat, Sic & ad canis morſus.Excreſcẽtibus circa ſedẽ cũ tegmine punicĩ mali ex aceto decoctũ.Clauis pedũ qui uulgo morticini appellãt nitro mixto.Ante ſubactũ carnes replet cũ uino & croco,aut pipere;aut muriũ fimo & aceto.Perniones ex uino fouet,& ex oleo coctum imponit.Sic & callos. Clauis pedũ ſuperraſis ꝑcipuę utilitatis.Contra aquas malas, peſtilentes tractus, uel dies.In tuſſi uua,fellis ueteris effuſione,hydropicis raucitatibus.Confeſtim eñ purgat fauces,uocẽqꝫ reddit,

Podagras in

Podagras in ſpongia dilutū poſtea lenit. Pleureticis i ſorbitione uinum poturis daſ, cōtractionibꝰ, opiſthotonicis, ciceris magnitudie cęræ circūlitū. In angina gargarizaſ, Anhelatoribꝰ & i tuſſi uetuſta cū porro ex aceto datur, atq; ex aceto his q coagulū lactis ſorbuerint. Præcordiorū nitriis, ſyntericis, comitialibus cū uino in aqua mulſa, linguæ paralyſi. Coxendicibꝰ lumborū doloribus cū decocto melle illiniſ. Nō eēſuerim quod auctores ſuadent, cauernis dentiū i dolore inditū cæra includi magno experimento hois, qui ſe eadem cauſa pręcipitauit ex alto, quippe tauros in flāmar naribꝰ illitis ſerpētes auidiſſimas uini admixtū rūpit, ideo nec ✣ iungi ſuaſerim cū Attico melle, licet pcipiant. Quas habeat utilitates admixtū aliis imenſum ē referre, & nos ſimplicia tractamus, qm̄ in his naturā eſſe apparet, in illis cōiecturā ſæpe fallacē, nulli ſatis cuſtodita i mixturis concordia naturę ac repugnantia. Qua de re mox plura dicemus. ✣ Inū.

De natura mellis & aqua mulſa, & quare genere ciborū mores immutentur, & de melitide & cæra. Cap. xxiiii.

NOn eſſet mellis auctoritas in pcio minor q̄ laſeris, ni ubiq; naſcereſ. Illud ipſa fabricata ſit natura. Sed & huic gignēdo aial ut diximus innumeros ad uſus ſi quotiēs miſceaſ, æſtimemus. Prima propolis alueorū de qua diximus, aculeos & omnia infixa corpi extrahit, tubera diſcutit, dura cōcoquit, dolores neruorū mulcet, ulceraq; iam deſperātia cicatrice includit. Mellis qdem ipius natura talis eſt, ut putreſcere corpa nō ſinat, iucundo ſapore atq; non aſpero. Alia quā ſalis natura faucibꝰ, tonſillis, anginæ: oibuſq; oris deſideriis utiliſſimū, areſcētiq; i febribus linguę. Iam uero peripneumonicis pleureticis decoctū. Itē uulneribus a ſerpente percuſſis. Et cōtra uenena fungorū. Paralyticis in mulſo, quanq̄ ſuæ mulſo dotes cōſtant. Mel auribus iſtillatū cū roſaceo prodeſt, lendes & fœda capitis aīalia necat. Vſus deſpumati ſemper aptior, ſtomachū tamē inflat, bilem auget, faſtidiū creat, & oculis per ſe iutile aliqui arbitranſ. Rurſus quidam angulos exulceratos melle tangi ſuadēt. Mellis cauſas atq; differētias natiōeſq; & indicationē i apium, ac deinde florū natura diximus, cū ratio opis diuidi cogeret miſcēda. Rurſus naturā rerū pernoſcere uolētibus. In mellis opibus & aqua mulſa tractari debet. Duo genera eiꝰ ſubitæ ac recentis. Alterū inueteratæ. Repētina deſpumato melle præclarā utilitatē habet in cibo ægrotātiū leui, hoc eſt alicæ elutæ, uiribus recreādis, ore ſtomachoq; mulcēdo ardore refrigerādo. Frigidam em̄ utilius dari uentri molliēdo. Inuenio & apud auctores hūc potū bibendū alſioſis. Item animi humilis & preparci, quos illi dixere micropſycos. Eſt & rō ſubtilitatis imenſę a Platōe deſcendēs. Corpuſculis rerū leuibus ſcabris anguloſis rotūdis, magis aut minꝰ ad aliorū naturā accedētibꝰ, ideo non eadem oīibꝰ amara aut dulcia eſſe. Sic & in laſſitudine proniores eſſe ad iracundiā, & inſiti, Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potiꝰ animæ dulciore ſucco mitigaſ. Lenit tranſitū ſpūs, & molliores facit meatus. ne ſcindant euntem redeuntēq;. Experimēta in ſe cuiq;. Nullius nō ira luctuſq; triſticiæ. Oīs animi impetus cibo mollitur. Ideoq; obſeruāda ſunt, quæ non ſolū corporū medicinam, & morum habent. Aqua mulſa & tuſſientibus utilis traditur, calefacta incitat uomitiones. Contra uenenū pſimythii ſalutaris addito oleo. Item contra hyoſcyamū cum lacte maxie aſinino, & cōtra halicacabin ut diximꝰ. Infundiſ & auribus & genitaliū fiſtulis. Vuluis imponiſ cum pane molli. Subitis timoribꝰ, luxatis, leniēdiſq; oīibꝰ. Inueteratæ aūt uſum damnauere poſteri, minus innocentē aqua, minuſq; uino firmum. Longa tamē uetuſtate tranſit in uinum, ut cōſtat inter omes ſtomacho inutiliſſimū, neruiſq; contrariū. Semper mulſum ex uetere uino utiliſſimum, facilimeq; cum melle concorporaſ, quod in dulci nunq̄ euenit. Ex auſtero factum non implet ſtomachū, neq; ex decocto melle, minuſq; inflat quod fere euenit. Appetendi quoq; reuocat auiditatē cibi. Aluū mollit frigido potu pluribus, calido ſiſtit. Corpora auget. Multi ſenectā lōgā mulſi tātū intinctu tolerauere, neq; alio ullo cibo. Celebri Pollionis Romuli exēplo. quē cēteſimū annū excedētem, cū diuus Auguſtus hoſpes iterrogaret, quanam ratione maxie uigorem illū animi corporiſq; cuſtodiſſet, ille reſpondit. Intus mulſo, foris oleo. Varro regium cognominatū morbum arquatū tradit, quoniā cureſ mulſo. Melitides quo fieret modo ex muſto & melle docuimꝰ in ratione uini. Seculis iam fieri non arbitror. Hoc genus inflationibꝰ obnoxiū. Solebat tn̄ iueteratū alui cauſa dari in febre. Itē articulario morbo, & neruorū ifirmitate laborātibꝰ, & mulieribꝰ uini abſtemiis. Melius naturæ adnexa cæra, & cuiꝰ origīe & bōitate natiōibuſq; ſuis diximꝰ locis. Oīs aūt mollit, calfacit, explet corpa recens melior. Datur in ſorbitiōe dyſentericis. Fauiq; ipſi in pulte alicæ prius toſtę. Aduerſaſ lactis naturæ, ac milii magnitudine .x. grana cæræ hauſta, nō

patiunt coagulari lac in ſtomacho.Si inguē tumeat,albam cærā in pube fixiſſe remedio eſt.Nec huius uſus,duos mixta aliis præſtat,enūerare medicina poſſit,ſicuti nec cæterorū quæ cū aliis ꝓſunt.Iſta ut diximus īgeniis cōſtāt.Nō fecit cærata,malagmata,emplaſtra,collyria,antidota Parens illa ac diuina rerum artifex,Officinaꝝ immo uerius auaritiæ cōmenta ſunt.Naturæ qdem opera abſoluta atq; perfecta gignunt,paucis ex cauſa non ex cōiectura rebus abſumptis.ut ſucco aliquo ſicca tēperent ad meatus,aut corpe alio humēria ad nexus.Scrupulatim qdē colligere ac miſcere uires,non coniecturæ humanæ opus,ſed impudētiæ eſt.Nos nec Indicarum Arabicarūq; merciū,aut externi orbis attingimus medicinas.Non placent remediis tam longe naſcentia.Nō nobis gignunt.Immo ne illis qdē,alioquin non uenderēt.Odorū cauſa unguentorūq; ,& delitiarum,ſi placet etiam ſupſtitionis gratia emant,quoniā thure ſupplicamus & coſto.Salutem quidē ſine his poſſe conſtare,uel ob id ꝓbabimus,ut tāto magis ſui delitias pudeat.Sed medicinas e floribus coronamētiſq; & hortenſiis,quæq; mandunt herbis ꝓſecuti,quo nam modo frugum omittemus?Nimirum & has indicare conueniet.

Contra compoſitiones medicorū,medicinæ ex frugibus. Cap.xxv.

IN primis ſapientiſſima animaliū eſſe conſtat,quæ fruge ueſcantur.Siliginis grana combuſta & trita in uino amineo oculis illita epiphoras ſedant.Tritici uero ferro combuſta iis, quæ frigus uſſerit,præſentaneo ſunt remedio.Farina tritici ex aceto cocta neruoꝝ contractionibus cū roſaceo uero & fico ſicca mixiſq; decoctis.Furfures tonſillis faucibuſq; gargarizatione ꝓſunt. Sex.Pōpeius p̄torii uiri pater Hiſpaniæ citerioris princeps cū horreis ſuis uentilādis p̄ſideret,correptus dolore podagræ merſit in triticū ſeſe ſup genua leuatuſq; ſiccatis pedibus mirabili modo hoc poſtea remedio uſus eſt.Vis tanta eſt,ut cados plenos ſiccet . Paleāq; quoq; tritici uel hordei calidā imponi rami cū incōmodis expri iubēt,quaq; decoctæ ſūt aq̄ foueri.Eſt in farre uermicul⁹ teredini ſimilis, quo cauis dentiū cæra īcluſo cadere uitiati dicunt,etiam ſi fricent.Olyrā arineā dixim⁹ uocāt.Hac decocta fit medicamētū,qđ ægypti athatam uocāt,infantibus utiliſſimū, ſed & adultos illinunt eo. Farina ex hordeo & cruda,& decocta collectiones imperuſq; diſcutit,lenit & concoqt.Decoquit alias in mulſa aq̄ aut fico ſicca.Ad iocineris dolores eam in poſca poſita cū coqui opus eſt,aut cū uino.Cum uero inter coquendū diſcutiendūq; cura eſt,tunc in aceto melius,aut in fæce aceti,aut cotoneis pyriſue decoctis.Ad multipedū morſus cum melle,ad ſerpentiū in aceto,& cōtra ſuppurātia,ad extrahēdas ſuppurationes ex poſca, addita reſina & galla . Ad cōctiones uero & ulcera uetera cū reſina.Ad duritias cū fimo colūbarū,aut fico ſicco,aut cinere. Ad neruoꝝ inflāmationes,aut inteſtinoꝝ uel laterū,uel uiriliū dolores cum papauere aut meliloto,& quotiēs ab oſſib⁹ caro recedit.Ad ſtrumas cū pice,& īpubis pueri urina . Cū oleo & fœno græco contra tumores prçcordioꝝ,uel in febribus cum melle uel adipe uetuſto. Suppuratis triticea farina multo lenior.Neruis cum hyoſcyami ſucco illinitur.Ex aceto & melle lētigini. Zea ex qua aliquā fieri dixim⁹ efficatior etiā hordeacea uidet,trimeſtris mollior. Ex uino rubro ad ſcorpionū ictus tepida,& ſanguinē excreātib⁹.Item arteriæ.Tuſſi cū caprino ſeuo,aut butyro. Ex fœnogræco molliſſima oſum. Vlcera manātia ſanat,& furfures corporis,ſtomachi dolores,pedes & mámas cum uino & nitro cocta.Herina magis cæteris purgat ulcera uetera,& grāgrenas.Cū rhaphano & ſale.& aceto lichenas.Lepras cū ſulphure uiuo.Et capitis dolores cū adipe anſerino impoſita fronti.Strumos & panos concoqt in fimo colūbino & lini ſemie decocta in uino.De polentæ generibus in frugū loco ſatis diximus,locoꝝ ratione,quæ a farina hordei diſtat , eo ꝙ torret. Ad ſtomachū utilis,aluū ſiſtit.ipetuſq; rubicūdi tumoris.Et oculis illinit & capitis dolori cū mēta,aut alia refrigerāte herba.Itē pernionib⁹ & ſerpentiū plagis.Itē ambuſtis ex uīo,īhibet quoq; puſtulas.Farina in pollinē ſubacta uim extrahēdi humoris habet.Ideo & cruore ſuffuſis ī faſcias uſq; ſanguinē perducit.Efficacius in ſapa,imponit & pedum callo clauiſq;.Nam cum oleo uetere ac pice decocta polline cōdylomata,& alia oīa ſedis uitia q̄maxime calido mirabilē in modum curant.Pulte corpus auget.Farina qua chartæ glutinant ſanguinē excreantibus.dat tepida ſorbenda,efficaciter ꝓdeſt.Halica res romana eſt,& non pridē excogitata,alioquin non ptiſanæ potius laudes ſcripſiſſent græci.Nōdū arbitror.Pompei Magni etate in uſu fuiſſe,& ideo uix quicq̄ decea ſcriptū ab Aſclepiadis ſchola . Eſſe qdē eximie utilē nemo dubitat,ſiue eluta det ex aq̄ mulſa,ſiue in ſorbitiones decocta,ſiue in pulte.Eadē in aluo ſiſtenda torret,dein fauoꝝ cçra coquit,ut ſupra dixim⁹,Peculiaris tamē lōgo morbo ad tabitudinē redactis ſubuenit,ternis eius cyathis

in ſextariū

in ſextariũ aquæ ſenſim decoctis,donec om̃is aq̃ cõſumat.Poſtea ſextario lactis ouilli aut caprini addito par cõtinuos dies mox adiecto melle.Tali ſorbitiõis genere emẽdant ſintexes.Milio ſiſtit aluus.Diſcutiunt tormina in quẽ uſum torret ante.Neruorũ doloribus & aliis feruens ĩ ſacco ponit.Neq; aliud utilius quoniã læuiſſimũ molliſſimũq; eſt,& caloris capaciſſimũq;.Itaq; talis uſus eius eſt ad om̃ia quibus calor ꝓfuturus eſt.Farina eius cum pice liquida ſerpentiũ,& multipedę plagis imponit.Panicũ Diocles medicus melfrugũ appellauit.Effectus habet quos milium. In uino potum prodeſt dyſentericis.Similiter his quæ uaporanda ſunt excalfactum imponit.Siſtit aluum in lacte caprino decoctũ,& bis die hauſtũ Sic ꝓdeſt & ad tormina.Seſama trita in uino ſumpta inhibet uomitiones.Auriũ inflãmationi illinit & ambuſtis.Eadem efficit & dũ in herba eſt.Amplius hoc oculis imponit decocta in uino.Stomacho inutilis cib⁹,& animæ grauitatẽ facit.Stellionũ morſibus reſiſtit.Itẽ ulceribus quæ cacoethe uocant.Et auribus oleũ q̃d ex ea fit, prodeſſe diximus.Seſamoides a ſĩlitudine nomẽ accipit,grano amaro,folio minore.Naſcit ĩ glareoſis.Detrahit bilem ĩ aqua potũ.Semẽ illinit igni ſacro.Diſcutit panos.Eſt etiãnum aliud ſeſamoides Antycitæ naſcẽs q̃d ideo aliqui antycirícon uocãt,cætera ſimile erigeronti herbę,de qua ſuo dicemus loco.Granũ ſeſamæ datur in uino dulci ad detractiones,quantũ trinis digitis capit. Miſcent hellebori albi unum & dimidiũ obulũ.Purgationẽ eam adhibentes maxime inſanæ melancholiæ,comitialibus,podagris,Et ꝑ ſe drachmæ pondere exinaniuit.Hordeũ optimũ q̃d candidiſſimũ.Succus decocti in aqua cæleſti digerit in paſtillos,ut infundat exulceratis ſteraneis & uuluis.Cinis eius ambuſtis illinit & carnibus,quæ recedũt ab oſſibus & eruptionib⁹ pituitæ,muris aranei morſibus.Idem aſpſo ſale ac melle candorẽ dentib⁹& ſuauitatem oris facit, eosq pane hordeaceo utunt,morbo pedũ tentari negãt.Nouẽq; granis ſi furunculũ quis circũdat,ſingulis, ter manu ſiniſtra & om̃ia in ignem abiiciat,cõfeſtim ſanari aiunt,ẽ & herba phœnicea appellata a græcis,a noſtris uero hordeom murinũ,Hæc trita ex uino pota præclare ciet mẽſes.Ptiſanæ q̃ ex hordeo fit,laudes uno uolumine cõdidit Hippocrates,quæ nunc oẽs in halicam trãſeũt.Cõtra quanto innocẽtior eſt alica,Hippocrates tantũ ſorbitionis gratia laudauit,quoniã lubrica ex facili hauriretur,quoniã ſitim arceret,quoniã ĩ aluo nõ tumeſceret,quoniã facile redderet,& aſſuetis hic ſolus cibis in febribus die poſſet dari,tãtũ remot⁹ ab iſtis qui medicinã fame exercẽt . Sorbitione tamẽ dari totum uetuit.Aliudue q̃ ſuccum ptiſanæ.Item uetuit q̃diu pedes frigidi eẽnt, tunc quidem nec potionẽ dandam ſit ex tritico glutinóſior,arteriæq; exulceratæ utilior . Amylõ hebetat oculos.& gulæ inutile cõtra q̃ credit.Item ſiſtit aluũ,epiphoras oculorũ inhibet, & ulcera ſanat.Itẽ puſtulas & fluitiones ſanguinis.Genas duras emollit.Dat cũ ouo his qui ſanguinẽ reiecerit.In ueſicæ uero dolore ſemũcia amyli cũ ouo,& paſſis tribus ſufferuefacta a balneo . Quin & auenæ farina decocta in aceto tollit neruos.Panis ĩpe quo uiuit inũeras pene cõtiet medicias, ex aqua eni & oleo aut roſaceo mollit collectiões,ex aq̃ mulſa duritias ualde mittigat.Dat ex uino ad diſcutiẽda ualens,aut quę ꝓſtringit opus ſit,& ſi magis etiã num ex aceto.Aduerſus acutas pituitæ fluxiões,quas græci rheumatiſmos uocant.Item ad percuſſa luxata.Ad om̃ia autem hæc fermẽtat⁹,qui uocat autopyros,utilior.Illinit & paronychiis,& callo pedũ ĩ aceto ueteri . Nauticus panis tuſus atq; iterũ coctus ſiſtit aluũ.Vocis ſtudioſis & cõtra diſtillationes ſuccũ eſſe primo cibo utiliſſimum eſt·Sitanios hoc eſt trimeſtris incuſſa in facie,aut diſquámata cum melle aptiſſime curat . Candidus ægris aqua calida frigidaue madefactus leuiſſimũ cibũ præbet.Oculorũ tumori ex uino imponit,ſic & puſtulis capitis,aut adiecta arida myrto.Tremulis panẽ ex aqua eſſe ieiunis ſtatim a balneo demõſtraut.Quin & grauitatẽ odorũ in cubiculis uſtus emendat,& uini ĩ ſaccis addito.Auxiliat & faba.Nanq; ſolida fricta,feruẽſq; in acri aceto cõiecta tormínib⁹ medet In cibo freſſa & cũ allio cocta,cõtra deploratas tuſſes ſuppurationeſq; pectorũ quotidião cibo ſumitur,& comanducata ieiuno ore etiam ad furunculos maturandos,diſcutiendoſue ĩponit,& in uino decocta ad teſtium tumores & genitaliũ.Lomento quoq; ex aceto decocto tumores maturat atq; aperit.Item liuoribus combuſtis medet.Voci eam prodeſſe auctor eſt.M.Varro. Fabaliũ etiam ſiliquaꝝq; cinis ad coxendices,& ad neruoꝝ ueteres dolores cũ adipis ſuilli uetuſtate prodeſt,& per ſe cortices decocti ad tertias ſiſtunt aluũ.Lens optima quæ facilime coquit, eaq; quæ maxĩe aquã abſorbet.Aciem q̃dem oculoꝝ obtũdit,& ſtomachũ inflat,ſed aluũ ſiſtit in cibo,magiſq; diſcocta cœleſti aq̃,eadẽ ſoluit min⁹ ꝑcocta.✠ Puſtulas ulceꝝ rũpit,eaq; q̃ ĩtra os ſũt,purgat ✠ Cru- & aſtrigit.Collectiões oẽs ĩpoſita ſedat,maxieq; exulceratas & rioſas.Ocloꝝ aũt epiphoras cum ſtas.

meliloto aut cotoneo.Cõtra ſuppurãtia cũ polẽta imponiť.Decoctæ ſuccus ad oris exulcerationes & genitaliũ adhibeť.Ad ſedẽ cũ roſaceo aut cotoneo.In iis quæ acrius remediũ exigũt cum putamie punici melle modico adiecto.Ad id demũ ne celeriter inareſcat,adiiciũt & betę folia.Imponiť & ſtrumis,paniſq; uľ maturis,uel matureſcẽtibꝰ ex aceto diſcocta.Rimis ex aqua mulſa, & gãgrenis cũ punici germine.Itẽ podagris cum polẽta,& uuluis & renibus & pernionibus.Vlceribus difficili cicatricẽ trahẽtibꝰ.Propter diſſolutionẽ ſtomachi.xxx.grana lẽtis deuoranť.In choleris quoq; & dyſenteria efficacior eſt in tribꝰ aq̃s cocta,in quo uſu meliꝰ ſemp eã torrere aut tondere,ut quã tenuiſſima deť,uel p ſe,uel cũ cotonco malo,aut pyris,aut myrton,aut intubo erratico aut beta nigra,aut plãtagie.Pulmoni eſt inutilis,& capitis dolori,neruoſiſq; oĩbꝰ,& felli,nec ſõno facilis,ad puſtulas utilis,igniq; ſacro & mãmis ĩ aqua marina decocta,in aceto aũt duritias & ſtrumas diſcutit.Stomachi q̃dem cauſa polentæ modo potionibus inſpergiť. Quæ ſunt ambuſta aqua ſemicocta curat.Poſtea trita & per cribrũ effuſo furfure,mox pcedente curatiõe addito melle.Ex poſca coquiť ad guttura. Eſt & paluſtris lens & per ſe naſcens in aq̃ nõ fluẽte refrigeratoriæ naturę.Propter quod collectionibus illiniť,& maxĩe podagris,& per ſe cũ polẽta glutinat,& iteranea pcidẽtia,eſt ſylueſtris & eleliſphacos dicta a græcis,ab aliis phacos,ea eſt ſatiua lente leuior,& folio minore,atq; ſicciore & odoratiore.Eſt & alterũ genus eius ſylueſtris, odore graui; hæc mitior.Folia habet cotonei mali effigie,ſed miora & cãdida,q̃ cũ ramis decoquũť.Mẽſes cit & urias,& paſtinace,& marinæ ictus ſanat.Torporẽ aũt obducit pcuſſo loco.Bibiť cũ abſynthio ad dyſenteriã.Cũ uino eadẽ cõmorantes menſes trahit.Abundãtes ſiſtit decocto eius poto.Per ſe impoſita herba uulnerũ ſanguinẽ cohibet.Sanat & ſerpẽtiũ morſus.Et ſi in uino decoquať, pruritus teſtiũ ſedat.Noſtri qui nũc ſunt herbarii eleliſphacon græce,latine ſaluiã uocãt mẽte ſilẽm canã odoratã,partus emortuos ea appoſita extrahũt,Item uermes auriũ ulcerũq; . Cicer & ſylueſtre eſt,foliis ſatiuo ſimile,odore graui.Sed ſi largius ſumať,aluus ſoluitur,& inflatio cõtrahiť,& tormina.Toſtũ ſalubrius habeť.Cicercula etiamnũ magis in aluo proficit, Farina utriuſq; ulcera manãtia capitis ſanat,efficacius ſylueſtris.Itẽ comitiales & iocinerũ tumores, & ſerpẽtiũ ictus. Cit mẽſes & urinas grano maxiẽ.Emẽdat & lichenas,& teſtiũ inflationes,regiũ morbũ, hydropicos.Lædũt omnia hæc genera exulceratã ueſicam; & renes.Gangrenis utiliora cum melle, & his quæ cacoethe uocanť.Verrucaſq; in oĩni genere prima luna ſingulis granis ſingulas tangũt.Eaq; grana in lintheolo deligata abiiciunt poſt ſe,ita fugari uitiũ arbitrãtes.Noſtri pcipiunt arietinũ aqua cũ ſale diſcoquere,ex eo bibere cyathos binos in difficultatibus urinæ. Sic & calculos pelli, morbũq; regiũ,eiuſdẽ foliis ſarmentiſq; decoctis aqua,quam maxime calida morbos pedum tolli,& ipm calidum tritumq; illitum.Columbini decocti aqua,horrorẽ tertianæ & de quartanę minuere tradiť.Nigrum autem cum gallæ dimidio tritum oculorum ulceribꝰ ex paſſo medeť . De eruo quædã in mẽtione eius diximus,neq; potentiã ei minorẽ ueteres q̃ braſſicæ tribuere.Contra ſerpẽtiũ ictus ex aceto,ad crocodilorũ hominũq; morſum.Si q̃s eruũ quottidie ieiunus edat, lyenẽ eius abſumi certiſſimi auctores affirmant.Farina eius(ut ait Varro)maculas ex toto corpore emẽdat.Serpere uulnera nõ patiť.In mãmis efficaciſſimũ Carbũculos rumpit ex uino. Vrinæ difficultates,inflationẽ,uitia iocineris,teneſmon,quæ cibum non ſentiant,atropha appellata,toſtũ & in nucis auellanæ magnitudinẽ melle collectũ deuoratũq; corrigit.Item imperigines ex aceto coctum,& quarto die ſolutũ.Panos in melle ſuppurare prohibet impoſitũ . Aqua decoctũ perniones & pruritus ſanat fouẽdo.Quin & uniuerſo corpori ſi q̃s quottidie ieiunꝰ biberit, meliorẽ fieri colorẽ exiſtimãt.Cibis idẽ hominis alienum.Vomitiones mouet.Aluũ turbat. Capiti & ſtomacho oneroſum.Genua quoq; degrauat.Sed madefactũ pluribꝰ diebus miteſcit . Bubus iumẽtiſq; utiliſſimũ.Siliquæ eius uirides priuſq̃ indureſcãt,cũ ſuo caule foliiſq; contritæ capillos nigro colore inficiunt.Lupini quoq; ſylueſtres ſunt oĩni modo minores ſatiuis, prærerq̃ amaritudine.Ex oĩbus quæ eduť ſicco nulli minus põderis eſt,nec plus utilitatis.Miteſcũt cinere aut aqua calida.Diſcolorẽ hominẽ frequentiores in cibo exhilarãt.Amari contra aſpidas ualẽt. Vlcera atra aridi decorticatiq; triti ſuppoſito lintheolo ad uiuum corpus redigunt.Strumas parotidas in aceto cocti diſcutiũt.Succus decoctorũ cum ruta & pipere,uel in febri datur ad uentris animalia pellenda minoribus triginta annorũ.Pueris uero etiam impoſiti in uentrẽ ieiunis pſunt. Et alio genere toſti,& in defruto poti uľ ex melle ſũpti.Iidẽ auiditatẽ cibi faciũt,faſtidiũ detrahũt. Farina eorũ aceto ſubacta papulas prurituſq; ĩ balneis illita cohibet,& per ſe ſiccat ulcera. Liuores emẽdat.Inflãmationes

dat. Inflãmationes eũ polenta ſedat. Syluestriũ efficacior uis eſt contra coxendicũ, & lumboꝝ debilitaté. Ex iiſdem decocta lentigines & fcenentiũ cutem corrigũt. Si uero ad mellis craſſitudiné decoquanť ſatiui, uitiligines nigras & lepras emendãt. Satiui quoq; rũpunt carbũculos impoſiti, panos & ſtrumas minuũt, aut maturãt. Cocti ex aceto cicatricibus candidũ colorem reddunt. Si uero cœleſti aqua decoquanť, ſuccus ille ſmegma fit, quo ſolent fouere gãgrenas, eruptiones pituitæ, ulcera manãtia utiliſſimũ. Expedit ad lyené bibere, & cũ melle menſtruis hęrétibus. Lyeni crudi cũ fico ſicca triti ex aceto ĩponunť. Radix quoq; in aqua decocta urinas pellit. Medenť pecori eũ chamæleonte herba decocti, aqua in potũ collata. Sanant & ſcabié quadrupedũ oĩum in amurca decocti, utroq; liquore poſtea mixto. Fumus crematoꝝ culices necat. Irioné inter fruges ſeſamæ ſilem eſſe diximus, & a grecis eryſimon uocari. Galli uelarum appellãt. Eſt autem fruticoſum, foliis erucæ anguſtioribꝰ paulo, ſemine naſturtii. Vtiliſſimũ tuſſientibꝰ eũ melle, & in thoracis purulẽtis excreationibꝰ. Datur & regio morbo, & lumboꝝ uitiis pleureticis, torminibꝰ cœliacis illinit uero parotidũ & carcinomatũ malis. Veſtiũ ardoribꝰ ex aq̃, alias cum melle. Infantibꝰ quoq; utiliſſimũ. Ité ſedis uitiis & articulariis morbis cum melle & fico. Contra uenena etiam efficax potũ, Medeť & ſuſpirioſis. Item fiſtulis cum axungia ueteri ne intus addať. Horminũ ſemine (ut diximus) cymino ſimile eſt, cætero porro dodrantali altitudine. Duoꝝ generꝝ, alteri ſemen nigrius, & oblongũ. Hoc ad uenerem ſtimulandã, & ad oculorũ argema & albugines. Alteri candidius ſemen & rotũdius. Vtroq; tuſo extrahũť aculei ex corpe per ſe illitũ ex aq̃. Folia ex aceto impoſita panos per ſe, uel cum melle diſcutiũt. Ité furũculos priuſq̃ capita faciãt, oẽſq; acrimonias. Quin & ipſe frugũ peſtes in aliquo ſunt uſu. Infœlix dictũ eſt a Virgilio lolium. Hoc tamen molitum ex aceto coctũ impoſitũq; ſanat impetigines, celerius quo ſæpius mutatũ eſt. Medetur & podagris, aliiſq; doloribꝰ cum oximelitæ, Curatio hæc a cęteris differt. Aceti ſextario uno dilui, mellis uncias duas iuſtũ eſt, ita téperatis ſextariis tribus decocta farina lolii ſextariis duobus uſq; ad craſſitudiné, calidũq; ipm ĩponi dolétibꝰ mẽbris. Eadé farina extrahit oſſa fracta. Miliaria appellať herba quæ necat miliũ, Hæc trita, & cornu cũ uino infuſa podagras iumentorũ dicitur ſanare. Bromos ſemé eſt ſpicã ferẽtis herbæ, naſciť inter uitia ſegetis auenæ græcæ gñe, & folio & ſtipu[..]a triticũ imitať. In cacuminibꝰ depẽdét, puulas uelut locuſtas habet. Semen utile ad cataplaſm[..]a atq; hordeum & ſimilia. Prodeſt tuſſientibus ſuccus. Orobanchem appellauimus necãtem eruũ & legumina. Alii cynomorion eam appellant a ſilitudine canini genitalis, cuiꝰ cauliculꝰ eſt ſine foliis pinguis, rubés, Eſtur & per ſe, & in patinis eũ tenera eſt decocta. Et leguminibus innaſcunť beſtiolæ uenenatæ, quæ manus pungũt, & periculũ uitæ afferũt. Soliſugarõ generis. Aduerſus has oĩa eadem medenť, quæ contra araneos & phalangia demonſtranť. Et frugum quidem hæc ſunt in uſu medico. Ex iiſdem fiunt & potus, zythũ in ægypto, & cælia & cærea in Hiſpania. ceruiſia & plã gña in Gallia aliiſq; puinciis, quoꝝ oĩum ſpuma cuté fœminaꝝ in facie nutrit. Nã quod ad potũ ipm attinet, pſtat ad uini tranſire mentioné atq; a uite ordiri medicinas arborum.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXIII. PROOEMIVM.

PEracta cærealium in medendo quoq; natura eſt, omniumq; quæ ciborũ aut florum odorumq; gratia proueniũt ſupina tellure, non ceſſit his pomona, parteſq; medicas pendentibus quoq; dedit, non contenta protegere, arborumq; alere umbra quæ diximus, immo uelut indignata plus auxilii ineſſe his quæ lõgius a cœlo abeſſent, quæq; poſtea cœpiſſent. Primũ. n. hoĩ cibũ fuiſſe inde, & ſic inductos cœlũ ſpectare, paſciq; & nũc ex ſe poſſe ſine frugibꝰ. Ergo Hercule artes in primis dedit uitibus, nõ cõtenta delitias etiã & odores atq; unguẽta omphacio & œnãthe ac maſſari, q̃ ſuis locis diximꝰ nobiliter inſtruxiſſe. Plurimũ, inqt, hoĩ uoluptatis ex me eſt. Ego ſuccũ uini, liquoré oleĩ gigno. Ego palmas & poma totq; uarietates. Neq; ut tellus oĩa p labores, arãda tauris, teréda areis, deinde ſaxis, ut qñ quãtoue ope cibi fiant. At ex me parata oĩa nec cuiuſq; adorãda aratro, nec cura laborãda, ſed ſeſe porrigẽtia ultro, & ſi pigeat attingere ét cadentia. Certauit ipa ſecũ, pluſq; utilitatis cauſa genuit etiã q̃ uoluptatis. Folio uitium & pampino capitis dolores, inflãmationeſq; corporũ mitiganť cũ polenta. Folia per ſe ardores ſtomachi ex aqua frigida. Cũ farina uero hordei articlarios morbos. Pãpini triti & ĩpoſiti tumoré oẽm ſiccãt.

&

Succus eoꝝ dyſentericis infuſus medet̃. Lachryma uitiũ quæ ueluti gũmi eſt, lepras & lychenas & pſoras nitro ante ꝑparatas ſanat. Eadẽ cũ oleo ſæpius pilis illitis pſilothri effectũ habet, maximeq; aq̃ quã uirides anciſæ uites exudant, qua & uerrucæ tollunt̃. Pãpini ſanguinẽ excreãtibꝰ, & mulierũ cõceptu defectioni diluti potu ꝓſunt. Cortex uitium & folia arida uulnerũ ſanguinẽ ſiſtunt, ipſumq; uulnus cõglutinãt. Vitis albæ uiridis tuſæ ſucco & thure iperigines tollunt̃. Cinis ſarmẽtoꝝ uitiũq; & uinaceoꝝ condylomatis & ſedis uitiis medet̃ ex aceto. Item luxatis, & ambuſtis, & lyenis tumori cũ roſaceo & ruta & aceto. Item igni ſacro ex uino citra oleũ aſpergit̃, & intertrigines & pilos abſumit. Daut & bibendũ cinerẽ ſarmentoꝝ ad Lyenis remedia aceto cõſperſum, ita ut uini cyathi in tepida aqua bibant̃, utq; qui biberit i lyenem iaceat. Clauiculæ ipę qbꝰ repunt uites tritæ, & ex aq̃ potæ ſiſtunt uomitionũ cõſuetudinẽ. Cinis uitiũ cũ axũgia uetere cõtra tumores ꝓficit, fiſtulas purgat, mox & perſanat neruoꝝ dolores frigore ortos, cõtractiõeſq;, cõtuſas uero ptes cũ oleo, carnes excreſcẽtes in oſſibꝰ cum aceto & nitro, ſcorpionũ & canum plagas cum oleo. Corticis per ſe cinis cõbuſtus pilos reddit. Omphaciũ qua fieret ratione incipientis uuæ pubertate in unguẽtoꝝ loco docuimus. Nũc ad medicinã de eo pertinẽtia indicabimus. Sanat ea quæ in humido ſunt ulcera oris, tonſillaꝝ, genitaliũ. Oculoꝝ claritati plurimũ cõfert. Scabriciæ genarũ, ulceribuſq; anguloꝝ, nubeculis, ulceribus quacũq; in parte manantibus. Cicatricibus marcidis. Oſſibus purulẽte limoſis. Frangit̃ uehementia eius melle aut paſſo. Prodeſt dyſentericis, ſanguinẽ excreãtibus, anginis. Omphacio cohæret œnãthe, quã uites ſylueſtres ferunt dicta a nobis in unguẽti rõne, Laudariſſima in Syria, maxĩe circa Antiochiæ & Laodiceæ mõtes, & ex alba uite refrigerat, aſtrigit, uulneribꝰ inſpergit̃, ſtomacho illinit̃, utilis uriæ, iocineri. Capitis doloribꝰ, dyſentericis, cæliacis, cholericis. Cõtra faſtidia obolo ex aceto pota. Siccat manãtes capitis eruptiões, efficaciſſima ad uitia q̃ ſunt i humidis. Ideoq; & oris ulceribꝰ, & uerẽdis ac ſedi. Cũ melle & croco aluum ſiſtit. Genatũ ſcabiẽ emendat, oculorumq; lachrymationes. Ex uino ſtomachi diſſolutionẽ. Ex aqua frigida pota ſanguinis excreatiões. Cinis eiꝰ ad collyria & ad ulcera purgãda & paronychia, & pterygia ꝓbat̃. Vrit̃ in furno, donec panis percoquat̃. Maſſaris odoribꝰ tantum gignitur, omniaq; ea auiditas humani ingenii nobilitauit rapere feſtinando.

De medicinis uuarum recentiũ, & ſarmentis uuarum, & uinaceis, & de uua theriace, & de uua paſſa, & aſtaphide, & aſtaphiſagria, pituitaria, & labruſca & de uite alba, & nigra, & de muſtis, & uini generibus. Cap. i.

MAtureſcẽtium aũt uuæ uehemẽtiores nigræ, ideoq; uinũ ex his minus iucundum ſuauiores albæ, quoniã e tranſlucido facilius accipit̃ aer. Recentes ſtomachũ & ſpiritũ inflãt, aluumq; turbant. Itaq; in febri damnant̃ utiq; largiores. Grauedinẽ eñ capiti, morbũq; lethargicũ faciũt. Innocẽtiores quę decerptæ diu pepẽdere, qua uẽtilatione etiã utiles fiunt ſtomacho ægriſq;. Nã & refrigerãt leuiter, & faſtidium auferunt. Quæ aũt in uino dulci cõditæ fuere, caput tentãt. Proximæ ſunt penſilibus in palea ſeruatæ. Nam & uinaceis ſeruatæ, & caput & ueſicam & ſtomachum infeſtant. Siſtunt tamẽ aluum, ſanguinem excreãtibus utiliſſimæ. Quæ uero in muſto fuere peiorem uim etiãnũ habẽt, q̃ quæ in uinaceis. Sapa quoq; ſtomacho inutiles facit. Salubetrimas putant medici in cœleſti aqua ſeruatas, etiã ſi mĩme iucundas, ſed uoluptatẽ earuꝫ in ſtomachi ardore ſentiẽt, & in amaritudĩe iecoris felliſq; uomitione. In choleris hydropicis cũ ardore febriũ ægrotãtibus. At in ollis ſeruatæ & os, & ſtomachũ, & auiditatẽ excitant. Paulo tñ grauiores exiſtimãt̃ fieri uinaceoꝝ halitu. Vuæ florẽ in cibis ſi edere gallinacei uuas nõ attigũt. Sarmẽta eaꝝ in quibus acini fuere aſtringẽdi uim obtinẽt, efficaciora ex ollis. Nuclei acinoꝝ eãdẽ uim obtinẽt. Hi ſunt qui in uino capitis dolorẽ faciunt. Toſti tritiq; ſtomacho utiles ſunt, Inſpergit̃ farina eoꝝ polẽtæ modo potionis dyſentericis, & cæliacis & diſſolutis ſtomacho. Decocto etiã eoꝝ fouere pſoras, & pruritum utile eſt. Vinacei per ſe minus capiti, aut ueſicæ nocent q̃ nuclei. Mãmaꝝ iflationi triti cũ ſale utiles. Decoctura eoꝝ ueteres dyſẽtericos & cæliacos iuuat & potione & fœtu, Vua theriace de q̃ ſuo loco diximus, cõtra ſerpẽtiũ ictus ualet. Pãpinos quoq; eius edẽdos cẽſent iponẽdoſq;, uinũq; & acetũ ex his factũ auxiliarẽ contra eandem uim habent. Vua paſſa quã aſtaphida uocant, ſtomachũ uentrem interanea tentaret, niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eẽnt. Is exẽptis ueſicæ utilis habet̃, & tuſſi alba utilior. Vtilis & arteriæ & renibꝰ, ſicut ex his paſſum priuati e ſerpẽtibus, contra hæmorrhoidã potens. Teſtiũ iflãmaitoni cũ farina cumini aut coriãdri imponunt̃, Item carbũculis, articularibꝰ morbis ſine nucleis tritę cũ ruta fo

uere ante uino ulcera optet. Sanát epinyctidas & dyſenteriá cum ſuis nucleis,& in oleo coctę grágrenis illinuoť cú cortice rhaphani & melle. Podagris & unguiú mobilibus cú panace, & p ſe ad purgandú os,caputq; cú pipere cõmanducanť. Aſtaphiſagria ſiue ſtaphis,quá uuá taminiam aliqui uocát ſalſo ſuú em̃ genus habet,cauliculis nigris rectis foliis labruſcæ,fert folliculos uerꝰ q̃ accinos uirides,ſiles ciceri. In his nucleum triágulú. Matureſcit cú uindẽia,nigreſcitq; cú taminię rubétes norimꝰ acinos,ſciamuſq; illá i apricis naſci,hác nõ niſi i opacis. His nucleis ad purgatiõez uti nõ cẽſueri pp ancipité ſtrágulationé,nec ad pituitá oris ſiccádá,fauces.n.lædút. Phthiriaſi caput &reliquú corpꝰ liberát triti. Faciliꝰ admixta ſandaraca. Ité pruritu & pſoris. Ad détiú dolores decoquúť i aceto. Ad auriú uitia rheumatiſmú cicatricú,ulcez manátia. Flos tritꝰ í uío cõtra ſerpentes bibiť Semen em̃ abdicauerim ꝑpter nimiá uim ardoris. Quidá em̃ pituitariá uocát,& plagis ſerpentiú utiq; illinút. Labruſca quoq; œnanthẽ fert ſati dictam quæ a græcis ampelos agria appellať,ſpiſſis candicátibus foliis geniculata,rimoſo cortice,fert uuas rubétes cocci modo,quæ cuté in facie mulierú purgant,& uariis coxendicú & lumború uitis tuſæ cum foliis & ſucco proſút. Radix decocta i aqua & i uini Coi cyathis duobꝰ humoré aluit ciet,ideo hydropicis dať. Hác potius crediderim eſſe,quá uulgus uuam taminiá uocat, Vtunť ea ꝑ amuleto,& ad ♣ expiationẽ ſanguinis quoq; adhibét. nõ ultra gargarizatiões,& ne qd deuoreť addito ſale thymo aceto mulſo. Ideo & purgatiõibꝰ ancipité * tentant. Eſt huic ſimilis,ſed i ſalictis naſcẽs,ideo diſtiguiť noíe, cum eoſdé uſus habeat,& ſalicaſtrum uocať. Scabiem & pruriginẽ hominú & quadrupedú aceto mulſo trita hæc efficacius tollit. Vitis alba quá græci ampeloleucen,alii ophioſtaphylon,alii melothon,alii pſilothrú,alii archezoſtin,alii cedroſtin,alii madon appellant. Huiꝰ ſarméta lõgis & exilibꝰ internodiis geniculata ſcandút. Folia pápinoſa,ad magnitudiné ederæ diuiduntť ut uitiú Radix alba grandis,rhaphano ſilis initio,ex ea caules aſparagi ſilitudine exeút. Hi decocti i cibo aluú & uriná cient. Folia & caules exulcerát corpꝰ,utiq; ulcez phagedenis & grágrenis tibiarúq; tedio cum ſale illinunť. Semen in una raris acinis depẽdet ſucco rubéte poſtea croci. Nouere id q coria perficiút,illo em̃ utunť. Pſoris & lepris illiniť. Lactis abúdantiá facit coctum cú tritico,potumq;. Radix numeroſis utilitatibus nobilis cõtra ſerpentiú ictꝰ trita drachmis duabꝰ bibiť. Vitia cutis i facie uaroſq; létigines & ſuggillata emédat & cicatrices. Eadéq; ꝑſtat decocta í oleo decocto,dať & in comitialibus potus. Ité méte cõmotis,& uertigine laborátibꝰ drachmæ pondere quottidie anno toto. Et ípa aút largior aliquáto purgat ſenſus. Illa uis ꝑclara ꝙ oſſa ífracta extrahit in aqua ípoſita,ut bryenia,quare qdam hanc albam bryeniá uocant. Alia uero nigra efficacior in eodé uſu cú melle & thure. Suppurationes ícipiẽtes diſcutit,ueteres maturat & purgat Citméſes & uriná. Elegma ex ea fit ſuſpirioſis,& cõtra lateris dolores uulſis ruptis. Splené ternis obolis pota. xxx. diebus cõſumit. Illiniť eadem cú fico & pterygiis digitorú. Ex uino ſecúdas fœminarum appoſita trahit,& pituitam drachma pota ex aqua mulſa. Succꝰ radicis colligi debet ante maturitaté ſemís. Qui illitus p ſe & cú eruo lætioré quodá colore & cutis teneritate,mágonizat corpora. Serpétes fuga. Tundiť ípa radix cú pingui fico,erugatq; corpus,ſi ſtatim bina ſtadia ambulenť,alias urit,niſi frigida ſtatim abluať. Iucúdiꝰ hoc idem præſtat nigra uitis,quoniá alba pruritum affert. Ergo & nigra quá proprie etiam bryeniá uocant,alii chironiá,alii gynecanthen, aut aproniá,ſimilé priori,præterq̃ colore. Huius em̃ colorem nigrum eſſe diximus, cuius aſparagos ſimiles. Diocles prætulit ueris aſparagis i cibo urinæ ciendæ lyeniq; minuẽdo. In frutetis & harúdinetis maxíe naſciť. Radix foris nigra,ítus buxeo colore, oſſa ífracta efficaciꝰ extrahit q̃ ſupra dicta. Cæterú eidẽ peculiare eſt quod iumentoꝝ ceruicibus unice medeť,|Aiút ſi quis in uilla eá extruxerit,fugere accipitres tutaſq; fieri aues uillaticas,aliter eadẽ i iuméto hoieq;,flegma aut ſáguiné qui ſcreať, talo circúligata ſanat. Et hactenꝰ de uitiú generibus. Muſta differétias habét naturales has,ꝙ ſunt cádida aut nigra,aut inter utrúq; alia ex aliis ex qbꝰ uinú fiat,alia ex qbus paſſum. curaq; differétias innúerabiles facit. In plenú ergo hoc dixiſſe cõueniet. Muſtum oíe ſtomacho inutile,uenis iucundú. A balneis raptim & ſine interſpiratione potú necat,cantharidú naturæ aduerſať. Item ſerpétibus maxime hæmorrhoidæ & ſalamandræ. Capitis doloris facit & gutturi inutile. Prodeſt renibus,iocineri,& íteraneis ueſicæ colleuat em̃ ea. Priuatim cõtra bupreſtin ualet. Contra meconiú,lactis coagulationé,cicutam,toxica,dorycnidiú ex oleo potum redditúq; uomitionibꝰ. Ad oĩa infirmius album,iucundius paſſi muſtum,& ꝙ minoré capitis doloré afferat. Vini genera differétiaſq; perquá multas expoſuimꝰ,& fere cuiuſq; proprietates. Neq; eſt ulla

♣ Expuitionem

* Téperant.

♣ Talos

pars difficilior tractatu, aut numeroſior. Quippe eũ ſit tardũ dictu pluribꝰ ꝓſit an noceat? Præte rea ꝗ ancipiti euẽtu potu ſtatim auxiliũ ſit, aut uenenũ. Breui de eius natura quæ ad remedia tm̃ pertinẽt nũc loqmur. Vnũ de dando eo uolumẽ Aſclepiades cõdidit, ab eo cognominatum, qui uero poſtea de uolumie illo diſſeruere innũeri. Nos iſta Romana grauitate artiũq; liberaliũ appe tẽtia nõ ut medici, ſed ut iudices ſalutis humanæ diligẽter diſtinguemꝰ. De generibꝰ ſinglis diſſe rere imẽſum & inexplicabile eſt diſcordibꝰ medicoꝝ ſentẽtiis. Surrentinũ ueteres maxie ꝓbaue re, ſequẽs ætas albanum aut falernũ. Deide alia alii iniqſſimo genere decreti, quod cuiq; gratiſſi mum cæteris oibꝰ pronũciãdo. Quin ut cõſtarẽt ſentẽtiæ, quota portio tamẽ mortaliũ iis gene ribus poſſet. uti? Iam uero nec ꝓceres uſꝗ ſynceris. Eo uenere mores, ut nomina cellarum modo ueneãt, ſtatimq; in lacubus uindemiæ adulterent. Ergo hercle mirũ dictu. Innocentiꝰ iam eſt qđ eũq; & ignobiliꝰ. Hæc tm̃ facere cõſtantiſſime uidentur ſententiæ uictoriã, quorum mentionem fecimus, ſi quis hoc quoq; diſcrimẽ exigat. Falernũ nec in nouitate, nec in nimia uetuſtate corpo ri ſalubre eſt. Media eius ætas a qntodecimo anno incipit. Hoc non rigido potu ſtomacho utile, nõ itẽ in calido. Et in diutina tuſſi ſorbet merũ utiliter a ieiunis. Itẽ i qrtanis. Nullo æꝗ uenæ ex eitãt, aluũ ſiſtit, corpꝰ alit. Creditũ eſt obſcuritatẽ uiſus facere, nec ꝓdeſt neruis, aut ueſicæ. Alba neruis utiliora. Stomacho minꝰ quæ ſunt dulcia, uel auſtera. Falerna utiliora. Cõcoctionẽ minꝰ adiuuãt. Stomachũ modice implẽt. At ſurrentina nullo modo, nec caput tentant, ſtomachi & ĩte ſtinoꝝ rheumatiſmos cohibent. Cecubũ iam non gignitur. At quæ ſupſunt ſetina cibos cõcoqui cogunt. Viriũ plus ſurrẽtino, auſteritatis albano, uehementiæ minus falerno. Ab his ſtarana non lõgo interuallo abfuerũt. Aluo citæ ſignũ maxime cõducere indubitatũ eſt. Reliqua in cõmune di cit. Vino alunt uires, ſanguis coloſq; hominũ. Hoc quoq; diſtat orbis mediꝰ, & mitior plaga a cir cũiectis, quantũ illis feritas facit roboris, tantũ nobis hic ſuccus. Lactis potus oſſa alit. Frugum neruos, aquæ, carnes. Ideo minus roboris eſt in corporibus illis, & minus roboris cõtraq; labores patiẽtiæ. Vino modico nerui iuuant, copioſiore læduntur, ſic & oculi. Stomachus recreat. Appetẽ tia ciboꝝ iuitat. Triſticiæ cura hebetat. Vrina & algor expellit. Sõnꝰ cõciliat. Preterea uomitio nẽ ſiſtit. Collectiones extra lanis humidis impoſitis mitigat. Aſclepiádes utilitatẽ uni æquari uix deoꝝ potentia poſſe pronuntiauit. Vetus copioſiore aqua miſcetur. Magis nouum urinam expel lit, minus ſiti reſiſtit. Dulce minꝰ inebriat, ſed ſtomacho innatat. Auſteꝝ facilius concoquit. Le uiſſimũ eſt, qđ celerrime inueterat. Minus infeſtat neruos quod uetuſtate dulceſcit. Stomacho minꝰ utile eſt pingue nigrũ, ſed corpora magis alit, tenue & auſterũ minus alit, magis ſtomachũ nutrit. Celerius per urinã tranſit, tantoq; magis capita tentat. Hoc & in oĩ alio ſucco ſemel dictũ ſit. Vinũ ſiſit fumo ĩueteratũ inſaluberrimum eſt. Mangones iſta in apothecis excogitauere. Iam & patreſſamilias ætate ademere his quæ per ſe cariẽ traxere. Quo certe uocabulo ſatis cõſilii de dere priſci, qm̃ & in materiis cariẽ fumus erodit. At nos e diuerſo fumi amaritudine uetuſtatem indui ꝑſuaſum habemus. Quæ ſunt admodũ exalbida, hæc uetuſtate inſalubria fiunt. Quo gene roſius uinũ eſt, hoc magis uetuſtate craſſeſcit, & in amaritudinẽ corpi minime utilem coit. Cõdi re eo aliud minꝰ annoſũ ĩſalubre eſt. Sua cuiq; uino ſaliua ĩnocẽtiſſima. Sua cuiq; ętas gratiſſima hoc eſt media. Corpꝰ augere uolẽtibꝰ, aut mollire aluũ cõducit inter cibos bibere. Cõtra minuẽ tibus, aluũq; cohibẽtibus ſitire in edendo, poſtea parũ bibere. Vinũ ieiunos bibere nouitio inuẽ to, inutiliſſimũ eſt. Curas uigorẽq; animi impedir ad procinthũ tendentibꝰ. Somno uero accom modatũ ac ſecuritatibꝰ. Iamq; dudum hoc fuit, quod homerica illa Helena ante cibum miniſtra uit. Sic quoq; in ꝓuerbiũ ceſſit, ſapientiã uino obumbrari. ✤ Vitio damus homini, quod ſoli ani maliũ nõ ſitiẽtes bibimus. Aquæ potum interponere utiliſſimũ. Itemq; iugi ſupbibere ebrietati, quã qdem frigidæ potus extẽplo diſcutit. Meracis potionibus per .xx. dies ante canis ortũ totidẽ poſtea ſuadet Heliodus uti. Merum qdem remedio eſt contra cicutas, coriandrũ, aconita, uiſcuʒ. meconiũ, argentũ uiuũ, apes, ueſpas, crabrones, phalangia, ſerpentiũ ſcorpionũq; ictus, contraq; oĩa quæ refrigerãdo nocent. Priuatim cõtra hæmorrhoidas, preſteras, fungos. Item cõtra inflatio nes roſioneſq; præcordiorũ, & quorũ ſtomachus in uomitiones effundit. Et ſi uenter aut intera nea rheumatiſmũ ſentiant. Dyſentericis, ſudatoribꝰ, in longa tuſſi, epiphoris meracum. At uero cardiacis in mãma leua merum in ſpongia imponi prodeſt. Ad oĩa autẽ maxime album inuete raſcens. Vtiliter etiam fouetur uino calido uirilitas iumẽtis, quo etiam infuſo cornu laſſitudinẽ auferri aiũt. Simias ꝗdrupedeſq; qbus digiti ſũt, negãt creſcere aſſuetas meri potu. Hũc circa ęgri

✤ Vino debemꝰ hoĩs

tudines ſermo de uinis erit.Saluberrimũ liberaliter genitis Cãpaniæ quodcũq; tenuiſſimũ. Vulgo uero quod quéq; maxime iuuerit ualidũ. Vtiliſſimum om̃ibus ſacco uiribꝰ fractis.Meminerimus ſuccũ eẽ qui feruẽdo uires e muſto ſibi fecerit.Miſceri plura genera oibꝰ inutile. Saluberrimum cui nihil ĩ muſto additum eſt,meliuſq; ſi nec uaſis pix affuit.Marmore em̃ & gypſo,aut calce condita quis non etiam ualidꝰ expauerit?In primis igitur uinũ marina aqua factũ inutile eſt ſtomacho,neruis,ueſicæ.Reſina cõdita frigidis ſtomachis utilia ſeſe exiſtimaẽ. Non expedire uomitionibꝰ,ſicut neq; muſtũ,neq; ſapa,neq; paſſum.Nouitium reſinatũ nulli conducit.Capitis dolorẽ & uertigines facit,ab hoc dicta crapula eſt.Tuſſientibꝰ & in rheumatiſmo noĩata pſunt,Irẽ cæliacis & dyſentericis mulierum menſibus.In hoc genere rubrum nigrumue magis conſtringit, magiſq; calefacit.Innocẽtiꝰ pice ſola cõditũ.Sed & picem meminiſſe debemꝰ non aliud eſſe q̃ cõbuſtæ reſinæ fluxũ.Hoc genꝰ uini excalefacit,concoquit,purgat pectori, uentri utile. Item uuluaꝫ dolori ſi ſine febre ſint,ueteri rheumatiſmo,exulceratiõi,ruptis,cõuulſis,neruoꝫ infirmitati,inflationibꝰ,tuſſi,anhelationibꝰ,luxatis,in ſuccida lana ĩpoſitum. Ad oĩa hæc utiliꝰ id quod ſponte naturæ ſuę picem reſipit,picatũq; appellaẽ.Heluenaco quoq; tamẽ nimio caput tẽtari cõueniet.Quod ad febriũ ualetudies attinet,certũ eſt nõ dandũ in febre,niſi ueteribꝰ ęgris uinum, nec niſi declinãte morbo.In acutis uero periculis nullis niſi qui maniſeſtas remiſſiones habeãt,& has noctu potiꝰ.Dimidia em̃ pars periculi eſt noctu,hoc eſt ſpe ſomni bibentibꝰ, nec a partu ab ortuue, nec a libidie ægrotãtibꝰ,nec ĩ capitis doloribꝰ,nec quoꝫ acceſſiones cũ frigore extremitatum faciãt,nec ĩ febri tuſſientibꝰ,nec in tremore neruorũq; doloribꝰ uel fauciũ, aut ſi uis morbi circa illa intelligaẽ,nec in duritia pcordiorũ,uenarũ uehemẽtia,neq; in opiſthotonio,tetano, nec ſingultiẽtibꝰ,nec ſi cũ febre diſpnoea ſit.Minime uero oculis rigẽtibus,& genis ſtantibꝰ, aut defectis grauibuſq;,nec quoꝫ conniuẽtiũ perlucebunt oculi, neu palpebris non coeuntibus. Vel ſi dormiẽtibꝰ hoc idẽ eueniet,Aut ſi cruore ſuffunduntẽ oculi,uel ſi lemæ ĩ oculis erũt.Miníe lingua fungoſa,nec graui,& ſubinde imp̃fecta loquẽtibꝰ,nec ſi urina difficile reddeẽ. Neq; expaueſcẽtibꝰ repente.Nec ſpaſticis,aut ruſus torpẽtibus,nec ſi per ſomnos genitura effundeẽ. Cardiacorũ morbo unicã ſpẽ in uino eſſe certũ eſt.Sed id dandũ qdam nõ niſi in acceſſione cenſent, alii in remiſſione. Illi ut ſudorẽ coerceãt.Hi quia tutiꝰ putãt minuẽre ſe morbo,qua plurimũ ſentẽtiã eſſe uideo. Dari utiq; nõ niſi in cibo debet,nec a ſomno,nec p̃cedente alio potu,hoc eſt utiq; ſitiẽti,nec niſi in diſpatione ſũma,& uiro facilius q̃ fœminæ,ſeni q̃ iuueni, iuueni q̃ puero, hyeme q̃ æſtatæ,aſſuetis potiꝰ q̃ exptibus.Modus dãdi pro uehemẽtia uini.Item mixtura.Atq; uulgo ſatis putant unũ uini cyathũ duobus aq̃ miſceri. Si diſſolutio ſtomachi dan dũ,& ſi cibus non deſcendat.Inter uini genera quæ fingi docuimꝰ, nec fieri iam arbitror.Eſt & ſupuacaneus eorũ uſus cũ ip̃is rebus ex quibus fungiẽ doceamus uti, & alias modũ exceſſerat medicorũ in his oſtẽtatio,ueluti e napis uinũ utile eſſe ab armoruȝ equitatu ſue laſſitudine p̃cipientiũ, atq; ut reliqua omittamus,etiam in iunipero.Et ſi quis ſatius cenſeat abſynthite uino utendũ potiꝰ q̃ abſynthio ip̃o.In reliquis omittaẽ.Et palmeũ capiti noxiũ uentriq; tm̃ molliẽdo,& ſanguinem excreantibus non inutile.Fictitiũ non poteſt uideri,qđ bion appellauimꝰ, cum ſit in eo ſola pro arte feſtinatio,Prodeſt ſtomacho diſſoluto,aut cibos non perficiẽte, prægnãtibꝰ,defectis, paralyticis,tremulis,uertigini,tormĩbus,iſchiaticis.In peſtilentia quoq; ac pegrinationibꝰ ui magnã auxiliandi habere dicitur. Vini etiã uitiũ tranſit in remedia.Aceto ſũma uis eſt in refrigerãdo,non tamẽ mitor ĩ diſcutiendo.Ita fit ut infuſo terræ ſpumet.Dictũ eſt ſępius dicerurq; quotiens cũ aliis proſit.Per ſe hauſtum faſtidia diſcutit,ſingultus cohibet,ſternutamẽta olfactu.Vim in balneis ęſtꝰ arcet,ſi cõtineatur ore.Quin & cũ aqua bibiẽ.Multorũ ſtomacho utiliter gargarizaẽ. Cum eadem cõualeſcentium & a ſolis ardoribus.Oculis quoq; illo modo ſaluberrimũ.Plurimum fotu medeẽ poſt uredines.Itẽ lepris,furfuribus,ulceribus manãtibus,canis morſibus ſcorpionũq; ictibꝰ, ſcolopendraꝫ muris araneiq;.Contra oium aculeatorũ uenena & pruritus.Item contra multipedũ morſum Calidũ in ſpongia appoſitũ aut adiecto ſulphuris ſextante ſextarii tribus aceti aut hyſſopi faſciculo medeẽ ſedis uitiis.In ſanguinis fluxiõe poſt exciſos calculos,& oẽs alias roſiones foris ĩ ſpongias impoſitũ ĩtus potum cyathis binis q̃ acerrime.Conglobatũ utiq; ſanguinẽ diſcutit.Contra lychenas & bibitur & ĩponiẽ.Siſtit aluos, & rheumatiſmos interaneorũ infuſum.Item pcidentia ſedis uuluæq;. Tuſſim ueterẽ inhibet,& gutturis rheumatiſmos.Orthopnœã dentiũ labefactionẽ Veſicæ nocet,neruoꝫ ĩfirmitatibus.Neſciere medici quantũ cõtra aſpidas polleret,Nup ab aſpi

de calcata pcuſſus utrem aceti ferens,quotiés depoſuiſſet ſentiebat ictú,alias illeſo ſimilis.Intellectum ibi remediú eſt,potuqꝫ ſuccurſum.Neqꝫ altero os colluunt uenena exuggeútes,in totum uomitrix nis hæc non ciború modo eſt,uerú & rerú plurimarú.Saxa rúpit infuſum,quæ non rupe-rit ignis añcedens.Cibos qdem & ſapores non alius magis ſuccus commendat aut excitat,in quo uſu mitigaẛ toſto pane aut uino. Vel accédiẛ pipere ac laſere utiqꝫ ſale compeſciẛ.Non eſt præter eundú ex eo exéplú ingens.Sıqdem.M.Agrippa ſupmis ſuis annis conflictaẛ graui morbo pedú cum doloré eum ppeti nequiret,unius medicorú portétoſa ſciétia ignoráte.Diuo Auguſto tanti putauit uſu pedú ſenſuqꝫ oĩni carere,dúmodo & dolore illo careret,demerſis in acetum calidum cruribus in acerrimo impetu morbi euaſit.

De aceto ſcyllino,& oxymelle,& ſapa,& fæce uini,aceti,& ſapæ. Cap.ii.

SImilis hãmoniaci natura atq; lachrymæ ꝓbãdq;,ut diximꝰ mollit,calefacit,diſcutit,diſſoluit. Claritate uiſus in collyriis conuenit,Pruritum,cicatrices,albugines oculorum tollit.Dentiũ dolores ſedat,efficacius accenſum.Prodeſt diſpnoicis,pleureticis,pulmonibus,ueſicis,urinæ cruentę,lyeni,iſchiaticis potum.Sic & aluum ſoluit.Articulis & podagræ,cũ pari pondere picis aut cæræ & roſaceo coctũ.Maturat panos,extrahit clauos cũ melle.Sic & duritias emollit.Lyeni cũ aceto & cęra,cypria,uel roſaceo efficaciſſime ĩponitur.Laſſitudĩes pungi cum aceto &oleo exiguoq; nitro utile.Et ſtyracis naturã ĩ pegrinis arboribꝰ diximꝰ.Placet ꝑter illa q̃ diximus,maxĩe pinguis,purus,albicãtibꝰ fragmẽtis,Medet tuſſi,faucibꝰ,pectoris uitiis,uuluę ꝑcluſæ,duritiaue laborãti.Cit menſes potu,appoſituq; aluũ mollit.Inuẽio potu modico triſticiã animi reſolui , largiore cõtrahi.Sonitus auriũ emendat infuſu,ſtrumas illitu neruorũq; nodos.Aduerſat uenenis, quæ frigore nocent,ideoq; cicutæ.Spondylion una demonſtratum.Infunditur capitibꝰ phreneticorũ,& lethargicorũ Iĩé capitis doloribus longis.Cũ uetere oleo bibit,& in iocinerũ uitiis morbo regio,comitialibus.ortopnoicis,uuluaq; ſtrangulatiõe,quibus & ſuffitu prodeſt.Aluum mollit,Illinit ulceribus ſerpentibus cum ruta.Flos auribus purulẽtis efficaciter infundit.Sed ſuccus cum exprimit integẽdus eſt,quoniã mite appetit a muſcis & ſimilibus.Radix de raſa,& in fiſtulas coniecta callum earũ derodit.Auribus qnoq; inſtillat cum ſucco.Datur & ipa contra morbũ regiũ,ut in iocineris uitio & uuluarũ.Capillos criſpos facit puncto capite.Splachnon ſiue ſphacos ſiue bryon,& in gallia ur indicauimꝰ naſcit,uuluis inſidentiũ utilis.Ité genibus & fœminũ tumoribus mixtus naſtuttio & aqua ſalſa tritus.Cum uino aut reſina ſuccus potꝰ urinã pellit celerime Hydropicos inaniticũ uino & iunipero tritus & potus.Terebinthi folia & radix collectiõibus imponunt.Decoctum eorũ ſtomachũ firmat.Semen in capitis dolore bibitur in uino,& cõtra difficultaté urinæ.Ventré leniter emollit.Veneré excitat.Picæ & laricis folia trita & decocta ĩ aceto dentiũ dolori ꝓſunt.Cinis corticũ intertrigini & ambuſtis.Potꝰ aluũ ſiſtit.Vrinã mouet. Suffitu uuluas corrigit.Piceæ folia priuati & iocineri utilia ſũt,drachmæ põdere ĩ aq̃ mulſa pota.Syluas eas dũtaxat quæ picis reſinæq; gratia radunt utiliſſimas eſſe pthiſicis,aut q longa ægritudĩe non recolligũt uires ſatis cõſtar.Et illũ cœli aera plus itaq; nauigationé ægyptiã ꝓficere plus q̃ lactis herbidos per montiũ æſtiua potus.Chamepitys latine a iuga appellat,dicitq; pp abortus ab aliis thus terræ.Cubitalibꝰ ramis flore pinus & odore.Altera leuior & ĩcuruæ filis.Tertia eodé odore & ideo nomĩe quoq;.puulo cauliculo craſſitudĩe digitali,foliis ſcabri,exilibꝰ,albis,in petris naſcẽs.Oẽs herbæ,ſed pp cognationé noĩs non differẽdæ.Proſunt aduerſus ſcorpionũ ictus.Item io cineri illitæ cũ palmis aut cotoneis.Renibus & ueſicæ decoctũ earũ cũ farina hordeacea.Morbo quoq; regio & urinæ difficultatibꝰex aq̃ decoctæ bibũt.Nouiſſima cõtra ſerpẽtes ualet cũ melle. Sic & appoſita uuluas purget.Sanguiné denſatũ extrahit pota.Sudores facit punctis ea.Peculiariter renibus utilis eſt.Fiũt ex ea & hydropicis pilulæ cũ ficu aluũ trahẽtes . Lumborũ quoq; dolorem uictoriati põdere in uino finit,& tuſſim recenté.Mortuos ptus ex acẽto cocta potaq; eiicere ꝓtinus dicit.Cum honor & pithyuſa ſimili de cauſa dicet,quã qdam ĩ titymali gñe numerãt.Frutex eſt filis piceæ flore paruo purpureo.Bilem & pituitã per aluũ detrahit radix decocti hemina, aut ſemis lingula ĩ balãis,Folia ĩ aceto decocta furfures cutis emẽdãt.Mãmas quoq; mixto rutæ decocto & tormina,& ſerpentiũ ictus,& in torũ collectiones ĩcipiẽtes.Reſinã e ſopradictis arboribus gigni docuimus,& gña eius & natiões in rõne uini,ac poſtea in arboribꝰ. Cuius ſũmæ ſpẽs duæ,ſicca,& liqda.Sicca q̃ in pinu & picea fit.Liqda e terebintho,larice,lentiſco cupſſo.Nã & eæ ferũt in Aſia & Syria Fallunt q eandé putãt eſſe e picea atq; larice.Picea em̃ pinguã & thuris mõ ſuccoſam fundit,Larix gracilé ac mollei liquoris uirꝰ redolẽté. Medici liqda raro utunt & ĩ ouo

fere,Larice

fere. Larice ꝑpter tuſſim vlceraq́ viſcerum. Nec pinea magnopē in vſu Cęteris nō niſi coctis. Et coquēdi gn̄a ſatis demōſtrauimus. In arborū differētia placet terebinthina odoratiſſima atq́ leuiſſima nationum Cypria & ſyriaca vtraq́ mellis attici colore. Sed Cypria carnoſior ſiccior q́. In ſicco gn̄e q̄runt vt ſit candida, pura, ꝑlucida. In omni aūt vt montana potius ꝗ̄ cāpeſtris. Item aqlonia q̄ ab alio vēto. Reſoluitur reſina ad vulnerū vſus, & malagmata oleo impoſitiōes amygdalis amaris. Natura in medēdo cōtrahere vulnera, purgare, diſcutere collectiōes. Itē pectoris v tia. Terebinthia illinitur, & eadem callida mēbrorū doloribus ſpaſticiſq́ illinitur in ſole, totiſq́ corpibus. Māgonū maxime cura ad gracilitatem emendandam ſpatiis, ita laxantium curē per ſingula membra, capacioraq́ ciborum facienda corpora. Proximum locum obtinere lentiſco. Ineſt ei vis aſtringēdi. Mouet & ante cæteras vrinam. Reliquæ ventrem emolliunt. Cruda concoquunt. Tuſſim veterem ſedant. Vuluæ onera extrahunt etiam ſuffitæ priuatim aduerſantur viſco. Panos & ſimilia cum ſeuo taurino & melle ſanant. Palpebras lentiſcina commodiſſime replicat. Fractis quoq́ vtiliſſima, & auribus purulentibus. Itē in pruritu genitalium. Pinea capitis vulneribus optime medetur.

De pice ſpiſa & liquida, & palimpiſſa & piſſaſphalto & zopiſſa, & tæda, & lentiſco. Cap. vii.

Pix quoq́ vnde & qbus conficeretur, modis indicauimus. Et eius duo gn̄a. Spiſſum, liquidumq́. Spiſſarum vtiliſſima medicinæ eſt Brutia, quoniam pinguiſſima & reſinoſiſſima vtraſq́ præbet vtilitates, ob id magis rutila q̄ cæteræ. Id enim quod in hoc adiiciunt ex maſcula arbore meliorem eſſe nō arbitror poſſe, intelligi. Picis natura excalfacit, explet. Aduerſatur priuatim ceraſtæ morſibus cum polenta. Item anginæ cū melle, diſtillationibus & ſternutamētis. Pituitis auribus infunditur cū roſaceo. Illinitur cum cęra Sanat lychenas. Aluum ſoluit, Excreationes pectoris adiuuat eclegmate aut illita. Tonſillis cū melle. Sic & vlcera purgat. Explet cū vua paſſa & axungia. Carbūculos, purgat, & putreſcētia vlcera. Quæ vero ſerpunt cū pineo cortice aut ſulphure. Phthiſicis ēt cyathi menſura qdā dederūt, & cōtra veterē tuſſim. Rhagadas ſedis & pedū, panoſq́ & vngues ſcabros emendat. Vuluæ duritias & cōuerſiones odore. Item lethargicos, ſtrumas. Item cum farina hordeacea & pueri īpubis vrina decocta ad ſuppurationem perducit. Et ad alopecias ſicca pice vtūtur ad mulierū mammas brutia ex vino ſubferuefacta cū polline farraceo quam calidiſſimis impoſitis. Liqda Pix oleiq́ quod piſſeleon vocant quēadmodū fieret diximus. Quidā iterum decoquūt, & vocant palimpiſſam. Liqda anginæ perunguntur intus & vua. Ad aurīū dolores: claritatē oculorum oris circunlitiones, ſuſpirioſas, vuluas, tuſſim veterem. Et crebras excreationes pectoris, ſpaſmos tremores, opiſthotonos, paralyſes, neruorum dolores, præſtantiſſimū ad canum & iumentorū ſcabiem Eſt & piſſaſphaltos mixta bitumini pice, naturaliter ex appolloniatarū agro. Quidā aūt ipſi miſcent præcipuū ad ſcabiē pecorū remediū. Aut ſi fœtus mā̄mas læſerit, naturale optimū ex eo quod cū feruet, innatat. Zopiſſam eradi nauibus diximus cæra marino ſale macerata. Optima hæc a tyrocinio nauiū. Additur aūt in malagmata ad diſcutiēdas collectiōes. Tædæ decoctæ in aceto dentiū dolores efficaciter colluūt. Lentiſci. & arbores, & ſemē, & cortex, & lachryma vrinam ciunt, aluum ſiſtunt. Decoctum eorū vlceribus quæ ſerpūt fotu. Illinitur in humidis & igni ſacro, gingiuas colluit. Folia dētibus in dolore atteruntur Mobiles decocto colluūtur. Capillū tingunt. Lachryma ſedis vitiis prodeſt, cum qd ſiccari excalfieriue opus ſit decoctū, & e lachryma ſtomacho vtile, ructū & vrinam mouens quod e capitis dolori cū polenta illinitur. Folia vero tenera oculis inflāmatis illinuntur. Itē maſtiche lentiſci replicandis palpebris, & ad exterēdā cutem in facie & ſmegmata. Adhibetur & ſanguinē reiicientibus, tuſſi veteri, & ad oīa quæ hammoniaci vis. Medetur & attritis partibus. ſiue oleo e ſemine eius facto cęræq́ mixto, ſiue foliis ex oleo decoctis ſiue cum aqua virilia fouēatur. Scio Democritum medicum in valetudine Conſidiæ. M. Seruilii cōſularis filiæ oēm curationē auſteram recuſantis diu efficaciter vſum lacte caprarum, quas lentiſco paſcebat.

De platano, & fraſino, & acere, & alba populo, & vlmo, & tilia, & ſambuco, & iunipero. Cap. viii.

Platani aduerſantur veſpertilionibus. Pilulæ earū in vino potæ. X iiii. pōdere oīnibus ſerpētium & ſcorpionum venenis medentur. Item ambuſtis tuſæ, aut cū aceto acri, magiſq́ ſcyllitino ſanguinem omnem ſiſtunt, & lentiginem & carcinomata, melanias quoq́ veteres addito melle emendant. Folia & cortex illinuntur collectionibus & ſuppurationibus, & decoctum eorum. Corticis autem in aceto dētium remediū eſt. Folia corū tenerrima in vino albo decocta oculorum. Lanugo foliorum, & auribus & oculis inutilis. Cinis pilularū ſanat ambuſta igni vel frigore. Cortex

e vino ſcorpionũ ictus reſtinguit. Fraxinus quã vim aduerſus ſerpentes haberet indicauimus. Semẽ foliis eius ineſt, quæ medentur iocineris & lateris doloribus in vino. Aquã quæ ſubit cutẽ extrahunt. Corpus obeſum leuant onere ſenſim ad maciem reducentia, iiſdem foliis cũ vino tritis ad viriũ portionem, ita vt puero quinq; folia tribus cyathis dẽtur. Robuſtioribus ſeptẽ folia quinq; cyathis vini. Non omittendũ ramenta eius & ſcobem a quibuſdã cauenda prædici. Aceris radix contuſa iocineris doloribus vtiliſſime impõitur. Populi albæ vuarũ in vnguẽtis vſum expoſuimus. Cortex potus iſchiaticis & ſtranguriæ ꝓdeſt. Foliorũ ſuccus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenentibus intertrigo non metuatur. Populus nigra efficaciſſima habetur, quæ in Creta naſcitur. Comitialibus ſemen ex aceto vtile. Fundit illa & reſinam exiguam, qua vtuntur ad malagmata. Folia podagris in aceto decocta imponuntur. Humor e cauis populi nigræ effluens verrucas, pabulaſq; ex attritu odoratus tollit. Populi ferunt in foliis guttã, ex qua apes ꝓpolin faciunt. Gutta quoq; aquæ ꝓpolis ex aq̃ remediũ q̃ efficaca eſt. Vlmi & folia & cortex & rami vim hñt ſpiſſandi & vulnera cõtrahẽdi. Corticis vtiq; interior tilia lepras ſedat, & folia ex aceto illita. Corticis denarii pondus potum in hemina aq̃ frigide aluum purgat, pituitaſq; & aq̃s priuatim trahit. Imponitur & collectionibus lachryma, & vulneribus ambuſtiſq; decocto fouere ꝓdeſt. Humor in folliculis arboris huius naſcens cuti nitorẽ inducit, faciemq; gratiorẽ præſtat. Cauliculi foliorum primi vino decocti tumores ſanant, extrahuntq; per fiſtulas. Idem præſtant & tiliæ corticis. Multi corticem commanducatam vulneribus vtiliſſimum putant. Folia trita aqua aſperſa pedum tumori. Humor quoq; e medulla vt diximus caſtratæ arboris effluens, capillũ reddit capiti illitus, defluenteſq; cõtinet. Arbor tilia leniter tuſa ad eadem fece vtilis eſt, atq; oleaſter. Folia aũt tantum in vſu, & ad infantium vlcera in ore, & cõmanducata & decocta vrinam ciunt, menſes ſiſtunt illita, ſanguinem pota detrahunt. Sambucus habet alterum genus magis ſylueſtre, quod græci chameacten, alii helion uocant multo breuius. Vtriuſq; decoctum in vino veteri foliorũ, vel ſemis, vel radicis ad cyathos binos potũ ſtomacho inutile eſt, aluo detrahens aquam. Refrigerat etiã inflammationẽ, maxime recẽtis ambuſti. Et canis morſum cũ polenta molliſſimis foliorũ illitis. Succus cerebri collectiões priuatimq; mẽbranæ, quæ circa cerebrum eſt, lenit infuſus. Acini eius infirmiores q̃ reliq̃ tingunt capillũ poti acetabuli menſura. Vrinã mouent. Foliorũ molliſſima oleo & ſaleeduntur ad pituitã bileq; detrahendã. Ad oĩa efficacior quæ minor. Radicis eius in vini decocti duo cyathi poti hydropicos exinaniunt, vuluas emolliunt. Has & foliorũ decocto inſidẽtiũ. Caules teneri minoris ſambuci in patinis cocti aluũ ſoluũt. Reſiſtunt folia & ſerpẽtiũ ictibus in vino pota. Podagris cũ ſeuo hircino vehemẽter ꝓſunt cauliculi illiti. Iidẽq; in aq̃ macerantur, vt ea ſparſa pulices necentur. Foliorũ decocto ſi locus ſpargatur, muſcæ necantur. Boa appellatur morbus papularũ cũ rubent copa, ſabuci ramo uerberatur. Cortex interior tritus, ex vino albo potus aluũ ſoluit. Iuniperus vel ante cætera oĩa excalfacit, extenuat cedro aſſiſ s. Et eius duo gña. Altera maior, altera minor. Vtraq; accenſa ſerpentes fugat. Semen ſtomachi pectoris lateris doloribus vtile. Inflationes languoreſq; diſcutit, tuſſes concoquit & duritias. Illitũ tumores ſiſtit, item aluũ, baccis ex vino nigro potis, itẽ veteris tumores illitis. Miſcetur & antidotis oxyporis. Vrinas ciet, illinitur & oculis in epiphoris. Datur conuulſis, ruptis, torminibus, vuluis, iſchiaticis cum vino albo potũ pilulis q̃ternis, aut decoctis viginti in vino. Sunt qui & perungant corpus e ſemine eius in ſerpentium metu.

De ſalice, & amerina, & vitilibus, & erice. Cap. ia.

SAlicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Sed ſi prius colligatur ſanguinem reiicientibus prodeſt. Corticis e ramis primis ciuis clauum & callum aqua mixta ſanat. Vitia cutis in facie emendat, magis admixto ſucco ſuo. Eſt autem hic trium generũ. Vnum arbor ipſa exudat gummi modo. Alterũ manat in plaga cum floret exciſo cortice trium digitorũ magnitudine. Hic ad purganda quæ obſtent oculis. Item ad ſpiſſanda quæ opus ſunt, ciendamq; vrinam, & ad oẽs collectiones intus extrahendas. Tertius ſuccus eſt detruncatione ramorũ a falce, diſtillans. Ex his ergo aliqs cum roſaceo in calice punici calfactus auribus infunditur. Vel folia cocta, & cũ cera trita cũ imponũtur. Item podagricis. Cortice & foliis in vino decoctis foueri neruos vtiliſſimum. Flos tritus ſoliis furfures purgat in facie. Folia cõtrita, & pota intemperantiam libidinis coercent, atq; in totum auferunt vſum ſæpius ſumpta. Amerinæ nigræ ſemen cum ſpuma argenti põdere a balneo illitum pſilothrum eſt. Non multum a ſalice vitilium vſu diſtat vitex, foliorum quoq; aſpectu, niſi odore gratior eſſet. Sed græci ligon vocant alii agnon, quoniam matronæ in theſmophoriis athenienſium caſtitatem cuſtodientes his foliis cubitus ſibi ſternunt. Duo genera eius. Maior in arborũ ſalicis modo

aſſurgit.Minor ramoſa foliis cãdidioribꝰ lanuginoſis.Prima album florem mittit cũ purpureo, quæ & cãdida uocat̃.Nigra,quæ tantũ purpureũ.Naſcũtur in paluſtribus campis. Semen potum uini quendã ſaporẽ habet,& dicitur febres ſoluere.Et cum unganẽ oleo admixtũ ſudorẽ facere, ſic & laſſitudines diſſoluere. Vrinã ciunt & mẽſes.Caput tentãt uini modo, nã & odor ſimilis eſt. Inflationes pellunt in inferiora.Aluũ ſiſtunt,hydropicis & lyenibꝰ perq̃ utiles.Lactis ubertatem faciunt.Aduerſanẽ uenenis ſerpentiũ,maxime quæ frigus inferunt Minor efficacior ad ſerpẽtes. Bibitur ſeminis drachma in uino uel poſca,aut duabus foliorũ tenerrimoꝝ.Illinuntur & utraqꝫ aduerſus araneoꝝ morſus,uel punctis tm̃.Suffitu quoqꝫ aut ſubſtratu fugant uenenata. At uenereq̨ rei ĩperꝰĩhibẽt.Eoqꝫ maxĩe phalaãgiis aduerſanẽ,quoꝝ morſus genitale excitat.Capitis dolorẽ ex ebrietate ſedãt cũ roſaceo flos tenerioꝫ cauliculi.Seminis decoctũ uehemẽtiorẽ capitis dolorẽ diſſoluit fotu,& uuluã etiã ſuffitu uel appoſitu.Purgat aluũ cũ pullegio & melle potu . Vomicas panoſqꝫ difficile cõcoquẽtes cũ farina hordeacea mollit. Lychenas & lentigines cum aphronitro & acero ſemẽ ſanat,& oris ulcera,& eruptiões cũ melle.Teſtiũ cũ butyro & foliis uitiũ . Rhagadas ſedis cum aqua illitũ.Luxatis cũ ſale,& nitro,& cæra,& ſemine,& folio.Addit̃ ĩ malagmata neruoꝝ & podagras,Semẽ inſtillat̃ in oleo decoctũ capiti in lethargia & ✤phreneſi. [✤Phreniti.] Virgã qui in manu habeãt aut cictu,neganẽ intertrigĩnẽ ſentire,hericen græci uocãt fruticẽ nõ multũ a myrice differẽtẽ colore roriſmarini,& pene folio.Hoc aduerſari ſerpẽtibꝰ tradũt.Geniſta quoqꝫ uinculi uſũ p̃ſtat.Flores apibꝰ gratiſſimi.Dubito an hæc ſit quã græci auctores ſparton appellauere cũ ex ea linea piſcatoria apd̃ eos factitari docuerim.Et nũqd hãc deſignauerit Homerꝰ,cũ dixit. Nauiũ ſparta diſſoluta.Nondũ.n.fuiſſe Africanũ uel Hiſpanũ ſpartũ in uſu certũ eſt.Et cum ſutiles fierẽt naues,lino tamẽ nõ ſparto unq̃ ſutas.Semẽ eius quod græci eodẽ noĩe appellant, in folliculis paſſioloꝝ mõ naſcẽs,purgat hellebori uice drachma & dimidia pota in aq̃ mulſæ cyathis q̃ttuor ieiunis.Ramis ſimiliter fronde in aceto maceratis pluribꝰ diebꝰ & tuſis ſuccũ dãt iſchiaticis utilẽ cyathi unius potu.Quidã marina aqua macerare malũt,& infundere clyſtere. Perungũt eodẽ ſucco iſchiatici addito oleo.Quidã ad ſtrãguriã utunẽ ſemĩe.Geniſta tuſa cũ axũgia genua dolẽtia ſanat.Myricẽ quã & tamaricẽ uocat Leneꝰ ſilẽꝫ ſcopis ameriinis.Sanari dicit ea carcĩomata ĩ uino decocta tritaqꝫ melle illita.Arbitranẽ q̃dã hãc eſſe tamaricẽ,ſed ad lyenẽ p̃cipua ẽ, ſi ſuccus eiꝰ exp̃ſſus ĩ uino bibat̃.Adeoqꝫ mirabilẽ eiꝰ anthipathiã contra ſolum hoc uiſcerũ faciũt.ut affirmẽt,ſi ex ea alueis factis bibãt ſues ſine lyene ĩueniri.Et iõ hoĩ ſplenetico cibũ potũqꝫ dãt in uaſis ex ea factis.Grauis aũt auctor in medicina uirgã ex eadẽ fractã,ut neqꝫ terrã neqꝫ ferrũ attigeret,ſedare uẽtris dolores aſſeuerauit impoſitã,ita ut tunica cinctuqꝫ corpi apprimeret̃. Vulgus infœlicẽ eã arborẽ appellat,ut diximus,quoniã nihil ferat,nec ferat̃ unq̃ . Corinthus & quæ circa eſt regio,brianeã uocat.Eiuſqꝫ duo gña fecit.Syluestrẽ plane ſterilẽ,alterã mitiorem.Hæc fert in ægypto Syriaqꝫ etiam abundanter lignoſum fructũ,maiorem galla aſpeꝝ guſtu , quo medici utunẽ uice gallę,& in cõpoſitionibus quas antheras uocãt.Lignũ aũt & flos,& folia, & cortex in eoſdẽ uſus adhibenẽ q̃q̃ remiſſiora.Datur ſanguinẽ reiiciẽtibus cortex tritus,& cõtra p̃fluuia fœminaꝝ,cæliacis quoqꝫ.Idem tuſꝰ impoſituſqꝫ collectiones oẽs ĩhibet.Foliis exprimit̃ ſuccꝰ.Ad hæc eadẽ & in uino decoquunẽ.Ipa uero adiecta melle gangrenis illinunẽ.Decoctum eoꝝ in uino potũ,uel impoſitũ cũ roſaceo & cæra ſedat. Sic & epynictidas ſanãt.Ad dentiũ dolorẽ auriũqꝫ decoctũ eoꝝ ſalutare eſt,radix ad eadẽ,ſimiliter folia,Hæc amplius ad ea quæ ſerpũt,imponunẽ cum polenta.Semen drachmæ pondere aduerſus phalangias & araneos bibitur.Cum altiliũ uero pingui furũculis imponit̃.Efficax & contra ſerpentiũ ictꝰ,prætetq̃ aſpidũ.Necnon morbo regio phthiriaſi,lẽdibuſqꝫ decoctum infuſum prodeſt,abundatiamqꝫ mulierum ſiſtit.Cinis arboris ad oĩa eadẽ prodeſt,ſi bonis caſtrati urinæ immiſceat̃,uel in potu uel in cibo uenerẽ ſiniri.Carboqꝫ ex eo genere urina ea reſtinctus in umbra condit̃. Idem cum libeat accedere,reſoluitur.Magi & id ex ſpadonis fieri urina tradiderunt.

De uirga ſanguinea,& ſilere,& licuſtro,& alno,& edera,& cyſtho,& ciſſo, & erythrano,& chameciſſo,& ſmilace,& de clematida. Cap.x,

NEe uirga ſanguinea fœlicior habet̃.Cortex eius iterior cicatrices quæ præſananere apit. Sileris folia illita fronti,capitis dolores ſedant.Eiuſdem ſemẽ tritũ in oleo Phthitiaſes coercet.Serpentes & hunc fruticẽ refugiunt,baculũqꝫ ruſtici ob id ex eo gerunt . Liguſtrum eadẽ arbor eſt,q̃ in oriente cypros,ſuos ĩ Europa uſus habet.Succus eius neruis,articulis,algori

bꝰ,folia ubiq; ueteri ulceri cũ ſalis mica,& oris exulceratiõibꝰ ꝓſunt.Acini cõtra phthiriaſin,itẽ cõtra ſtertrigiars foliaoe.Sanãt & gallinaceoꝶ pituitas acini.Folia alni ex ferocoti aqoa certiſſimo remedio ſont tumori.Ederę geneta.xx.demonſtrauimos.Natura omniũ in medicina anceps. Mentẽ turbat,& caput purgat largius pota.Neruis intus nocet,iiſdẽ oeruis adhibita foris ꝓdeſt. Eadẽ oatuta quæ & aceto ei eſt.Oĩa grnera eios refrigerant.Vrinã ciunt potu.Capitis dolorem ſedãt,præcipue cerebro,continẽtiq; cerebrũ membranæ utiliter mollibus impoſitis foliis cũ aceto & roſaceo tritis & decoctis,addito poſtea roſaceo oleo.Illiount autẽ frooti & decocto eoꝶ ſouetor os,caputq; petungit.Lyeni & pota & illita ꝓſunt.Decoquunt& cõtra horrores febriũ,eo ptionrſq; pitoitæ,aut in uioo terunt.Corymbi quoq; poti oel illiti lyenẽ ſanãt,iocera aõt illiti. Trahõt & mẽſes appoſiti.Succꝰ ederæ tedia nariũ graueolentiãq; emẽdat præcipue albæ ſatiuæ. Idem infuſus naribus caput purgat.Efficacius addito nitro,ĩfundit etiã purolẽtis autibꝰ,aut dolẽtibos cum oleo.Cicatricibus quoq; decotem facit.ad lyenes efficacior albæ eſt,ferro calefactꝰ. Satiſq; ẽ acinos ſex uini cyathis doobꝰ ſumi.Acini qooq; ex eadẽ alba terni ĩ aceto mulſo poti tineas pellũt. Io oĩa curatõe uẽtri quoq; ĩpoſuiſſe eos utile eſt.Ederæ quam chryſocarpõ appellauimꝰ,baccis aurei coloris uiginti I uini ſextario tritis.ita ut terni cyathi potent,aquã q̃ cutẽ ſubiexit,per urinã educit,Eraſiſtratꝰ rioſdẽ acinos.v.tritos in roſaceo oleo,calefactoſq; in cortice ponico inſtillauit dentiũ dolori a cõtraria aure acini,qui croci ſuccũ habẽs,præſumpti poto a crapula tutos præſtaur. Itrm ſanguinẽ excrrãtes,aut torminibus laborãtes.Ederæ nigræ candidiores corymbi poti ſteriles etiã uiros faciunt.Illinitur decocta in oino omniũ ulceꝶ generi,ẽt ſi caçoethę ſint.Lachryma ederæ pſilothrum rſt,phthiriaſinq; rollit.Flos coiuſcũq; generis triũ digitorũ carptu dyſentericos & aluũ citam emendar in uino auſtero bis dir potus.Et ambuſtis illinit utiliter cũ cæra.Deuigrãt capillũ corymbi.Radicis ſuccus ĩ aceto potos contra phalãgias prodeſt.Huiꝰ quoq; ligni uaſe ſpleoeticos bibentes ſanari inuenio.Et acinos terunt,moxq; cõburunt,& ita illinonr ambuſta prios perfuſa aqua calida.Sõt qui & incidãt ſucci grã,eoq; utant ad dentes eroſos, frangiq; traduot ꝓximis cæra munitis ne lædant.Gommi etiam id edera quærũt,quod ex acero utiliſſimũ dentibus ꝓmittunt.Græci uicino uocabulo ciſtou appellãt froticem maiorẽ tymo foliis ocimi,Doo eius gña.Flos maſculo roſaceus,fœminæ albet.Ambo ꝓſunr dyſentericis & ſolutionibus uentris in uiuo auſtrro trinis digitis flore capto,& ſimil'r bis die poto.Vlceribus oeteribꝰ & ambuſtis cũ cæra,& per ſe oris ulceribus.Sub his maxĩe naſcit hypociſtos,quã ĩter ederas diximus.Ciſſos erythrauos ab iiſdem appellatur ſimilis edrræ,coxendicibus utilis e uino potus.Irẽ lombis,tantãq; oim accipiũt,ot ſanguinẽ urina detrahant.Item chameciſſun apprllãt ederam nõ attollentem ſe a terra.Et hæc contuſa ĩ uino acetabulli menſora lyeni medrt.Folia amboſtis cũ axũgia.Smilax quoq; quæ nicophoros cognominat,ſimilitodinem edetæ habet,tẽuioribꝰ foliis. Coronã ex eo factam impari foliorũ numero aiunt capitis doloribus mederi.Quidã duo geuera ſmilacis dixere.Alteꝶ immortalitati proximũ conoallibus opacis ſcãdentẽ arbores comantibus aciuurũ corymbis cõtra uenenata oĩa efficaciſſimis,in tantũ ot acinoꝶ ſucco iufantibꝰ ſæpe in ſtillato nulla poſtea uenena nocitura ſiut.Alterũ genos culta amare,& in his gigni nulliꝰ effectꝰ. Illam eſſe ſmilacem priorẽ,cuiꝰ lignom ad aures ſonare diximos.Similẽ huic aliqoi clematida appellauerũt repentẽ per arbores geniculatã & ĩpam.Folia eius lepram purgãt.Semen aluum ſoluit acetabuli menſura in aquæ hemina,ut aqua mulſa.Dator ex eadem caoſa & decoctum eius.

De harondine,& papyro,& hebeno:& rhododendro,de ruſe,& erythro,& canchri,& ſabina,& ſelagine,& ſamulo,& gummi mediciuis. Cap.xi.

HArondinis genera.xxix.demõſtraoimos nõ aliter euidẽtiorę illa natura quam cõtioois his uolumibos tractamos.Siquidem harundinis radix conrrita & impoſita filicis ſtirpem corpore extrahit.Item harundiuem filicis radix.Ex quo plura geuera fecimos.Illaq; in India Syriaq; naſcit odorũ unguentotũq; cauſa uriuã mouet cum gramine,aut apii ſemie decocta.Cit & mẽſtrua admotu.Medet cõoulſis duobꝰ obolis pota,iocineri,renibus,hydropi,toſſi etiã ſuffitu,magiſq; cũ reſina Furfuribꝰ ulceribuſq; maoãtibus cũ myrrha radix decocta.Excipit & ſuccꝰ eius,ſitq; elaterio ſilis.Efficaciſſima aũt in oĩ haruudĩe qoæ ꝓxima radici.Efficacia & genicola. Harũdo Cypria q̃ donax oocat,corticis cinere alopecias emẽdat.Itẽ putreſcẽtia ulcera Foliis eiꝰ ad extrahẽdos aculeos urũot.Efficacius & cõtra ignes ſacros,collectiõeſq; oẽs.Vulgaris harũdo extractoriã uim, habet,& receos tuſa,oõ in radice taotũ.Multũ eñ & ĩpam haruodinẽ ualet tra

dunt. Medetur & luxatis, & ſpinæ doloribus radix in aceto illita. Eadē recēs trita & in vino pota venerem concitat. Harundinū lanugo illita auribus obtūdit auditū. Cognata res eſt in ægypto harundini Papyrus p̃cipue vtilitatis: cū inaruerit, ad laxādas fiſtulas, & in tumeſcendo ad introitū medicamentorū aperiendas. Charta quæ fit ex ea cremata inter cauſtica eſt. Cinis eius ex vino potus ſomnum facit. Ipſa ex aqua impoſita callū ſanat. Neq̃ in ægypto q̃dem naſcitur hebenus, vt docuimus. Nec tractamus in medicina alienos orbes. Non omittetur tñ ꝓpter miraculum. Scobē eius oculis vnice mederi dicūt, lignoq̃ ad cotē trito, cū paſſo caligine diſcutit. Ex aqua vero & radice albugines oculorū. Item tuſſim pari mō dracūculi radicis cū adiecto melle. Hebenū medici & inter erodētia aſſumunt. Rhododēdros ne nomē q̃dem apud nos inuenit latinū, Rhododaphnen vocant aut neriū. Mirū folia eius quadrupedū venenum eſſe. Homini vero contra ſerpentes p̃ſidiū, ruta addita & e vino pota. Pecus etiā & capræ ſi aquā biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur. Nec rhus latinū nomē habet, cū in vſum pluribus modis veniat. Nam & herba eſt ſylueſtris, foliis myrti, cauliculiſq̃ breuibus, quæ venena & tineas pellit, & frutex excoriarius appellatur, ſubrutilus, cubitalis, craſſitudine digitali. Cuius aridis foliis, vt malicorio coria pficiuntur. Medici aūt rhoicis vtuntur ad cōtuſa. Itē cœliacos & ſedis vlcera, aut quæ phagedenas vocāt, trita cū melle, & illita cū aceto. Decoctū eorum inſtillatur auribus purulentis. Fit & ſtomachice decoctis ramis ad eadem quæ ex moris, ſed efficacior admixto alumine. Illiniturq̃ eadē hydropicorū tumoribus Rhus quæ erythros appellatur frutex ē, & huius fruticis ſemen vim hēt aſtringendi refrigerandiq̃. Aſpergitur ꝓ ſale obſoniis. Aluos ſoluit, oēſq̃ carnes cū ſilphio ſuauiores facit. Vlceribus medetur manātibus cū melle. Aſperitati linguę peruſtis, liuidis, deſquāmatis eodem mō. Capitis vlcera ad cicatricem celerrime pducit, & fœminarum abundantiā ſiſtit cibo. Erythrodanus quā aliqui eruthrodanū vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ pelleſq̃ perficiuntur, in medicina vrinam ciet, morbū regium ſanat ex aqua mulſa. Et lychenas ex aceto illita. Et iſchiaticos & paralyticos ita vt bibentes lauent quottidie. Radix ſemēq̃ trahūt mēſes, aluum ſiſtunt, & collectiones diſcutiunt. Contra ſerpentes rami cū foliis imponuntur. Folia & capillū tingunt. Inuenio apud quoſdā morbū regiū ſanari hoc frutice, etiam ſi adalligatus ſpectetur tantum. Diſtat ab eo qui aliſſon vocatur, foliis tñ & ramis minoribus. Quippe nomē accepit q̃ a cane morbos rabiem ſentire non patitur potus ex aceto adalligatuſq̃. Mirūq̃ eſt quod additur, ✠inſaniā cōſpecto eo oino frutice ✠ſanari. Tingentibus & radicula ramos præparat, quam ſtruthion vocari diximus a græcis. Medetur morbo regio ipſa decocta & ius potum, idem pectoris vitiis. Vrinam ciet, aluum ſoluit, & vuluas purgat. Quamobrem aureū poculum medici vocant. Ea & ex melle prodeſt magnifice ad tuſſim. Orthopnoe cochlearis mēſura. Cū polēta vero & aceto lepras tollit. Eadē cum panace & capparis radice calculos frangit, pellitq̃. Panos diſcutit cū farina hordeacea & vino decocta. Miſcet & malagmatis & collyriis claritatis cā. Ad ſternutamenta vtilis inter pauca. Lyeni quoq̃ ac iocineri. Eadem pota denarii vnius pōdere ex mulſa aqua ſuſpirioſos ſanat. Sic & pleureticos, & lateris dolores. Apocyni ſemē aqua frutex eſt, folio ederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis ſemine acuto, diuiſo, lanuginoſo, graui odore. Canes & oēs quadrupedes necat in cibo datum. Eſt & roſmarinū. Duo genera eius. Alterū ſterile, alterū cui & caulis & ſemen reſinaceum, quod cachrys vocatur. Foliis odor thuris. Radix vulnera ſanat viridis impoſita, & ſedis pcidentia cōdylomata hæmorrhoidas. Succus & fruticis & radicis morbū regiū, & ea quæ repugnanda ſunt. Oculorum aciē exacuit. Semē ad vetera pectoris vitia datur potui. Et ad vuluas cū vino & pipere. Mēſes adiuuat. Podagris illinitur cū ervinea farina. Purgat & lentigines, & quæ excalfacienda ſunt, aut cū ſudor q̃rēdus illitū. Item conuulſis. Auget & lac in vino potū. Item radix. Ipſa herba ſtrumis cum aceto illinitur, ad tuſſim cum melle prodeſt. Cachrys multa genera habet, vt diximus. Sed hæc quæ ex rore ſupradicto naſcitur ſi fricetur, reſinoſa ē. Aduerſatur venenis & venenatis, præter anguibus. Sudorē mouet, tormina diſcutit. Lactis vbertatem facit. Herba ſabina brathy appellata a græcis duorū generū eſt. Altera ✠tamariciæ ſimilis folio eſt, altera cupreſſo. Qua ex re quidā creticā cupreſſum dixerūt. vtilis in ſuffitus pro thure aſſumitur. In medicamētis vero duplicato pondere eoſdē effectus hēre quos cynnamū traditur. Collectiōes minuit, & nomas cōpeſcit. Illita vlcera purgat. Partus emortuos appoſita extrahit & ſuffitu. Illinit igni ſacro & carbūculis. Cū melle & vino pota regio morbo medet. Gallinacei generis pituitas fumo eius herbę ſanari tradūt. Similis herbę huic ſabinę eſt ſelago appellata. Legitur ſine ferro dextra manu ꝑ tunicā, qua ſiniſtra eruitur, velut furante cādida veſte veſtito, pureq̃ lotis nudis pedibus ſacro ſcō prius q̃ legatur, pane vīo. Fertur ī mappa noua. Hāc cōtra oēm pnicię

✠ Saniem
✠ Siccari
✠ Amaricæ.

habendã prodidere druide gallorũ,& contra omnia oculorum vitia fumum eius prodeſſe. Idem ſamolum herbam nominauere naſcentẽ in humidis. Et hanc ſiniſtra manu legi a ieiunis cõtra morbos ſuum boumqꝫ,nec reſpicere legentem,nec alibi q̃ in canali deponere,vbiqꝫ cõterere poturis. Gũmi genera diximus. Ex his maiores effectus melioris cuiuſqꝫ erũt. Dentibus inutiles ſunt. Sanguinẽ coagulant,& ideo reiicientibus ſanguinẽ proſunt. Item ambuſtis,arteriæ vitiis. Inutilẽ vrinã ciunt,amaritudines hebetãt aſtrictis cæteriſqꝫ. Ex amygdala amara eſt,ſpiſſandiqꝫ viribus efficacior. Habet excalfactoriis vires. Præponuntur aũt prunorũ & ceraſorũ ac vitium. Siccãt illitæ & aſtringũt. Ex aceto vero infantiũ lychenas ſanant. Proſunt & tuſſi veteri,quattuor obolis in mixto potis. Credũtur& colorem gratiorẽ facere,ciborũqꝫ appetentiã,& calculoſis prodeſſe cum paſſo potæ. Oculorum & vulnerum in vtilitatibus maxime conueniunt ab ſpina ægyptia.

De ſpina arabica,& ſpina alba,& acanthio,& acacia. Cap. xii.

SPinæ Arabicæ laudes in odorũ loco diximus,& ipſa ſpiſſat,ſtringitqꝫ diſtillatõẽs oẽs,& ſanguinis excreationes,menſiumqꝫ abundantiam,etiamnum radice valentior ſpinæ albæ,ſemen contra ſcorpiones auxiliatur. Corona ex ea impoſita capitis dolores minuit. Huic ſimilis eſt ſpina illa,quam græci achantion vocant,minoribus multo foliis aculeatis per extremitates,& harenoſa lanugine obductis. Qua collecta etiam veſtes quædam bombicinis ſimiles fiunt in oriente. Ipſa folia vel radices ad remedia opiſthotoni bibuntur. Eſt & acaciæ ſpina. Fit in ægypto alba nigraqꝫ arbore. Itẽ viridi,ſed longe melior eſt prioribus. Fit & in galatia tenerrima ſpinoſior arbore. Semen omniũ lenticulæ ſimile,minore eſt tantũ & grano & folliculo. Colligitur autumno ante collectum nimio validius ſpiſſatur ſuccus ex folliculis aqua cœleſti perfuſis,mox in pila tuſis exprimitur organis,tũc dẽſatur in ſole mortariis in paſtillos. Fit ex foliis minus efficax. Ad coria perficienda ſemine pro galla vtuntur. Foliorum ſuccus & galatiacæ acaciæ nigerrimus improbatur. Item qui valde rufus. Purpurea aut leucophea,& quæ faciliime diluitur. Vis ſumma ad ſpiſſandum refrigerãdumqꝫ eſt. Oculorũ medicamentis ante alias vtiles. Lauantur in eos vſus paſtilli,ab aliis torrentur,ab aliis capilli tinguntur. Sanant ignem ſacrum. Vlcera quæ ſerpunt,& humida vitia corporis,collectiones,articulos contuſos,perniones,pterygia. Abundantiam menſium fœminis ſiſtunt,vuluamqꝫ & ſedem procidẽtes. Item oculos,oris vitia & genitalium.

De vulgari ſpina & ſylueſtri,& de ſiriſceptro,& de appendice ſpina,& pyracantho,& paliuro,aquifolia,& taxo,& rubis medicinæ. Cap. xiii.

VVlgaris quoqꝫ hæc ſpina,ex qua venæ fulloniæ implentur,radicis vſus habetur. Per Hiſpãlas qdem multi,& inter odores,& ad vnguẽta vtuntur illa aſpalatũ vocantes. Eſt ſine dubio hoc nomine ſpina ſylueſtris in oriente (vt diximus) candida magnitudine arboris iuſtæ. Sed & frutex humilior atqꝫ ſpinoſus in Niſyro & Rhodiorum ĩſulis,quã alii eriſiſceptrum,alii adiapſatheſiſ ſiue ✠ dipſacon,ſiue diaxylon vocant. Optimis qui minime ferulaceus,rubens,& in purpurã vergens,detracto cortice,naſcitur pluribus locis,ſed nõ vbiqꝫ odoratus. Quam vim haberet cœleſti arquu in eum inniro,diximus. Sanat tetra oris vlcera,& ozenas genitalia,exulcerata,aut carbũculantia. Item rhagadia,inflationes potu. Diſcutit & ſtranguriias cortex. Sanguinem reddẽtibus medetur decoctũ eius. Aluũ ſiſtit cortex. Similia pſtare quoqꝫ ſylueſtrem putant. Spina eſt appendix appellata,qm̃ baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Hæ crudæ per ſe & aridæ in vino,decoctæ aluum ♣ citant,ac tormina cõpeſcunt. ✝ Pyiracanthi baccæ contra ſerpentiũ ictus bibuntur. Paliurus quoqꝫ ſpinæ genus eſt ſemen eius Afri zurã vocãt,contra ſcorpiones efficaciſſimum. Itẽ calculoſis & tuſſi. Folia aſtrictoriam vim habent. Radia diſcutit panos,collectiones vomicas,vrinas trahit pota. Decoctũ eius potum in vino aluũ ſiſtit. Serpentibus aduerſatur,radix pcipue datur in vino. Alioquin folia cõtuſa addito ſale articulorum morbis imponunt. Proſunt baccæ purgationi fœminarum,cœliacis,dyſentericis,ac colericis. In vino potæ aluum ſiſtunt. Radix decocta & illita extrahit infixa corpori. Vtiliſſima eſt & luxatis tumoribuſqꝫ. Aqfolia arbor in domo,aut villa ſata ueneficia arcet. Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Itemqꝫ baculũ ex ea factũ in quoduis animal emiſſum,etiam ſi citra ceciderit defectu mittentis,ipſum per ſeſe recubitu propius adlabi,tam præcipuam naturam inesse arbori. Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad maleficia tantum genuit natura,ĩõqꝫ ex eis mora vel hoĩbus cibos dedit. Vim habẽt ſiccandi,aſtringendiqꝫ. Gingiuis,tõſillis genitalibus accõmodatiſſimi. Aduerſantur ſerpẽtiũ ſceleratiſſimis,hæmorroidi & pſteri flos aut mora. Scorpionũ vulnera ſine collectionũ periculo iungunt. Vrinã ciunt. Caules eorũ tonduntur teneri,exprimiturqꝫ

✠ Dipſacõ in vetuſtis codicibus nõ habet.

♣ Citã.

✝ Phyxacãthi.

ſuccus mox ſole cogitur in craſſitudinē mellis,ſingulari remedio contra mala oris oculorūq; ſanguinem excreantes,anginas,vuluas,ſedes,cœliacos potus aut illitus.Oris qdem vitiis etiā folia commanducata pſunt,& vlceribus manantibus,aut quibuſcūq; in capite illinuntur cardiacis,vel ſic per ſe imponuntur a mām̄a ſiniſtra.Item ſtomachi doloribus,oculiſq; pcidentibus.Inſtillatur ſuccus eorū & auribus.Sanat condylomata cū roſaceo cerato,calculorū ve ex vino decoctum,vel præſentaneū remediū eſt.Item per ſe in cibo ſumpti cymæ modo,aut decocti in vino auſtero labātes dentes firmāt Aluum ſiſtunt & pfluuia ſanguinis dyſentericis pſunt.Siccantur vmbra,vt cinis crematorum vuam reprimat.Folia quoq; areſacta & contuſa iumentorū vlceribus vtilia traduntur.Mora quæ in his naſcuntur,vel efficaciorem ſtomachicē præbuere q̄ ſatiua morus.Eademq; cōpoſitione,vel cum hypociſtide tantū & melle bibuntur in cholera,& acardiacis,& contra araneos.Inter medicamēta quæ ſtyptica vocant,nihil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad tertias ptes,vt colluantur eo oris vlcera & ſedis foueantur.Tantaq; vis eſt vt ſpongiæ ipſæ lapideſcant. Alterū genus rubi eſt in quo roſa naſcitur.Gignit pilulā caſtaneæ ſimilē,præcipuo remedio calculoſis.Alia eſt cynorhoda, quam proximo dicemus volumine.

De cynobato,& Idæo rubo,& rhammo,& lycio,& ſarcocolla,& oporice medicinę. cap.xiiii.

Cinobaton quam alii cynoſpaſton,alii neuroſpaſton vocant,folium habet veſtigio hoīs ſimile Fert & vuam nigram,in cuius acino neruum habet vnde neuroſpaſtus dicitur.Alia eſt a cappari,quam medici cynosbaton appellauerunt.Huis thyrſus ad remedia ſplenis & inflatiōes conditus ex aceto manditur.Neruus eius cum maſtice chia cōmanducatus os purgat.Rubo rum roſa alopecias cum axungia emendat,Mora capillum tingunt cum omphacino oleo.Flos mori per meſſes colligitur,Candidus pleureticis pcipuus ex vino potus,item cęliacis. Radix ad tertias decocta aluū ſiſtit & ſanguinem.item dentes colluitos decocto.Eodem ſucco fouētur ſedis atq; genitalium vlcera.Cinis e radice deprimit vuam.Idæus rubus appellatus eſt quoniam in Ida non alias naſcitur.Eſt aūt tenerior ac minor rarioribus calamis innocētioribuſq; ſub arborū vmbra naſcens Huius flos cū melle epiphoris illinitur & ignibus ſacris.Stomachiciſq; ex aq̄ bibendus datur. Cętera eadē præſtat quæ ſupradicta.Inter genera rubotū rhamnos appellatur a græcis candidior & fruticoſior. Is floret ramos ſpargens rectis aculeis non vt cęteri aduncis,foliis maioribus. Alterū genus eius ſylueſtre nigrius & quadantenus rubens.Fert veluti folliculos.Huius radice decocta in aq̄ fit medicamentū,quod vocatur lycium.Semē ſecundas trahit.Alterq; ille cādidior aſtringit magis refrigerat, collectionibus & vulneribus accūmodatior.Folia vero vtriuſq; & cruda & decocta illinūtur cū oleo. Lyciū præſtantius e ſpina fieri tradunt,quā & pyxacanthon chironiā vocant,quales in Indicis arboribus diximus,quoniā longe præſtātiſſimū exiſtimatur Indicū.Coquuntur in aqua tuſi rami,radiceſq; ſummæ amaritudinis æreo vaſe fere p triduūq;.Iterūq; exempto ligno donec mellis craſſitudo fiat, Adulteratur amaris ſuccis,etiam amurca ac felle bubulo.Spuma eius ac flos qdem oculorū medicamentis additur.Reliquo ſucco faciem purgat,& pſoras ſanat,eroſos angulos oculorū,vetereſq; fluxiones,aures putulentas,tonſillas,gingiuas,tuſſim ſanguinis excreationes fabæ magnitudine deuoratū.Aut ſi ex vlceribus fluat,illitum rhagadas,genitaliū vlcera.Attritus vlcera recentia & ſerpentia ac putreſcentia.In naribus clauos,ſuppurationes Bibitur & a mulieribus in lacte cōtra pfluuia. Indici differētia glebis extrinſecus nigris,intus ruffis,cū fregeris,cito nigreſcentibus.Aſtringit vehementer cum amaritudine.Ad eadē oīa vtilis eſt,ſed præcipue ad genitalia. Sūt qui & ſarcocollā & ſpinæ lachrymā putent pollini thuris ſimilē cū quadā acrimonia dulcē.Cum vino tuſam ſiſtit fluctiones. Illinitur infantibus Vetuſtate & hæc maxime nigreſcit.Melior quo candidior.Vnum etiamnum arborum medicinis debetur nobile medicamentum,quod oporicem vocant.Fit ad dyſentericos ſtomachiq; vitia in congio muſti albi,lento vapore decoctis malis cotoneis quinq; cū ſuis ſeminibus,punicis totidem ſorborū ſextario & pari menſura eius,quod rhun ſyriacon vocant,croci ſemuncia.Coquitur vſq; ad craſſitudine mellis,His ſubnectemus ea quæ græci cōmunicatiōe nominū in ambiguo fecere anne arborum eſſent.

De chamedrye,& chamedaphne,& chamela,& chameſyce,& chameciſſo, & chameleuce,& chameeyperiſſo,& ampeloprafo,& ſtachye,& clinopodio,& centunculo,& clematide,ægyptia medicinæ. Cap.xv.

Chamedrys herba eſt,quæ latine trixago dicitur.Aliq eam chamædropē,alii theucriā appellauere.Folia habet magnitudine mentæ,colore & diuiſura quercus.Alii ſerratā,& ab ea ferrā in

uentā eſſe dixere. flore pene purpureo. Carpitur p̄gnans ſucco. In petroſis aduerſus ſerpētium venena potu illituq̧ efficaciſſima. Item ſtomacho tuſſi vetuſtæ pituitæ in gula cohæreſcenti, ruptis, cōuulſis, lateris doloribus. Lyenē cōſumit, vrinam & menſes cit. Ob id incipiētibus hydropicis efficax manualibus ſcopis eius in tribus heminis aquæ decoctis vſq̧ ad tertias. Faciunt & ex ea paſtillos terentes eā ex aqua ad ſupradicta. Sanat & vomicas & vetera, vel ſordida cum melle. Fit & vinum ex ea pectoris vitiis foliorū ſuccus, cum oleo caliginem oculorū diſcutit. Ad ſplenē ex aceto ſumitur. Excalfacit, perunctiones. Chamædaphne vnico ramulo eſt cubitali fere, folio tenui, lauri ſimilitudine. Semē rubens admixtū foliis illinitur capitis doloribus recens. Ardores refrigerat. Ad tormina cū vino bibitur. Menſes ſuccus eius & vrinā cit potu, partuſq̧ difficiles in lana appoſitus. Chamælea ſimilitudinē foliorū oleæ habet. Sunt autē ei amara odorata, in petroſis naſcens, palmi altitudinē nō excedens. Aluum purgat. Detrahit pituitā bilēq̧ foliis in duabus ptibus abſynthii decoctis ſuccoq̧ eo cum melle poto. Foliis impoſitis & vlcera purgantur. Aiunt. ſi quis ante ſolis ortū capiat, dicatq̧ ad albugines oculorū ſe cape, adalligata diſcutit id vitiū. Quoquo modo collectā iumentorū pecorūq̧ oculis ſalutarē eſſe. Chamæſice lecta folia hēt, nihil ſe attollentia, in aridis petroſiſq̧ naſcens. Claritati oculorū & cōtra ſuffuſiones vtiliſſima, & cicatrices caligines muriculas nubeculas in vino cocta, inſicta. Vuluę dolores ſedat appoſita in linteolo. Tollit & verrucas omnium generum illita. Prodeſt & orthopnoicis. Chameciſſos ſpicata eſt tritici modo ramulis qnis fere folioſa, cū floret exiſtimari pōt alba viola radice tenui. Cuius bibunt iſciadici folia tribus obolis in vini cyathis duobus. vii. diebus admodū amara potiōe. Chameleucē apud nos farranū ſiue farfugiū vocant. Naſcitur ſecus fluuios, folio populi, ſed ampliore. Radix eius impōitur carbonibus cupreſſi, atq̧ is nidor per infundibulū imbibitur in vetere tuſſi. Chamępeuce laricis foliis ſimilis lumborū & ſpinæ doloribus ꝓpitia eſt. Chamæcypeiſſos herba ex vino pota contra venena ſerpentiū omnium ſcorpionūq̧ pollet. Ampeloprason in vineis naſcitur, folia porri, ructu grauis. Contra ſerpentiū ictus efficax. Vrinā & menſes cit, eruptiones ſanguinis per genitale inhibet potum impoſituq̧. Datur & a partu mulieribus, & cōtra canis morſus. Ea quoq̧ quæ ſtachis vocatur ✠ porri ſimilitudinē habet, longioribus foliis pluribuſq̧, & odoris iucūdi, coloriſq̧ in luteū inclinati. Pellit menſtrua. Clinopodion, quod alii cleonicion, alii ✠ zopyron, alii ocimoides appellant, ſerpillo ſimilē, ſurculoſam palmi altitudine. Naſcitur in petroſis, orbiculato ✠ ſoliorū ambitu ſpeciē lectipedū præbens. Bibitur ad conuulſa rupta ſtrangurias ſerpentiū ictus. Item decocte ſuccus. Nunc ſubtexemus herbas mirabiles qdem, ſed minus claras, nobilibus inſequētia volumina dilatis. Itali centiculū vocant roſtratis folia, ad ſimilitudinē capitis penularū iacēre in aruis, græci autē clematidem. Eſt eius egregius effectus ad ſiſtēdam aluum in vino auſtero. Item ſanguinē ſiſtit tritus cum oxymelite, aut aquæ calidæ cyathis quinq̧ denarii vnius pondere. Sic & ad ſecundas mulierū efficax. Sed græci clematidas & alias habent, vnam quam aliqui echitē vocant, alii laginem, nōnulli tenuē ſcamoniam, & pedales folioſos, non diſſimiles ſcamoneæ ramos habet, niſi ꝙ nigriora minoraq̧ ſunt folia. Inuenitur in vineis aruiſq̧. Eſtur vſu vt olus cum oleo & ſale. Aluū cit. Eadē a dyſentericis cū lini ſemine in vino, auſtero ſorbetur. Folia epiphoris imponuntur cū polenta, ſuppoſito vdo linteolo. Strumas impoſita ad ſuppuratiōem perducunt, deinde axungia adiecta percurant. Itē hæmorrhoidas cū oleo viridi. Phthiſicos iuuant cū melle. Lactis quoq̧ vbertatē faciunt in cibis ſumpta. Ex infantibus illita capilliū alunt. Ex aceto dentiū dolores ſedāt, venerē ſtimulant. Eſt & alia clematis ægyptia cognomine quæ ab aliis daphnoidea, ab aliis polygonoides vocatur folio lauri longa tenuiſq̧, aduerſus ſerpentes, ac priuati aſpides ex aceto pota efficax. Aegyptus hanc maxime gignit.

✠ Marrubii
✠ Zopyrotyron.
✠ Florum.

De aron, & dracunculo, & dracontio, & heri, & millefolio, & herba eiuſdem nominis, & pſeudounio, & myrthi, & onobryce medicinæ. Cap. xvi.

Eſt & aron, de qua inter bulbos diximus magnæ cū dracontio litis. Quidam enim eſſe dixere eandem. Glaucias ſatu diſcreuit dracuntiū ſylueſtrem arum pronunciando. Aliqui radicem aron appellauerunt, caulem vero dracuntium, in totum alium. Si modo hic eſt, qui vocatur apud nos dracunculus. Nāq̧ aros radicem nigram in latitudinē rotundā habet, multo quoq̧ maiorem, & qua manus impleatur. Dracunculus ſubrutilā & draconis cōuoluti modo, vnde ei & nomen. Quin & ipſi græci immenſam poſuere differentiā ſemē dracunculi feruens mordaxq̧ tradēdo, tantūq̧ ineſſe ei virus, vt olfactum grauidis abortū inferat. Aron miris laudibus extulere, primū in cibis fœminarū præferentes, quoniam mas dulcior eſſet, & in coquendo lentior, pectoriſq̧ vitia purgaret. Aridum impoſitione inſperſum aut eclegmate, vrinam & menſes cieret. Siq̧ & in oxymelite po

tum ſtomacho interaneis exulceratis ex lacte ouillo bibendum ad tuſſim in cinere coctũ ex oleo dedere. Alii, coxere in lacte, vt decoctũ biberetur. Epiphoris elixũ impoſuere. Item ſiggillatis tonſillis. Ex oleo hæmorrhoidũ vitio infundere, lentigines ex melle illinẽtes. Laudauit Cleophantus & ꝓ antidoto contra venena pleureticis, peripneumonicis quoq; & tuſſientibus. Semẽ ítritum cũ oleo aut roſaceo infundens auriũ dolori Dieucles. Cleophãtus tuſſientibus aut ſuſpirioſis & orthopnoicis & purulẽta excreantibus farina permixtũ in pane cocto dedit. Diodorus phthiſicis e melle ecligmate. & pulmonis vitiis, oſſibus ẽt fractis impoſuit. Partus oĩum aĩalium extrahit, naturæ circũlitum. Succus radicis cum melle Attico, oculorũ caligines, ac ſtomachi vitia diſcutit, tuſſim decocti ius cũ melle. Vlcera oĩum generum, ſiue phagedenæ ſint, ſiue carcinomata, ſiue ſerpant, ſiue polypi in naribus, ſuccus mire ſanat. Deinde ambuſtis proſunt ex vino & oleo cocta. Aluum inaniunt ea ſale & aceto ſumpta. Etiam luxatis cocta cum melle proſunt. Item articulis podagricis cũ ſale recentia, vel ſicca. Hippocrates quaſlibet ad collectiones cũ melle impõſuit ad menſes trahendos ſeminis vel radicis drachmæ duæ in vini cyathis duobus ſufficiunt. Eadẽ potio ſi a partu non purgantur, & ſecũdas trahit. Hippocrates & radicẽ ipſam appoſuit. Dicunt & in peſtilentia ſalutarẽ eſſe in cibis. Ebrietatẽ diſcutit: Serpẽtes nidore cũ crematur, priuatimq; aſpides fugat, aut inebriat, ita vt torpẽtes inueniãtur. Perunctos quoq; areo aut laureo oleo fugiunt. Iõ & contra ictus dari potu in vino nigro putãt vtile. In foliis ari caſeus optime ſeruari traditur. Dracũculus quem dixi hordeo matureſcẽte effoditur luna creſcente. Oĩno habẽtẽ ſerpẽtes fugiũt. Iõ percuſſis ꝓdeſſe in potu aiũt maiorẽ, vt mẽſes, ſi ferro non attingatur ſiſtat. Succus eius & auriũ dolori ꝓdeſt. Id aũt qđ græci dracontion vocãt triplici effigie mihi demõſtratũ eſt foliis betæ nõ ſine thyrſo, flore purpureo. Hoc eſt ſĩſe aro. Alii radice longa veluti ſignata articuloſaq; mõſtrauere tribus oĩno cauliculis. Folia eius ex aceto decoqui contra ſerpentium ictus iubentes. Tertia demonſtratio fuit folio maiore q̃ cornua radice harũdinea, totidẽ vt affirmabãt geniculata nodis, quot haberet annos, totidẽq; eſſe folia. Hi ea ex vino vel aqua cõtra ſerpentes dabãt. Eſt & ✠ heris q̃ in eadẽ ægypto naſcitur ſimilis aro, minor tñ minoribuſq; foliis, & vtiq; radice, quæ tñ oliuæ grandis magnitudinẽ implet. Alba geminũ caulem, altera vnum tñ emittens. Medetur vtraq; vlceribus manantibus. Item combuſtis ac fiſtulis. Collyrio immixta & nomas ſiſtũt, decoctarum in aqua, & poſtea tritarum roſaceo addito. Sed vnum miraculum ingens contracto genitali cuiuſq; fœminini ſexus aĩalĩ in pniciẽ agi. Myriophyllon quod noſtri millefolium vocant caulis eſt tener. Similis fœniculo plurimis foliis, vnde & nomen accepit. Naſcitur in paluſtribus, magnifici vſus ad vulnera. Cũ aceto bibitur ad difficultates vrinæ & veſicæ, & ſuſpiria, ꝓcipitatiſq; ex alto. Efficaciſſima eadẽ ad dentium dolores. Hetruria hoc noĩe appellat herbam in pratis tenuẽ, a lateribus capillamenti mõ folioſam, eximii vſus ad vulnera, boũ neruos abſciſſos vomere ſolidari ea, rurſuſq; iugi addita axungia affirmans. Pſeudo bunion napi folia habet, fruticans palmi altitudine. Laudatiſſima in Creta. Contra tormina atq; ſtranguriam, laterũ ꝓcordiorumq; dolores bibũtur, rami eius quini ſeniue. Myrrhis quã alii ſmyrrhizam, alii myrrhã vocant ſimillima eſt Cicutæ. Caule foliiſque & flore minor tñ & exilior, cibo non inſuauis. Cit menſtrua & partus cum vino. Aiunt quoq; eãdem potam in peſtilentia ſalutarẽ eſſe. Subuenit & phthiſicis in ſorbitione. Auiditatem cibi facit. Vlcera facie aut capite ſuccus eius in aqua triduo macerata ſanat. Onobrychis folia habet lentis longiora paulo florem rubentẽ, radicẽ exiguã & gracilẽ. Naſcitur circa fontes. Siccata in farinæ modũ & íſpar ſa vino albo ſtrãgurias finit. Aluum ſiſtit. Succus eius perunctis cum oleo ſudores mouet.

✠ Ariſaris. vel Aris.

De coriaceſia, & callicia menaide, & aliis. xxiii. & medicinis earũ, quas qdam magicas eſſe dicunt, & de cõſidia, & de aproxi, & recidiuis morborũ. Cap. xvii.

IN promiſſo herbarũ mirabiliũ, occurrit aliqua dicere & de magicis. Quæ enim mirabiliores ſunt? Primi eas in noſtro orbe celebrauere Pythagoras atq; Democritus conſectati magos. Coriaceſiam & Calliciam Pythagoras qua aquam glaciari tradit, & quarum mẽtionem apud alios non reperio, nec apud eum alia de his. Idem menaidem appellat, & noĩe alio corinthadem, cuius decocto in aqua ſucco protinus ſanari ictus ſerpentium ſi foueantur dicit. Eãdẽq; effuſum in herba qui veſtigio contigerint, aut forte reſperſi fuerint inſanabiles perire, monſtrifica prorſus natura veneni, præter q̃ contra venena. Ab eodẽ Pythagora aproxis appellatur herba, cuius radix e lõginquo cõcipiat ignes vt naptha, de qua ĩ terræ miraculis diximus. Idem tradit. Si qui morbi h ſano corpori acciderint florente aproxi, q̃uis ſanatos admonitionẽ eorũ ſentire quotiens florere, eã contigerit, & frumentum, & cicutam, & violam ſimilem conditiõem habere. Nec me fallit hoc volumẽ eius a quiſ

buſdã Cleemporo medico aſcribi. Pythagoræ vero eſſe pertinax fama antiquitaſq; vendicant. Et id ipſum auctoritatẽ voluminibus affert, ſi quis alius curæ ſuæ opus illo viro dignũ iudicauerit. Quod feciſſe ſcimus Cleemporũ, cũ & alia ſuo ex noĩe ederet qs crederet. Democriti certe chirocineta eſſe conſtat. At in his ille poſt Pythagorã Magorũ ſtudioſiſſimus quanto portẽtoſiora tradit? Aglaophotin herbam, quæ admiratione hoĩum pp eximium colorẽ acceperit nomẽ, in marmoribus Arabiæ naſcentẽ perſico latere. Qua de cauſa & marmaritiden vocari. Magos vtiq; ea vti, cũ velint deos euocare. Achemenidon colore eſt electri ſine folio, naſcens in tardaſtilis Indiæ culus, radix in paſtillos digeſta in dieq; pota in vino noxii per cruciatus nocte cõfiteantur oĩa per varias numinũ imaginatiões. Eandem hippophoruadẽ appellat, qm̃ equæ præcipue caueant eam. Theombrotion.xxx. ſcœnis a Choaſpe naſci pauonis picturis ſimilem odore eximio. Hanc autem a regibus Perſarum comedi aut bibi contra omnia corporũ incõmoda, ſtabilitatemq; mentis & iuſticiæ vocari. Eandem denq; ſemniona potentiæ, maieſtate appellari. Aliam deinde Adamantidem Armeniæ Cappadociæq; alũnã. Hac admota leones reſupinari cũ hiatu laxo. Noĩs cãm eſſe q conteri nequeat. Arianidem in arianis gigni igneam colore, Colligi cũ ſol in leone ſit. Huius tractu peruncta oleo ligna accendi. Therionarca in Cappadocia & Myſia naſcẽte, omnes feras torpeſcere, nec niſi hyenæ vrinæ aſperſu recreari. Ethiopida in Meroe naſci. Ob id & meroidẽ appellari folio lactucæ, hydropicis vtiliſſimam e mulſo potũ. Ophiuſam in elephantine eiuſdem æthiopiæ liuidã, difficilemq; aſpectu, qua pota terrorẽ minaſq; ſerpentiũ obſeruari, ita vt mortem ſibi eo metu conſciſcant, ob id cogi ſacrilegos illam bibere. Aduerſari aũt ei palmeũ vinum. Thalaſſeglen circa indũ amnem inueniri, quæ ob nomine alio pota mauris appellatur. Hac pota lymphari hoĩes obſeruantibus miraculis. Theangelida in libano Syriæ dicteo Cretæ montibus & Babylone, & ſuſis Perſidis naſci, qua pota magi diuinent. Geloto phyllida in bactris, & circa boryſthenem. Hæc ſi bibatur cũ myrrha & vino, varias obſeruari ſpẽs, ridẽdiq; finẽ non fieri in potis nucleis pineæ nucis cũ pipere & melle in vino palmeo. Syſſitieterida a cõuictu in Perſide noĩari, qm̃ hilarentur illa, eadem protomedia, qua primatum apud reges obtineant. Caſigneten, qm̃ ſecum ipſa naſcatur, nec cum vllis aliis herbis. Eandem Dionyſionymphadẽ, qm̃ vino mire conueniat. Heliacben vocant in Themiſyra regione & Ciliciæ montibus maritimis, folio myrti. Hac cum adipe leonio decocta, addito croco & palmeo vino perungi Magos & Perſarum reges, vt fiat corpus aſpectu iucundũ ideo eãdẽ heliocallidẽ noĩari. Hermeſias ab eodẽ vocatur ad liberos generandos pulchros bonoſq;. Non herba, ſed cõpoſitio e nucleis pineæ nucis tritis cum melle, myrrha, croco, vino palmeo, poſtea admixto theombrotio & lacte bibere generaturos iubet, & a conceptu puerperas partũ nutrientes ita fieri excellentes aĩo & forma, atq; bonos. Harum oĩum magica quoq; vocabulo ponit. Adiecit his Apollodorus aſſectator eius herbam eſchynomenẽ, qm̃ appropinquante manu folia cõtraheret. Aliam crocidẽ, cuius tactu phalangia morerentur, Crateias oenotheridem, cuius aſperſu e vino feritas oĩum animalium mitigaretur. Anacampſerotem celeber arte grãmatica paulo ante, cuius oĩno tactu redirent amores, vel cũ odio depoſiti. Et abunde ſit hactenus attigiſſe inſigni magorum in his herbis, alio de his aptiore dicturus loco.

De eriphia, & lanaria, & ſtratioti medicinæ. Cap. xviii.

ERiphiã multi prodidere. Scarabeũ hæc in habena habet ſurſum deorſum decurrẽtem cum ſono hedi, vnde & nomen accepit. Hac ad vocem nihil pſtantius eſſe tradunt. Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abũdantiam facit. Atq; nota lactoris vulgo eſt plena lactis, qđ aegrotatum vomitiones concitat. Eandem hanc aliqui eſſe dicunt, & alii ſimilem illi quam militarẽ vocant, qm̃ vulnus ferro factum nullum non intra dies quinq; ſanat ex oleo impoſita. Celebratur aũt a græcis ſtratiotes. Eſt ea in ægypto tantũ, & inundatione Nili naſcitur, aizoo ſimilis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mire, & vulnera ex aceto illita. Item ignes ſacros, ac ſuppurationes. Sanguinem quoq; qui defluit a renibus pota cum thure maſculo mirifice ſiſtit.

De herba quæ naſcitur in capite ſtatuæ, & de herba de fluminibus, & herba lingua, & cribro, & f metis, & rhodora, & impia, & veneris pectine, & noola, & philanthropo, & canaria lappa, & tordyle, & de gramine, & dactyle, & fœnogræco medicinæ. Cap. xx.

HErba in capite ſtatuæ nata collecta q; alicuius in veſtis pãno, & alligata in lino ruſo capitis dolorẽ confeſtim ſedare traditur. Herba quæcũq; e riuis aut fluminibus ãte ſolis ortũ collecta, ita, vt nemo colligentẽ videat, cõtra tertianas adalligata leuo brachio, ita vt æger qui ſit illud ignoret, tertianas arcere traditur. Lingua herba naſcit circa fontes. Radix eius cõbuſta & trita cum adipe

ta cū adipe ſuis, adiiciūt vt nigra ſit & ſterilis, alopecias emendat vnguentū in ſole. Cribro in limite abiecto, herbæ intus extātes decerptæ, adalligatæq́ grauidis, partus accelerāt. Herba quæ gignitur ſupra ſimeta ruris, contra anginas efficaciſſime pollet ex aqua pota. Herba iuxta quam canes vrinā fūdunt euulſa ne ferro attingat, luxatis celerrime medetur ✣ Rumbotinū arborem demonſtrauimus inter arbuſta. Iuxta hanc viduam vite naſcitur herba, quā Galli Rhodorā vocāt, caulem habet virgæ ficulneæ modo geniculatā, folia vrticæ in medio exalbida, eadē pcedēte tēpore tota rubentia, florē argenteum, pcipua contra tumores feruoreſq́ & collectiones. Cum axungia vero veteri tuſa, ita vt ferro nō attingatur, qui perunctus eſt, ſi deſpuat ad ſuam dexterā ter, efficacius remedium eē aiunt, ſi, tres quoq́ trium nationū homines perūgant dextrorſus. Herba impia vocatur in cana, roris maris aſpectu thyrſio modo veſtita atq́ capitata. Inde alii ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes, ob id impiam appellauere, quoniā liberi ſuper parentem excellant. Alii potius ita appellatam, q̄ nullum animal eā attingat, exiſtimauere. Hęc inter duos lapides trita feruet, pcipuo aduerſus anginas ſucco lacte & vino admixto, mirūq́ traditur, nunq̄ ab eo morbo tentari qui guſtauerint. Itaq́ q̄ ſuibus dari quæq́ medicamentū id noluerint haurire, eo modo interire. Sūt qui & in auiū nidis iſeri aliquid ex ea putent, atq́ ita non ſtrangulari pullos auidius deuorantes. Veneris pectinē appellant a ſimilitudine pectinum. Cuius radix cū malua tuſa oīa corpori infixa extrahit. Veternoſa curat, quæ ex-dū vocatur: Nodia herba coriariorū officinis etiam hilaris eſt, aliiſue. Nomas curat. efficaciſſimamq́ aduerſus ſcorpiones eſſe potam in vino aut poſca reperio. Philanthropon herbam græci appellant hirſutam quoniā veſtibus adhæreſcat. Ex hac corona īpoſita capitis dolores ledantur. Nam quæ canaria appellat ſappa cum plātagine & millefolio trita ex vino carcinomata ſanat, ternis diebus ſoluta. Medetur & ſuibus hęc effoſſa ſine ferro, & addita in colluuiē poturis, vel ex lacte & vino. Quidā adiiciunt & fodientē dicere oportere. Hæc eſt herba argemon, quam Minerua repperit ſuibus his remedium, qui de illa guſtauerint. Tordylen alii ſemē ſilis eſſe dixerunt. Alii herbā per ſe quā & ſyreon vocauerunt. Neq́ aliud de ea proditum inuenio q̄ in montibus naſci. Combuſtā potu ciere menſes, & pectoris excreationes. Efficaciore etiānū radice. Succo eius ternis obolis hauſto, renes ſanari. Addi radicem eius & in malagmata. Gramen ipſum eſt inter herbas vulgatiſſimū. Geniculatis ſerpit īter nodiis, crebroq́ ab his, & ex cacumine nouas radices ſpargit. Folia eius in reliquo orbe in exilitatem faſtigantur. In Parnaſo tantū in hederacea ſpecie dēſius q̄ vlq̄ fruticante, flore odorato cādidoq́. Iumētis herba non alia gratior, ſiue viridis, ſiue in fœno ſiccata. Fundit aſperſa aqua. Succū quoq́ eius Parnaſo excipi tradūt pþter vbertatē, Dulcis enī hic eſt. In vicem eius in reliqua parte terrarum ſuccedit decoctū ad vulnera cōglutinādа, quod & ipſa herba tuſa pſtat. Tueturq́, & ab inflāmationibus placat. Decocto adiicitur vinū ac mel ab aliquibus, & thuris, & piperis, myrrhæq́ tertiæ portiones. Rurſusq́ coquitur in æreo vaſe ad dentium dolores & epiphoras. Radix decocta ī vino torminibus medetur & vrinæ difficultatibus. Vlceribus veſicæ, Calculos frangit. Semen vehemētius vrinā ipellit. Aluū vomitioneſq́ ſiſtit. Priuatim aūt draconū morſibus auxiliat. Sunt qui genicula. ix. vel vnius vel e duabus tribuſue herbis ad hunc articulorū numerū inuolui lana lucida nigra iubeant ad remedia ſtrumæ panoſuue. Ieiunū debere eſſe qui colligat. Ita ire in domū abſentis cui medeatur, ſuperuenientiq́ ter dicere ieiuno ieiunū medicamētum dare. Atq́ ita adalligare, triduoq́ id facere. Quod e graminū genere ſeptē internodia habet, efficaciſſime capiti cōtra dolores adalligatur. Quidā propter veſicæ cruciatus decoctū ex vino gramē ad dimidias e balneis bibi iubent. Sunt qui & aculeatum gramen vocāt triū generū, cum in cacumine aculei ſunt plurimū quini dactylon vocant, hos cōuolutos naribus inſerunt, extrahūtq́ ſanguinis ciendi gratia. Altero qđ eſt aizoo ſimile ad parony//chia & pterygia vnguium, & cum caro vnguibus excreuerit vtunt cum axūgia. Ideo dactylon appellantes quia digitis medeatur. Tertiū genus dactyli, ſed tenuis naſcit in parietibus, aut regulis. Huic cauſtica vis eſt. Siſtit vlcera quæ ſerpūt. Gramen capiti circundatum ſanguinis e naribus fluctiōes ſiſtit. Chamælos aūt necare traditur in Babylōis regiones id qđ iuxta vias naſcit. Nec fœnogræco minor auctoritas, qđ telin vocāt, alii ✣ carphos. Aliqui buceras, alii ęgoceras, quoniā corniculis ſemen eſt ſimile, nos * Siliciam, qđ quomodo ſeretur ſuo loco diximus. Vis eius ſiccare, mollire, diſſoluere. Succus decocti fœminarū pluribus malis ſubuenit, ſiue duricia, ſiue tumor, ſiue contractio ſit vuluæ, fouentur, inſidūt, in luſū quoq́ pdeſt, Furfures ī facie extenuat. Spleni addito nitro decocto & īpoſitum medetur. Item ex aceto. Sic iocineri decoctū. Diocles difficile pariētibus ſemē eius dedit acetabuli menſura tritū in nouē cyathis ſapæ ad tertias partes bibere, vt qui biberint in calida lauarētur.

✣ Rontitinum.

✣ Carpoa

* Siluculā

Et in balneo ſudātibus dimidiū ex relicto iterum dedit, mox a balneo reliquum pro ſomno auxilio. Farinā fœnogræci cum ordeo aut lini ſemine decoctam aqua mulſa cōtra vuluæ cruciatus ſubiecit, itemq́ impoſuit imo ventri. Lepras lētigines ſulphuris pari portiōe mixta farina curauit nitro ante præparata cute ſępius die illinēs, perungiq́ p̄cipiens. Theodorus fœnogræco miſcuit quartā partē purgati naſturtii acerrimo acero ad lepras. Damiō fœnogræci ſemē acetabuli dimidia mēſura cū ſapæ & aquę nouē cyathis ad menſes ciendos dedit potu. Nec dubitatur qn decoctū eius vtiliſſimū ſit vuluis interraneiſq́, exulceratis, ſicuti ſemē articulis atq́ p̄cordiis. Si vero cū malua decoquatur, poſtea addito mulſo potus ante cætera vuluis interaneiſq́ laudatur. Quippe cum vapor quoq́ decocti plurimū p̄ſit. Alarūq́ ēt graueolētiā decoctū fœnogręci ſemē emendat. Farina prurigines capitis furfureſq́ cū vino & nitro celeriter tollit. In hydromelite aūt decocta addita axūgia genitalibus medetur. Itē parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, carnibuſq́ quę recedūt ab oſſibus. Aceto vero ſubacta luxatis. Illinitur & lyeni decocta in aceto & melle tm̄. Carcinomata ſubacta ea vino purgat. Mox addito melle perſanat. Sumitur & ſorbitio e farina ad pectus exulceratū, longamq́ tuſſim. Diu decoquitur, donec amaritudo deſinat. Poſtea mel additur. Nunc ipſa claritas herbarum dicetur.

*Stellard

CAII PLINII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXV. PROOEMIVM.

Natura herbarum ſponte naſcentium. Cap. I.

Pſa quæ nunc dicetur herbarum claritas medicinæ tantū gratia gignente eas tellure, in admirationem curæ priſcorum diligentiæq́ animum agit. Nihil ergo intentatum expertumq́ illis fuit. Nihil deinde occultatum quod nō prodeſſe poſteris vellent. At nos elaborata iis abſcondere atq́ ſupprimere cupimus, & fraudare vitam etiā alienis bonis. Ita certe recondūt qui pauca aliqua nouere, inuidentes aliis, & neminē docere in auctoritatē ſcientiæ eſt. Tātum ab excogitandis nouis, ac adiuuāda vita mores abſunt. Sūmumq́ opus ingeniorū diu in hoc fuit, vt intra vnūquēq́ recta facta, veterū perirent. At hercule ſingula quoſdā inuēta deorū numero addidere, oiumq́ vitā clariorē fecere cognominibus herbarū tā benigne gratiā memoria referēre. Nō æquę hæc cura eorū mira eſſet in his, q̄ ſatu blādiunt, aut cibo inuitāt, ſed culmina quoq́ montium inuia & ſolitudines abditas, oiſq́ terræ fibras ſcrutati inuenere, quid quæq́ radix polleret, ad quos vſus herbarū folia p̄tinerent, etiā quadrupedum pabulo intacta ad ſalutis vſus vertentes.

Qui latine vſus herbarū ſcripſerint, & quādo ad Romanos noticia earū peruenerit, & qui primi græcorū de his cōpoſuerint, & de herbarū inuentione, & antiqua medicina, & quare minus exerceantur earum remedia, & de cynorhodo, & de dracunculo medicinę. Cap. II.

Minus hoc q̄ par erat, noſtri celebrauere omnium vtilitatū & virtutū rapaciſſimi, Primuſq́ & diu ſolus idē ille. M. Cato oium bonarū artiū magiſter paucis duntaxat attigit. Boū etiā medicamina non omiſſa. Poſt eum vnus illuſtrium tentauit, C. Valgius eruditione ſpectatus, imp̄fecto volumine ad diuum Auguſtū, inchoata etiam prefatione religioſa, vt omnibus malis humanis illius potiſſimum principis ſemper medicetur maieſtas. Ante condiderat ſolus apud nos, quod equidem inueni. Pōpeius Lenæus Magni Pompei libertus, quo primū tēpore hanc ſcientiam ad noſtros perueniſſe animaduerto. Nanq́ Mithridates maximus ſua ætate regū quē debellauit, Pōpeius, omnium ante ſe genitorum diligentiſſimus vitæ fuiſſe argumentis, præterq́ fama intelligit. Vni ei excogitatū quottidie venenū bibere, p̄ſumptis remediis, vt cōſuetudine ipſa innoxium fieret. Primo inuēta genera antidoti, & ea quibus vnū etiā nomē eius retinet. Illius inuentum autumāt ſanguinē anatum ponticarū miſcere antidotis, quoniā veneno viuerēt. Ad illum Aſclepiadis medendi arte clari, volumina cōpoſita extant, cum ſollicitatus ex vrbe Roma p̄cepta pro ſe mitteret. Illum ſolū mortaliū Mithridatem .xxii. linguis locutū certū eſt. Nec de ſubiectis gentibus vllum hominē per interpretē appellatum ab eo annis .lvi. quibus regnauit. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine medicinæ peculiariter curioſus ab hoibus ſubiectis, qui fuere pars magna terrarū, ſingula exquirēs, ſcrinium cōmentationū harū & exemplaria effectuſq́ in archanis ſuis reliquit. Pompeius autē omni regia præda potitus, tranſferre ea ſermone noſtro libertū ſuū Lenæū grāmaticę artis doctiſſimū iuſſit. Vitæq́ ita p̄fuit non minus qua reipublicæ victoria illa. Præter hos græci auctores medicinæ p̄didere, quos ſuis locis diximus. Ex his Crateias, Dionyſius, Metrodotus rōne blandiſſima, ſed qua

ſima,ſed qua nihil pene aliud ꝗ rei difficultas intelligaẗ. Pinxere nãq; ꝙ effigies herbarũ,atq; ſubſcripſere effectus. Veꝝ & pictura fallax eſt ex coloribus tã numeroſis,ꝑſertim in æmulatione naturæ,multũq; degenerat tranſcribentiũ ſors uaria. Præterea parũ eſt ſinglas eaꝝ ætates pingi,cũ quadripartitis uarietatib⁹ anni faciem mutẽt. Quare cęteri ſermone eas tradidere. Aliqui effigie qdem indicata,& nudis qdẽ plærũq; nominibus defuncti,quoniã ſatis uidebaẗ poteſtates uimq; demonſtrare quærere uolentibus. Nec eſt difficile cognitu,nobis certe,exceptis admodũ paucis contigit reliquas contemplari ſcientia Antonii Caſtoris,cui ſumma auctoritas erat in ea arte nr̃o æuo. Viſendo hortulo eius,in quo plurimas alebat,centeſimũ ætatis annũ excedens nullũ corporis malũ expertus,ac ne ætate quidẽ memoria aut uigore concuſſis. Nec aliud miratã magis antiqtas reperieẗ. Inuẽta iam ptidẽ ratio eſt ꝑnuncians horas,non modo dies ac noctes, ſoles lunæq; defectũ. Durat tñ tradita perſuaſio in magna parte uulgi ueneficiis & herbis id cogi. In eo nanq; fœminaꝝ ſcientiã præualere. Certe quid nõ repleuere fabulis colchis Medea,aliæq; ? In primiſq; Italica Circe diis etiã adſcripta,uñ arbitror natũ,ut Aeſchilus e uetuſtiſſimis in poetica re referrã Italiã herbaꝝ potentia proderet. Multiq; Circeios agros ubi habitauit illa in magno argumẽto etiãnũ durante in Marſis a filio eius orta gente,quos eſſe domitores ſerpentium cõſtat. Homerus qdem primus doctrinaꝝ & antiqtatis parens,multas alias in admiratione Circes gloriã herbarum ægypto tribuit,tum etiã cum rigareẗ ægyptus illa,non autem eſſet,poſtea fluminis limo inuecta. Herbas certe ægyptias a regis uxore traditas ſuæ Helenæ plurimas narrat,ac nobile illd Nepenthes obliuionẽ triſtitiæ ueniãq; afferens,& ab Helena utiq; oĩbus mortalibus propinandum. Primus autẽ oĩum quos memoria nouit. Orpheus de his herbis curioſius aliqua prodidit. Poſt eũ Muſeus & Heſiodus polion herbam inquantũ mirati ſunt,diximus. Orpheus & Heſiodus ſuffitiones cõmendauere. Homerus & alias noĩatim herbas celebrat,quas ſuis locis dicemus. Ab eo Pythagoras clarus ſapientia primus uolumen de eaꝝ effectu cõpoſuit, Apollini, Aeſculapioq; & in totũ diis ĩmortalib⁹ inuẽtione,& origine aſſignata. Cõpoſuit & Democritus,ambo peragratis Perſidis,Arabiæ,Aethiopiæ,Aegyptiq; magis. Adeoq; ad hæc attonita antiquitas fuit, ut affirmaret etiã incredibilia dictu,Xanthus hiſtoriaꝝ auctor in priã eaꝝ tradidit occiſũ dracõis catulum reuocatũ ad uitã a parẽte herba quã baſin noĩat,eademq; Tillonem quem draco occiderat. reſtitutũ ſaluti. Et Iuba in Arabia herba reuocatũ ad uitam hoĩem tradit. Dixit Democrit⁹ credidit Theophraſtus eſſe herbam,cuius contactu illatæ ab alite,quã retulimus,exiliret cuneus a paſtoribus arbori adactus. Quæ etiã ſi fide carent,admirationẽ tamẽ implẽt,coguntq; cõfiteri multum eſſe,quod uero ſuperſit inde & plæroſq; uideo exiſtimare,nihil non herbarum ui effici poſſe. Sed plurimũ uires eſſe incognitas. Quoꝝ numero fuit Herophilus clarus in medicia,a quo ferũt dictũ quaſdã etiã fortaſſis calcatas prodeſſe. Obſeruatũ certe eſt inflammari uulnera ac morbos ſupuentu eoꝝ,qui pedibus iter cõfecerint. Hæc erat antiqua medicina,quæ tota migrabat ĩ græciæ linguas. Sed quare nunc non plures noſcunẗ cauſæ,niſi ꝙ eas agreſtes litteratũq; ignari experiunẗ,utpote qui ſoli inter illas uiuãt. Præterea ſecuritas quærẽdi obuia medicoꝝ turba. Multis etiã ſuẽtis noĩa deſunt,ſicut illi quã retulimus in frugũ cura,ſcimuſq; defoſſam ĩ angulis ſegetis ꝑſtare,ne q̃ uis intret. Turpiſſima cauſa raritatis,qđ etiã q ſciũt demõſtrare nolunt,tanq̃ ipſis periturũ ſit qđ tradiderint aliis. Accedit ratio inuentionis anceps. Quippe etiã in reptis, alias inuenit caſus,alias(ut uere dixerim)deus. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus, pauorẽ aq.potuſq; oĩs afferẽs odiũ. Nuper cuiuſdã militantis in ꝑtorio mater uidit in quiete,ut radicẽ ſylueſtris roſæ,quã cynorhodon uocãt,eblanditã ſibi aſpectu pridie in fruteto mitteret folio bibendã in lacte. In Luſitania res gerebaẗ Hiſpaniæ ꝓxima parte. Caſuq; accidit,ut milite a morſu canis incipiẽte aq̃s expaueſcere ſupueniret epiſtola orãtis,ut pareret religioni:ſeruatuſq; eſt ex inſperato. Et poſtea qſqs auxiliũ ſiẽ tẽtauit. Alias apud auctores cynorhodi una medicina erat ſpõgiolæ,ꝗ in mediis ſpinis eius naſciẗ,cinere cum melle alopecias capitis expleri. In eadẽ ꝓuicia cõgnoui in agro hoſpitis nup ibi repertũ dracunculũ appellatũ caulẽ pollicari craſſitudine uerſicoloribus uiperatũ maculis,quã ferebãt contra oĩum morſus eſſe remediũ. Alius eſt quẽ nos in priori uolumie eiuſdẽ noĩs dixim⁹,ſed huic alia figura. Aliudq; miraculũ exeũtis e terra ad primas ſerpẽtiũ uernationes bipedali fere altitudine,rurſuſq; cum iiſdem in terrã ſe condentis,nec omnino occultato eo apparet ſerpens,uel hoc per ſe ſatis officioſo naturæ munere, ſi tantũ præmoneret,tempuſq; formidinis demonſtraret.

✠Phteniti.

De quodá peſtifero fõte germaniç,& de britannica,& maxis morboꝝ doloribus. Ca.iii.

NEc beſtiarũ ſolum ad nocendum ſcelera ſunt,ſed interim aquarũ quoq; ac locorũ. In Germania trans rheuũ caſtris a Germanico cęſare promotis maritimo tractu fons erat aquæ dulcis ſolus,qua pota intra biẽniũ dentes deciderẽt,cõpageſq; in genibus ſoluerentur. Sto macaccen medici uocabãt & ſceletirben.Ei malo repta auxilio eſt herba,quæ uocaẽ britãnica,nõ neruis modo & oris malis ſalutaris,ſed contra angias quoq; & ſerpẽtes.Folia habet oblõga nigra radicem nigram.Succus eius exprimiẽ & ex radice.Florẽ uibones uocãt,qui collectus prius q̃ tõitrua audianẽ,& deuoratus ſecuros in totũ reddit.Friſi qua caſtra erãt noſtris demõſtrauere illam. Miror qdẽ quæ noĩs eſſet cauſa,niſi forte cõſini Oceano Britanniæ ueluti propinquæ dicauere. Non eñ inde appellatã eam,quoniã ibi plurima naſcereẽ certum eſt.Etiam tum britannia libera fuit quidem,& hic quondã ambitus noĩbus ſuis eas adoptandi,ut docebimus feciſſe reges , ut res tanta debeaẽ,herbã inuenire,uitam iuuare nõ fortaſſis credet aliquis,cum hęc nr̃a friuola quoq; exiſtimenẽ,adeo deliciis ſordent,etiã quę ad ſalutem pertinent.Auctores tamen quaꝝ ĩueniunẽ in primis celebrare par eſt,effectu earũ digeſtio in genera morborũ.Qua quidem in reputatione miſereri ſortis hũanę ſubit,& p̃ter fortuita caſuſq; & noĩa q̃ oĩs hora excogitat ad millia morboꝝ ſingl'is mortalibꝰ timẽda.Qui grauiſſimi ex his ſint diſcernere ſtultitia ꝓpe uideri poſſit , cũ ſuus cuiq; ad præſens quiſq; atrociſſimus uideatur. Et de hoc tamẽ iudicauere aut expimẽto aſpriſmos cruciatus eſſe calculoꝝ a ſtillicidio ueſicæ.proximũ ſtomachi tertiũ eoꝝ qui in capite doleant.Nõ ob aliud fere morte cõſcita græcis,& noxias herbas demõſtratas miror equidẽ . Nec uenenorũ tantũ,quoniã ea conditio uitæ eſt,ut mori plęrũq; etiam optimi portus ſit,tradatq; Varro Seruiũ Clodiũ equitem romanum magnitudine doloris in podagra coactum,ueneno cura per unxiſſe,& poſtea caruiſſe ſenſu oĩ æque q̃ dolore in ea parte corpis.Sed q̃ fuit uenia monſtrandi qua mentes ſoluerenẽ:partꝰ eliderenẽ,multaq; ſĩa:Ergo nec abortiua dico ac ne amatoria q̃dem memoro Lucullum imperatorẽ clariſſimũ amatorio periiſſe.Nec alia magica portenta , niſi ubi cauenda ſunt aut coarguẽda in primis fide eorũ damnata.Satis operę fuit abundeq; p̃ſtitum uitæ ſalutares dixiſſe,ac poſtea inuenta.

De moly,& dodecatheo, & pæonia,uel pentorobo , uel glycyſide , & panace , uel aſclepio,& heracleo,panace,chironio.& panace centaureo,uel pharnaceo,& heracleo ſiderio,& hyoſcyamo,uel apollinari,ſiue altercangeno. Cap.iiii.

LAudatiſſima herbarũ eſt,Homero teſte,quam uocari ab diis putat moly.Aſt inuentionem eiꝰ Mercurio aſſignat.Contraq; ſumma ueneficia demõſtrat.Naſci eã hodie circa Pheneũ & in Cyllene arcadiæ tradũt.Specie illa homerica radice rotũda nigraq;,magnitudine cepæ folio ſcyllæ,effodi aũt difficulter.Græci auctores florem eius luteũ pinxere,cũ Homerꝰ cãdidum ſcripſerit.Inueni e peritis herbaꝝ medicis,qui & in Italia naſci eã dicerẽt,afferriq; Cãpania mihi aliquot diebus effoſſam iter difficultates ſaxeas radicis.xxx.pedes lõgæ.Ac ne ſic qdẽ ſolidæ ſed abruptæ.Ab ea maxima auctoritas herbæ eſt,quã dodecatheon uocãt,oĩum deoꝝ maieſtatẽ cõmendantes.In aqua potam oĩbus morbis mederi tradũt.Folia eius ſeptem lactucis ſimillima exeũt a lutea radice.Vetuſtiſſima inuẽtu pæonia eſt,nomẽq; auctoris retinet.Quam quidã pẽto robon appellãt,alii glycyſiden.Hęc quoq; difficultas eſt,ꝙ eadẽ aliter alibi nũcupaẽ.Naſciẽ opacis montibus caule iter folia digitoꝝ q̃ttuor ferente ĩ cacumine ueluti græcas nuces q̃ttuor aut quinq;.Ineſt iis ſemẽ copioſum,rubꝝ nigrumq;.Hæc medeẽ & faunoꝝ in quiete ludibriis . Præcipiunt eruere noctu,qm̃ ſi Picus Marcius uideat,tuendo ĩ oculos impetũ faciat.Panaces ĩpõ nomine omniũ morboꝝ remedia ꝓmittit,numeroſum & diis inuẽtoribus adſcriptũ.Vnum quippe aſclepion cognominaẽ,quoniã iis filiam Panaciã appellauit.Succꝰ eius eſt coactꝰ ferulæ qualẽ diximus.Radix ẽ multi corticis & ſalſi.Hac euulſa ſcrobẽ repleri uario genere frugũ religio eſt,ac terræ piamentũ.Vbi,quouã fieret modo,& quale maxie ꝓbareẽ,inter pegrina docuimus. Id qđ e Macedonia afferẽ bucolicon uocãt,armẽtariis ſponte erũpentẽ ſuccũ excipiẽtibus,hoc celerrie euaneſcit.Et in aliis autẽ generibus ĩprobaẽ maxie nigrũ ac molle.Id eñ argumentũ ẽ cęra adulterati.Alteꝝ genus heracleon uocant,& ab Hercule inuentũ tradunt,Alii origanũ heracleoticũ ſylueſtre,qm̃ eſt origano ſĩle,radice inutili.De origano diximꝰ.Tertiũ panaces chironeon cognominaẽ,ab inuẽtore.Foliũ eius lappato ſimile,maius tamẽ & hirſutiꝰ.Flos aureus radix ꝑua.Naſcitur pinguibꝰ locis.Huius flos efficaciſſimus,eoq; amplius q̃ ſupradicta ꝓdeſt.Quartũ genus panaces ab eodem

ces ab eodē Chirone repertū centaurion cognominatur. Sed & pharnaceon in controuerſia inuētionis a Pharnace rege deductū. Seritur hoc lōgioribus q̄ cætera foliis, & ſetatis. Radix odorata in vmbra ſiccat, vinoq; gratiā adiicit. Huius gn̄a duo fecere, alterū leuioris folii, alterū tenuioris. Heracleō ſiderion & ipm̄ ab Hercule inuētū eſt caule tenui digitorū q̄ttuor altitudine, flore puniceo, foliis coriādri iuxta lacus & amnea inuenit, oīaq; vulnera ferro illata efficaciſſime ſanat. Eſt Chironis inuētū ampelos q̄ vocatur chironia, de qua diximus inter vites. Sicuti de herba cuius iuētio aſſignat Mineruæ, Herculi quoq; eā adſcribūt, q̄ apollinaris apud arabas altercū, ſiue altercangenū, apud grecos vero hyoſcyamus appellat. Plura eius gn̄a. Vnū nigro ſemine ✣ foliis pene purpureis ſpinoſum. Talis naſcitur in galacia. Vulgare aūt cādidius eſt & fruticoſius, altius papauere. Tertii ſemē irionis ſemine ſile, & oīa inſaniā gignētia, capitiſq; vertigines. Quartū genus molle, lanuginoſum, pinguius ceteris. Cādidi ſeminis, in maritimis naſcens hoc recepere medici. Itē rufi ſeminis, nōnunq̄ ante cādidū ruſeſcit, ſi nō ematuruit, improbaturq;. Et alioqn nullū niſi cū inaruerit legitur, natura vini, lōq; mentē caputq; infeſtās. Vſus ſeminis & per ſe & ſucco expreſſo. Exprimitur ſepatim, & caulibus foliiſq; vtūt & radice temeraria in totū (vt arbitror) medicina. Quippe ēt foliis conſtat mētē corrūpi, ſi plura q̄ quattuor bibantur. Etiā antiqui in vino febrē depelli arbitrabantur. Et oleū fit ex ſemine, vt diximus qđ ipm̄ auribus infuſum tentat mentē, mireq; cōtra venenū remedia prodidere his qui id bibiſſent, & ipm̄ pro remediis adeo oīa experiendi fine, vt cogerentur etiam venena prodeſſe.

✣ Floribꝰ

De linozoſte, parthenio, hermupoa, ſiue potius mercuriali, & achillea, & panace heraclea, ſideriti, milleſolio, & de ſcopa regia, & hermineo, teucrio, ſplenio, de melāpodio ſiue helleboro, quotue eorum genera, & de nigro helleboro, & albo medicinæ, & quando detur, & quomodo ſumendum, & quibus non dandum, & q̄ mures necat. Cap. v.

Linozoſtis ſiue parthenion a Mercurio inuentus, ideo apud græcos ✶ hermupoan multi vocāt. Eam apud nos oēs mercurialem. Duo eius genera, maſculus, & femina, quæ efficacior, caule cubitali, interdum ramoſo in cacumine, ocimo anguſtioribus foliis geniculis denſis alarū cauis multis, ſemine in geniculis dependente, fœminæ, copioſo, mari iuxta genicula ſtanti raro ac breui, cōtortoq;. Fœminæ ſoluto & candido. Folia maribus nigriora, fœminis cādidiora, radix ſupuacua, prætenuis. Naſcuntur in cāpeſtribus cultis. Mirum eſt quod de vtroq; eorum genere proditur. Vt mares gignantur hūc facere, vt fœminæ illam. Hoc cōtingere ſi a cōceptu ſuccus protinus bibatur in paſſo, edanturue folia, decocta ex oleo & ſale, vel cruda ex aceto. Quidā decoquūt eam in nouo fictili cū heliotropio, & duabus aut tribus ſpicis donec decoquatur. Decoctū dari iubēt, & herbam ipſam in cibo altero die purgatiōi, mulieribus pet triduū quarto die a balneo coire eas. Hippocrates miris laudibus i mulierū vſu p̄dicauit illas. Eaiq; ad hūc modū adhuc medicorū nemo nouit. Ille eas vuluæ cum melle vel roſaceo vel lilino, vel irino admouit. Item adciendos mēſes ſecūdaſq;. Hoc idē p̄ſtare potu fotuq; dixit. Inſtillauit auribus ſurdis ſuccum inunxitq; cum vino vetere. Aluo folia impoſuit epiphoris, ſtranguriæ & veſicæ. Decoctum eius dedit cū myrrha & thure. Aluo q̄dem ſoluendæ, vel in febri decoquatur manus capiat in duobus ſextariis aquæ ad dimidias, bibitur ſale & melle admixto, necnō cum vngula ſuis, aut gallinaceo decoctū ſalubrius. Purgationis cauſa putauere aliqui vtranq; dandā, ſiue cū malua decoctū. Thoracem purgat, bilem detrahunt, ſed ſtomachum lædunt. Reliquos vſus dicemus ſuis locis. Inuenit & achilleon Achilles diſcipulus Chironis, qua vulneribus mederetur, quæ ob id achilleos vocatur. Hac ſanaſſe Telephū dicitur. Alii primū eruginem inueniſſe vtiliſſimā emplaſtris, ideoq; depingitur ex cuſpide decutiēs eam gladio in vulnus Telephi. Alii vtroq; vſum medicamento volunt. Aliqui & hanc panacem heracleon, alii ſideriten. Hāc apud nos millefoliā vocāt cubitali ſcapo ramoſam, minutioribus q̄ fœniculi foliis veſtitā ab imo. Alii fatētur quidem illam vulneribus vtilem, ſed verā achilleon eſſe ſcapo ceruleo pedali ſine ramis ex omni parte ſingulis foliis rotūdis eleganter veſtitam. Alii quadrato caule capitibus marrubii folio q̄rcua. Hanc ēt p̄ciſos neruos glutinare feciunt. Alii ſideriten in maceriis naſcentē, cū teritur fœdi odoris. Etiamnū aliā ſimilem huic, ſed candidioribus foliis & pinguioribus, tenuioribus cauliculis in vineis naſcentem. Aliam vero ✣ quinū cubitorū ramulis exilibus triangulis, folio filicia, pediculo longo betæ ſemine, oēs vulneribus præcipuas. Noſtri eam quæ eſt latiſſimo folio, ſcopam regiam vocāt. Medetur anginis ſuum. Inuenit & teucer eadem ætate teucrion, quam q̄dam ✶ Hemionion vocāt, ſpargentem iuncos tenues, folia ✝ curua aſperis locis naſcentem, auſtero ſapore, nunq̄ florentem. Neq; ſemen gignit. Nedetur lyenibus. Conſtatq; ſic inuētā, cum exta ſuper eam proiecta eēnt, fertur adhæſiſ/

✶ Hermubotamen. ✣ Binum. ✶ Dioſo/ ✶ hermi/nion. ✝ Ari.

ſe iveni, ūq; exinaniſſe. Ob id a qbuſdam ſplenion vocatur. Narrãt ſues qui radicem eius edũt ſine ſplene inueniri. Quidã ramis hyſopi ſurculoſam folio fabæ, eodẽ noĩe appellant, & colligi florentẽ adhuc iubent, adeo florere non dubitant, maximeq; ex Ciliciis & Pyſidiæ montibus laudant. Melampodis fama diuinationis artibus nota eſt. Ab hoc appellatur vnum hellebori genus melampodion. Aliqui paſtorẽ eodẽ noĩe inueniſſe, tradũt, capras purgari, paſtore illo animaduertente, datoq; lacte earum ſanaſſe prœtidas furentes. Quamobrem de oĩbus eius generibus dici ſimul cõuenit. Prima duo ſunt, candidũ ac nigrum. Hoc radicibus tm̃ intelligi tradunt plærique. Alii folia nigri platani ſimilia, ſed minora nigrioraq;, & pluribus diuiſuris ſciſſa. Albi betæ incipientis. Hęc quoq; nigriora & canalium dorſo rubeſcentia. Vtraq; caule palmi ferulaceo bulborũ tunicis cõuoluto radice fibrata ceparum modo. Nigro equi boues ſues necantur. Itaq; cauent id cũ candido veſcantur. Tẽpeſtiuũ eſſe tradunt meſſibus. Plurimũ aũt naſcitur in Oeta monte. Et optimo vno eius loco circa Pyrã. Nigrũ vbiq; ꝓuenit, ſed melius in Helicone, qui mons & aliis laudatur herbis. Cãdidũ ꝓbatur Oeteũ. Secũdũ ponticum. Tertio loco eleaticũ, qđ in vitibus naſci ferunt. Quarto parnaſium quod adulteratur Etolico ex vicino. Nigrũ ex his melãpodion vocant, quo & domos luſtrãt, purgantq; aſpgẽtes ſe & pecora. Cũ pcatione ſolẽni hoc & religioſius colligit. Primũ.n. gladio circũſcribitur. Deinde q ſucciſſurus eſt ortũ ſpectat. Et precatur vt id liceat ſibi concedentibus diis facere. Obſeruatq; aquilæ volatus, feræ.n. ſecantibus intereſt. Et ſi ꝓpe aduolauerit, moriturũ illo anno qui ſuccidit augurium eſt. Nec albũ facile colligitur, caput aggrauans maxime niſi præſumatur aliũ, & ſubinde vinũ ſorbeatur, celeriterq; fodiatur. Nigrũ alii entomon vocãt, alii polyrrhyzon, purgat per inferna. Cãdidum aũt vomitione. Cauſaſq; morborũ extrahit. Quondã terribile, poſtea tam ꝑmiſcuum, vt plæriq; ſtudiorũ gratia ad prouidenda acrius quæ cõmentabant, ſepius ſumptitauerint. Carneadẽ reſpõſurũ Zenonis libris. Druſum quoq; apud nos tribunorũ populariũ clariſſimum, cui ante oẽs plæbs adſtãs plauſit. Optimates vero bellũ Marſicũ imputauere, cõſtat hoc medicamẽto liberatũ comitiali morbo in Antycira inſula. Ibi enim tutiſſime ſumitur, qm̃ (vt diximus) ſeſamoides admiſceut. Italia veratrũ vocat. Farina eorũ per ſe & mixta radiculæ qua lanas diximus lauari ſternutamentum facit, amboq; ſomnũ. Leguntur aũt tenuiſſime radices breueſq;, ac velut decurtatæ etiam hæ. Nã ſumma quę eſt craſſiſſima, cepis ſimilis, canibus tantũ datur purgatiõis cauſa. Antiqui radicem corticẽq; carnoſiſſimũ eligebãt, quo tenuiore eximeretur medulla. hanc humidis ſpongiis opertã turgeſcẽtemq; in longitudinẽ findebãt. Deinde fila in vmbra ſiccabãt iis vtentes. Nunc ramulos ipſos ab radice ſua grauiſſimi corticis ita dantes. Optimũ qđ acre guſtu, ferueniq; in frangendo puluerẽ emittit. Durare vim eius. xxx. annis ferunt. Nigrũ medetur paralyticis, inſanientibus, hydropicis dũmodo citra febrim, podagris veteribus, articularibus morbis. Trahit aluũ & bilem, pituitaſq;. Ex aqua datur ad leniter molliẽdã aluũ plurimũ drachma, modice quattuor obolis. Miſcuere aliqui & ſcammoneã, ſed tutius ſalem. In dulcibus datum copioſius periculũ infert, oculorũ caliginem fotu diſcutit. Ob id q dam & inunxere. Tritum ſtrumas ſuppurata duritias cõcoquit, & purgat. Item fiſtulas tertia die exẽptũ. Verrucas tollit cũ ſquamis æris, & ſandaraca. Hydropicorum ventri imponitur cum farina hordeacea & vino. Pecorũ & iumentorũ pituitas ſanat ſurculo per aurem traiecto, & poſtero die eadem hora exempto. Scabiem quadrupedũ cũ thure & cæra, ac pice, vel cũ piſſeleo. Album optimũ, quod celerrime mouet ſternutamenta, ſed multũ terribilis nigro, ꝑcipue ſi quis apparatũ poturorũ apud antiquos legat, cõtra horrores ſtrangulatus intempeſtiuas ſomni vires ſingultus infinitos, aut ſternutamenta, ſtomachi diſſolutiões tardiores vomitus aut lõginquiores, exiguo aut nimios. Quippe alia dare ſoliti, quæ cõcitarent vomitiones, ipſumq; helleborũ extraherẽt medicamẽtis, aut clyſteribus, ſæpe ẽt ſanguine venis emiſſo. Iam vero & cum proſpere cedat terribilius viſu ĩ variis coloribus vomitionum, & poſt vomitiones obſeruatione alui, balnearũ diſpenſatione, totius corporis cura antecedente, oĩa hæc magno terrore & fama. Nãq; tradũt abſumi carnẽ ſi coquatur vna. Sed antiquorum vitiũ erat, ꝙ ꝑꝑ hos metus parcius dabãt, cum celerius erumpat: quo largius ſumitur. Themiſon binas non amplius drachmas donauit, ſequẽtes & quaternas dedere. Claro Herophili ꝑconio qui helleborũ fortiſſimi ducis ſimilitudini æquabat. Cõcitatis enim intus oĩbus ipm̃ in primis exire. Præterea mirũ inuẽtũ eſt, ꝙ inciſum forficulis, vt diximus, cribrãt, cortex remanet. Hoc inanito medulla cadit. Hæc in nimia purgatiõe data, vomitiões ſiſtit. Cauẽdũ ẽ fœlici quoq; cura, ne nubilo detur die, ꝗppe ĩpatibiles cruciatus exiſtunt. Nã æſtate potius ꝗ̃ hyeme dandũ nõ eſt in dubio. Corpus ſeptẽ diebus ꝑparandũ cibis acribus, abſtinentia vini, quarto & tertio de vomitionibus pridie cœnæ abſtinẽtia.

Album e dulci

Albū e dulci daƭ; aptiſſime uero in lacte aut pulte. Nup inuenere diſſectis rhaphanis inſerere helleboꝝ, ruſuſq; cōprimere rhaphnos, ut trāſeat ius, atq; eo lenimēto dare. Reddi poſt q̃ttuor fere horas icipit Totū opus ſeptenis pagiƭ horis. Medeƭ ita morbis comitialibꝰ, ut diximꝰ, uertigini, melācholicis, inſanictibꝰ, lymphaticis, elephātiæ albæ, lepris. tetāo, tremulis, podagricis hydropicis, icipiētibuſq; tympanicis, ſtomachicis, ſpaſticis, cliuicis, iſchiaticis, q̃rtanis, q̃ aliter nō deſināt tuſſi ueteri, inflāmationibꝰ, torminibꝰ redeūtibus. Vetant dari ſenibus & pueris. Item mollibꝰ ac fœminei corpis, animæue exilibꝰ aut teneris, & fœminis minꝰ q̃ uiris. Itē timidis, aut ſi exulcerata ſint pcordia, uel tumeāt, miuimeue ſanguinē exercantibus, cauſariis, uel latere, uł faucibꝰ. Medeƭ extra corporis eruptionibꝰ piruitæ eum axungia ſalſa illitū. Itē ſupputationi ueteri. Mures polēta admixtū necat. Galli ſagittas i uenatu helleboro tigūt, circūciſoſq; uulneꝛ teneriorē ſentiri carnem affirmaut. Muſcæ quoq; necanƭ albo trito, & cum lacte ſparſo. Eodem & phthiriaſis cmēdeƭ.

De mithridatia, & ſcordoti, ſiue ſcordio, & polæmonia, uel philæteria, uel chilio, dynama, & eupatoria, & centaurea ſiue chironia, & de lecto centaureo libadio, felle terræ, & triorche medicinæ. Cap. vi.

IPſi Mitthridati Crateias adſcripſit unam Mithridatiā uocatā. Huic folia duo a radice acātho ſimilia Caulis inter utraq; ſuſtinens roſeum florem. Alteram lenem ſcordotin, ſiue ſcordiou. ipſius manu adſcriptam, magnitudine cubitali quadrangulo caule ramoſam quernæ ſimilitudine, foliis lanugiuoſis. Reperiƭ in Ponto campis pinguibus humidiſq; guſtꝰ amari. Eſt & alterius generis, latioribus foliis, mētaſtro ſimilis, plurimoſq; utraq; ad uſus per ſe & iter alia i antidotis. Polæmoniā. alii philæteriā a certamie rcgū inuētionis appellant. Cappadoces autē chilodyuamā radice craſſa, exilibus ramis, quibus i ſūmis corymbi dependēt, nigro ſemine, cætero rutæ ſimilis. Naſciƭ i mōtoſis. Eupaterio quoq; regiā auctoritatē habet. Caulis lignoſi nigricātis hirſuti, cubitalis aliquādo & amplioris foliis p interualla. v. foliis, aut canabis p ambitū iucifis quinq; ptiro, nigris & ipis plumoſiſq; radice ſupuacua. Semen dyſentericis in uino porū auxiliaƭ unice. Cētaurea curatus dicitur. Chiron cum Herculis exceptus hoſpitio pertractanti arma, ſagitta excidiſſet i pedem, quare aliqui chironiū uocant. Folia ſunt lata & oblōga, ſerrata ambitu, dēſa ab radice, caules ternū cubito ꝝ geniculati. In his capita ceu papauerū. Radix uaſta rubēs, tenera fragiliſq; ad bina cubita madida. Succo amara cum q̃dā dulcedine. Naſciƭ i collibꝰ pingui ſolo. Laudatiſſima Arcadia, elide, meſſenia, pholoe, & lyceo atq; in alpibꝰ, pluribuſq; locis in lycia. Quidā & ex ea lyciū faciūt, Vis in uulneribꝰ tāta, ut cohæreſcere etiā carues tradanƭ, ſi coquāƭ ſimul. In uſu radix cantū duabus drachmis bibēda quibꝰ dicetur, ſi febris ſit, in aq̃ trita, cæteris in uino. Medeƭ & oium morbis decoctæ ſuccus. Eſt alteꝝ centaurion cognoie lecton, minutis foliis, quod aliq libadion uocāt, quoniā ſecundū fontes naſciƭ, origano ſimile, anguſtioribꝰ & longioribus foliis, angulоſo caule paululū alto fruticāti, floꝛ lychnidis, radice tenui & ſupuacua ſucco efficax. Ipſa herba autūno legiƭ, ſuccus e frōde. Quidā caules conciſos madefaciūt diebꝰ. xviii. atq; ita exprimūt. Hoc centaurion noſtri uel terræ uocant, ꝑpter amaritudinē ſummā. Galli exacum, quoniam omnia mala medicamēta potum e corpore exigat per aluum. Tertia eſt centauris cognominc triorchis. Qui eam ſecar rarū eſt, ut non uulneret ſeſe. Hæc ſuccū ſanguineū mittit. Theophraſtus de ſendi eam, impugariq; colligētes tradit a triorche accipitrū genere, a quo & nomē accepit. Imperiti confundunt hæc omnia, & uni generi aſſignant,

De elimenio, & gentiaua, & lyſimachia, & parthenide, & artemeſia, & ambroſia, & nymphea, heraclio, & euphorbia medicinæ. Cap. vii.

CLimenos a rege herba appellata eſt ederæ foliis ramoſa caule inani, articulis ꝑcincta odore graui & ſemie ederæ ſylueſtribus, & montoſis naſcens. Quibus morbis pora medeaƭ, dicemus. Sed hic indicandū eſt dum medeaƭ, ſterilitatē pota etiā i uiris fieri. Greci plantagini ſimilem eſſe dixerunt, caule, quadrato, foliculis cum ſemine inter ſe iplexis, uelut in polyporum cirris. Et ſuccus autē in uſu. Vis eius ſumma in refrigerando. Gentianā inuenit Gentius rex Illyrioꝝ ubiq; naſcentē, in Illyrico famē præſtantiſſimā folio fraxini, ſed magitudine lactucę, caule tenero pollicis craſſitudie, cauo & inani, ex iteruallis foliato, triū aliq̃ cubirorū, radice lenta. ſubnigra, ſine odore, aquoſa, mōtibꝰ ſubalpinis plurima. Vſus in radice & ſucco. Radicis natura eſt excalfactoria, ſed ꝑgnātibus nō bibenda. Inuenit & Lyſimachus herbā lyſimachiā quę ab eo momen retinet, celebtata Eraſiſtrato Folia hꝫ ſalicis uiridia, florē ✣ purpureū, fruticoſa, ramis erectis, odore

✣ Aureum. Diosco.

graui,gignit in aquoſis. Vis eius tanta eſt,ut iumẽtis diſcordãtibus iugo ipoſita aſperitatẽ cohibeat. Mulieres quoq; hac gl'iam affectauere. In qbus Artemiſia uxor Mauſoli adoptata herba,quę anthea Parthenis uocabatur. Sũt q ab artemide Artemiſiã cognominatã putẽt,quoniã priuatĩ medicatur fœminarũ malis. Abſynthii antẽ modo fruticoſa maioribꝰ foliis pinguibuſq;. Ipſius duo genera, Altera latioribꝰ foliis,altera tenera tenuioribꝰ,& nõ niſi in maritimis naſcẽs. Sũt qui in mediterraneis eodẽ noie appellãt ſimplici caule,minimis foliis,flores copioſi erũpẽtes,cũ uua maturẽſcit odore nõ iniucũdo,quam quidã brotiu,alii ambroſiã uocant. Talis in Cappadocia naſcitur. Nymphæa nata traditur a nympha zelotypia erga Herculẽ mortua. Quare heracleon uocant aliq alii rhopalon a radice clauæ ſili. Ideoq; eos q bibãt eã.xii.diebus coitu genituraq; priuari. Laudatiſſima in orchomeno & marathone,Bœoti Madon uocãt,q & ſemẽ edũt. Naſcitur i aquoſis, foliis magnis i ſũma aq̃,& aliis ex radice ꝓdeuntibꝰ flore lilio ſimili,& cũ defloruerit capiti papaueris. In caule ſecatur autũno. Radix nigra i ſole ſiccatur,aduerſaturq; ✠ aluinis. Eſt & alia nymphęa i theſſalia amne Peneo,radice alba,capite luteo,roſæ magnitudie. Inuenitur & patrũ nr̃orũ ætate rex Iuba quã appellauit euphorbiã medici ſui noĩe & fratris muſæ,a quo diuũ Auguſtũ cõieruatũ indicauimus. Iidẽ fr̃es iſtituere a balneis frigidã multa corpa aſtringi. Antea nõ erat mos niſi calida tantũ lauari,ſicut apud Homerũ etiã inuenimꝰ. Sed Iubæ uolumẽ quoq; extat de ea herba,& clarũ ꝑconiũ. Inuenit eam in mõte Atlante,ſpectatur foliis acãthinis. Vis tanta eſt,ut uel e lõginquo ſuccꝰ excipiatur inciſę conto. Suſcipitur excipulis uẽtriculo hædino. Humor lactis uidetur effluere. Siccatur cõto. Sic thuris effigiẽ habet. Qui colligũt clarius uidẽt. Contra ſerpẽtes medetur. Quacũq; parte pcuſſa uertice inciſo,& medicamento addito. Ibi getuli q legũt,hædino lacte adulterãt,ſed diſcernitur igni. Id eñ quod ſyncerũ nõ eſt faſtidiendũ odorẽ hẽt,multũ infra hũc ſuccũ eſt qui i Gallia fit ex herba chamælea granũ cocciferente. Fractus ammoniaco ſimilis eſt,etiã leui guſtu os accenſum diu detinens,& magis ex interuallo,donec fauces quoq; ſiccet.

De Plantagine,& bugloſſo,& cynogloſſo,& buphthalmo,& ſcythica, & de ſpartania, & hippice,& iſchæmone,& betonica,& cantabiaca,& conſiligine,& hyberida,& chelidonia, & canaria,& elaphoboſco,& dictãno,& ariſtolochia,& qd eius delectatione inuoluãt piſces, & ſtatim capiantur,& medicinæ contra ſerpentiũ ictus ex herbis quas ſuperius nominauit. Cap.viii.

CElebrauit & Themiſon medicus uulgarẽ herbam plantaginẽ tanq̃ inuentor uolumine de ea edito. Duo eius genera. Minor anguſtioribꝰ foliis & nigrioribus, linguæ pecorũ ſimillimis,caule anguloſo in terrã iclinato i pratis naſcẽs. Altera maior foliis laterum modo incluſa,quæ quia ſeptena ſunt,quidam eam heptapleuron uocauere. Huius & caulis cubitalis eſt,& napi ſilis. Naſcitur in humidis multo efficacior. Vis mira in ſiccando deſandoq; corpe,cauterii uicẽ obtinẽs. Nulla res æq̃ ſiſtit fluctiones,quas græci rheumatiſmos uocãt. Iungitur huic bugloſſos boum linguæ ſimilis,cui ꝑcipuũ ꝙ in uinũ deiecta animi uoluptates auget,& uocatur euphraſinũ. Iũgitur & cynogloſſos,caninas imitãs linguas,topiariis operibꝰ gratiſſima. Aiũtq; quæ tres thyrſos ſeminis emittat,eius radicẽ potam ex aqua ad tertianas prodeſſe,quæ quattuor ad quartanas. Eſt alia ſimilis ei,& quæ ferat lappas minutas. Eius radix pota ex aqua, ranis & ſerpẽtibus aduerſatur. Eſt & buphthalmos ſilis boũ oculis,folio fœniculi,circa oppida naſcẽs ruticoſa,caulibꝰ,q & mãdũtur decocti. Quidam cachlam uocant. Hæc cum cæra ſteatomata diſcutit. Inuenere herbas & uniuerſæ gẽtes. Scythia eam primũ,quæ ſcythice uocatur,circa Bœotiã naſcens præ dulcis. Aliã quoq; utiliſſimã,quam ſpartaniam uocant. Magna & ea cõmẽdatio,ꝙ in ore eam habentes famem ſitimq; non ſentiunt. Idem præſtat apud eos hippice dicta,ꝙ in equis quoq; eundẽ effectum habeat. Traduntq; his duabus herbis Scythas etiam in duodenos dies durare in fame ſitiq;. Iſchæmonem Thracia inuenit,qua ferunt ſanguinẽ ſiſti:non apta modo uena,ſed ẽt pręciſa. Serpit e terra milio ſimilis,foliis aſpis & lanuginoſis farcitur in nares. Quæ in Italia naſcitur, & ſanguinẽ eodẽ adalligata ſiſtit. Vetone in Hiſpania eam quæ betonica dicitur i Gallia. In Italia autẽ ſerratula,a græcis ceſtron,aut pſychotrophon ante cũcta laudatiſſima. Exit anguloſo caule,cubitorũ duũ a radice ſpergẽs,folia fere lappati ſerrata ſtramine purpureo. Folia ſiccantur in farinam plurimos ad uſus. Fit uinũ ex ea & acetũ ſtomacho & claritati oculorũ. Tantũq; gloriæ habet, ut domus in qua ſata ſit,tuta exiſtimetur a piaculis oĩbus. In eadẽ Hiſpania inuẽta eſt cãtabrica ꝑ diui Auguſti tẽpora a Cãtabris repta. Naſcitur ubiq; caule iũceo pedali,in quo ſũt floſculi oblongi uelut calathi. In his ſemen perq̃ Minutũ. Nec alias defuere hiſpaniæ herbis exqrẽdis, ut in qui

bus etiamnũ hodie in uirorũ lætiore cõuictu potioné e centũ herbis mulſo additis credidere ſaluberrimam ſuauiſſimãq;. Nec quiſq̃ genera earum iam nouit, aut multitudinem. Numerus tátũ conſtat in nomine. Noſtra ætas meminit herbam in Marſis repertam. Naſcitur aquiculis circũ uicum neruefiæ, uocaſ cõſiligo. Prodeſt ut demonſtrabimus ſuo loco, deploratis í phthiſi. Inueniſ nup & Seruilius Democrates primus medentiũ quam appellauit hiberidá, quanq̃ ſicto nomie inuentioni eius aſſignato carmine. Naſciſ maxie circa uetera monuméta parietinaſq; & ículta itinerũ. Floret ſemp folio naſturtii, caule cubitali, ſemie tá puo, ut uix aſpici poſſit. Radici odor naſturtii. Vſus ęſtate efficacior, & recéti tantũ. Tundiſ difficulter. Coxédicibus & articulis om̃ibus cum axungia modica utiliſſima, uiris plurib⁹, q̃ternis horis, fœminis min⁹ dimidio adalligata, ut dein in balneũ deſcendaſ in calidá, & poſtea oleo & uino corpus perungaſ, diebuſq; uicenis interpoſitis idem fiat, ſicca admõitio doloris ſupſit. Hoc modo rheumatiſmos oés ſanat occultos. Imponiſ in ipa inflámatione, ſed iminuta. Animalia quoq; inuenere herbas in primiſq; chelidoniam. Hacem̃ hirundines oculis pullorũ in nido reſtituunt uiſum, ut quidam uolunt, etiá erutis oculis. Genera ei⁹ duo. Maior fruticoſo caule, folio paſtinacæ erraticę ampliore ipa altitudie duũ cubitorũ Colos albicans, flos luteus. Minori folia ederæ rotũdiora, minus candida. Succ⁹ croci mordax. Semen papaueris. Florent aduentu hirundinũ. Diſceſſu marceſcũt, Florentibus ſucc⁹ exprimiſ, & in æreo uaſe cũ melle Attico leniter cinere ſeruéti decoquiſ, ſingulari remedio cõtra caligíes oculorum. Vtunſ & per ſe ſucco í collyriis, quæ chelidonia appellanſ ab ea. Inuenerũt & canes canariá qua faſtidiũ deducũt, eamq; in noſtro cõſpectu mandunt, ſed ita ut nunq̃ intelligatur quæ ſit, etenim depaſta cernitur. Notata eſt auté hæc anialis huius malignitas í alia herba maior. Percuſſus em̃ a ſerpente, mederi quadá ſibi dicitur, ſed illam homie inſpectáte nõ decerpit. Simplicius ceruę mõſtrauere elaphoboſcon, de qua dixim⁹. Item ſeſeli euixæ a partu dictamnũ oſtédere (ut indicauimus) uulneratæ eo ſtatim decidétibus telis. Nõ eſt alibi q̃ in Cræta, ramis ꝑtenue, pulegio ſimile, ferués & acre guſtu, foliis tantũ utunſ. Flos null⁹ ei eſt, aut ſemen, aut caulis. Radix tenuis & ſuperuacua. Et in Creta auté non ſpacioſe naſciſ, mireq; a capris expetiſ. Pro eo eſt & pſeudodictánum multis in terris naſcés, folio ſimili, ramulis minoribus, a quibuſdá cõdris uocatũ. Minoris effectus ſtatim intelligiſ. Dictamũ em̃ minia portiõe accédit os. Qui legere eam, in ferula uel arundine condunt præligantq;, ne potétia euaneſcat. Sunt qui dicant utráq; naſci multiſariá, ſed deteriores in agris pinguibus, ueram qdam dictamũ nõ niſi in aſperis. Eſt tertium genus dictamũ uocatũ, ſed neq; facie, neq; effectu ſimile, folio ſiſybris, ramis maiorib⁹, ꝓcedente pſuaſione illa, quicquid in creta naſciſ infinito ꝑſtare cæteris eiuſdé generis alibi genitis. Proxie qď in parnaſo, alioquin herbiferũ eſſe & Peliũ monté in Theſſalia. Et telethriũ in Eubœa. Et totá Arcadiá ac Laconicá. Tradũt arcades qdem nõ medicamíbus uti ſed lacte circa uer, qm̃ tunc maxime ſuccis herbę turgeant medicenſq;, uberes paſcuæ. Bibunt autem lac uaccinum, quoniá boues om̃inoræ ſũt in herbis. Potentia earum per quadrupedes etiamnũ duob⁹ claris exéplis maniſeſta ſit. Circa abderá & limité, qui diomedis uocaſ equi paſti íflámanſ rabie, circa pothniam uero aſini. Item nobiliſſimas ariſtolochiæ nomen dediſſe grauidæ uidenſ, eſſet ariſte lechuſes, Noſtri malũ terræ uocant, & q̃ttuor genera eius ſeruant. Vnum tuberibus radicũ, rotundis foliis, inter maluá & ederá nigrioribus pinguioribuſq;. Alterũ maſculæ radice, longa quattuor digitorũ longitudine baculi craſſitudine. Tertiũ longiſſimæ tenuitatis uitis nouellæ cui ſit ꝑcipua uis, q̃ clematicis uocaſ, ab aliis Cretica. Om̃es colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo. Ferũt baculas paruas uelut cappari Valent radice tantũ. Eſt & quæ piſtolochia uocaſ quarti generis, tenuior q̃ ꝓxime dicta, déſis radicis capillamétis iunci plenioris craſſitudine. Hanc qdam polyrrhizon cognomiant. Odor oím medicat⁹. Sed oblõga radice téuiorq; gratior. Carnoſi em̃ é corticis, unguétis quoq; nardinis cõueniés. Naſcunſ pinguibus locis & cápeſtrib⁹. Effodere eas meſſib⁹ tépeſtiuũ, ita deſquámato terreno ſeruanſ. Maxie tñ laudaſ Pontica, Et in quocũq; gñe Põderoſiſſima quęq; medicinis aptior. Rotunda cõtra ſerpétes. Oblonga in ſũma tamé gloria eſt etiá modo. A cõceptu admota uuluis í carne bubulà mares figurat, ut tradiſ. Piſcatores Cápaniæ radicé eam, quæ rotunda eſt, uenenum terræ uocant, coráq; nobis cõtuſam ímixta calce in mari ſparſere, aduolát piſces cupiditate mira, ſtatiq; exaiati fluitát. Quæ polyrrhizos cognoiaſ, cõuulſis, cõtuſis, ex alto ꝑcipitatis, radice pota ex aqua utiliſſima eſſe tradiſ. Semie pleureticis & neruis cõfirmate, excalfacere. Eadé ſatyrion eſt. Verũ & effectus earũ uſuſq; dicendi ſunt, Ordiendumq; a malorũ omniũ peſſimorũ. id eſt ſerpen-

AEtites lapis etiā argumento nois magnā famā habet. Reperit̄ in nidis aquilaꝝ, ſicuti in decimo uolumine diximus. Aiūt binos inueniri, marē & fœminā. Nec ſine is parere q̄s dixim⁹ mus aq̄las, & ideo binos tm̄. Gn̄a eorū q̄ttuor. In Africa naſcentē puſillū & mollē ītra ſe ac uelut in aluo habentē argillā ſuauē, candidā. Ipſum friabilem quē fœminei ſex⁹ putant. Marē aūt qui in Arabia naſcit̄ durū gallæ ſimilem, aut ſubrutilū ī alno habentē duꝝ lapidē. Terti⁹ ī Cypro inuenit̄, colore illis in africa naſcentib⁹ ſimilis, amplior tm̄ atq; dilatat⁹ Cæteris eī globoſa facies. Habet in aluo harenā iucundā & lapillos, ipſe tā mollis ut etiam digitis fricet̄. Quarti gn̄is ✤ taphiuſius appellat̄, naſcēs iuxta leucadē in taphiuſa, q locus eſt dextra nauigantib⁹ ex hac ad leucadē Inuenit̄ in fluminib⁹ cādid⁹ & rotund⁹. Huic eſt in aluo lapis, q uocat̄ callim⁹, nec quicq̄ tenerius. Aetitæ oēs grauidis adalligati mulierib⁹ uel quadrupedib⁹ in pelliculis ſacrificati uteri animalium continent partus, non niſi parturiāt, remouendi, alioq̄n uuluæ excidiū ſit. Sed niſi parturientibus auferant̄, oīno nō pariūt. Eſt & lapis Sami⁹ in eadem inſula, ubi terram laudauimus, poliendo auro utilis. Vtilis & in medicina oculoꝝ ulceribus cū lacte quo ſupra dictū eſt mō cōtra ueteres lachrymatiōes. Prodeſt & cōtra uitia ſtomachi potus uertigines ſedat. Mēteſq; cōmotas reſtituit. Quidam & morbis comitialibus utiliter dari putant. Et ad urinæ difficultates, acopis ēt miſcet̄. Probat̄ grauitate & candore. Vuluas & partus contineri adalligato eo tradunt. Arab⁹ lapis ebori ſimilis, dentifriciis accōmodat̄ crematus. Priuatim hæmorrhoidas ſanat cū lanugine litteorum linteolis inſuper impoſitis. Non ꝑtermitēda eſt & pumicū natura, ✤ ſiquidem ita appellātur quidam lapides eroſi amne, in ædificiis muſea uocant depēdentia ad imaginē ſpec⁹ arte reddēdā. Sed & ii pumices q̄ ſūt in uſu corpoꝝ leuigādoꝝ fœminis iā q̄dē & uiris atq; ut ait Catullus libris landatiſſimi ſunt in melo ſcylo & æoliis inſulis. Probatio in candore & in minimo pondere, & ut q̄maxie ſpōgioſi aridiq; ſint, ac teri faciles, nec harenoſi in fricando. Vis eoꝝ ī medicina, extennare, ſiccare. In uſtrina ter ſiccat̄, ita ut torreant̄ carbone puro, ac totiens uino reſtinguant̄ albo. Lauant̄ deinde ut cadmia, & ſiccati condunt̄ q̄ minimum uliginoſo loco. Vſus farinæ eius oculorū maxime medicamentis. Vlcera purgant eorum leuiter, explentq; cicatrices, & emendant. Quidā tertia uſtione refrigeratos potiuſq̄ reſtinctos terere malūt ex uino. Addunt̄ etiam ad malagmata capitum uerendorumq; ulceribus. Vtiliſſima ſiūt dentifricia. Theophraſtus aūt auctor eſt potores in certamine bibendi præſumere farinam eius, ſed niſi uniuerſo potu impleant̄ periclitari. Tātamq; refrigerandi naturam eſſe ut muſta feruere deſinant pumice addito.

> ✤ Tapḣiuſſa.

> ✤ Appellantur quidem ita & cętera ſaxa eroſa annis

De lapidibus mortariorum medicinalium, & mollibus lapidibus, & ſpeculari lapide & ficilibus, & phengite, & cotibus, & reliquis ad ſtructuram lapidibus igni & tempeſtatibus reſiſtentibus. Cap. xxii.

Auctoribus

AVctoribus curæ fuere lapides mortariorũ quoq; nec medicinaliũ tñ aut ad pigmenta pinentium. Etheſiumq; lapidem in iis ꝓtulere cæteris, mox & thebaicũ, quẽ pyrrhopœcilon appellauimus. Aliq pſaroniũ uocant. Tertiũ ex calazio chriſyten. Medici aũt & baſaniten. Hic.n.lapis nihil ex ſeſe remittit. Ii ãt lapides q ſuccum reddũt, oculoꝝ medicamẽtis utiles exiſtimanť. Ideoq; æthiopici maxĩe ad ea ꝓbanť. Tænariũ uero lapidem & pœnicum & hæmatiten iis medicamentis ꝓdeſſe tradũt, quæ ex croco componanť. Ex alio tænario q niger eſt, & ex pario lapide non æque medicis utilem. Potiorem ex lapide alabaſtrite ægypto, uel ex ophite albo. Eſt eñ hoc genus ophitis, ex quo uaſa & etiã cados faciunt. In ſyphno lapis eſt q cauať, tornaťq; ĩ uaſa coquendis cibis utilia, uel ad eſculentorum uſus. Quod in comenſi Italiæ lapide accidere ſcim⁹, ſ; ĩ ſyphno ſingulare ꝙ excalfactus oleo nigreſcit, dureſcitq;. Natura molliſſimus tanta q̃litatũ differentia eſt. Nam mollicie & tranſalpis ꝑcipua ſunt exempla. In belgica ꝓuincia candidũ lapidẽ ſerra qua lignũ, faciliuſq; etiam ſecant ad tegularũ & imbricum uicẽ. Vel ſi libeat, ad q̃ uocant pauonacea tegendi gña, & igne qdem durari iidem ſectiles ſunt. Specularis uero qm̃ & hic lapis nomẽ obtinet, faciliore multo natura findiť in qualiber tenues cruſtas. Hiſpania hũc olĩ citerior tñ dabat, nec tota, ſed intra cẽtũ millia paſſuum circa Segobricam urbẽ. Iam & Cypros & Cappadocia & Sicilia, & nuper inuentum Africa. Poſtferendos oẽs tñ Hiſpaniæ, & Cappadociæ molliſſimis & ampliſſimæ magnitudinis, ſed obſcuris. Sunt & ĩ bononienſi Italię parte breues maculoſi cõplexu ſilicis alligati, quorũ tñ appareat natura ſimilis eis q in Hiſpania puteis effodiũť ꝓfunda altitudine. Nec non & ſaxo incluſus ſub terra inueniť, extrahiturq;, aut exceditur. S; maiori parte foſſili natura abſolutus ſegmenti modo nunquam adhuc quinque pedum longitudine amplior. Humorem hunc terræ quidam autumant cryſtalli modo glaciari. Et in lapidem concreſcere manifeſto apparet, ꝙ cum feræ decidere in puteos tales & medullæ ex oſſibus earum in eadem lapidis natura poſt unam hyemem figuranť. Inueniť & niger aliqñ. Sed candido natura mira cũ ſit mollicia tota ꝑpetiendi ſolis rigoriſq;, ſed ſeneſcit ſi modo iniuria abſit, cũ hoc etiã in cœmentis multorum generum accidat. Inuenire & ĩ alium uſum ĩ ramẽtis quoq; cyrcũ maximũ ludis cyrcẽſibus ſternendi, ut ſit in commendatione candor. Nerone principe in Cappadocia repert⁹ eſt lapis duritia marmoris candidus atq; tranſlucens, etiam q̃ parte fuluæ inciderãt uenæ, ex argumẽto phẽgites appellatus. Hoc cõſtruxerat ædẽ fortunæ quã ſeiani appellatiõe dicebat a Seruio rege ſacratã aurea domo cõplexus. Quare etiã forib⁹ apertis interdiu claritas ibi diurna erat haud alio q̃ ſpecularium mõ tanq̃ incluſa luce, non trãſmiſſa, in Arabia quoq; eẽ lapidẽ uitri mõ trãſlucidũ, quo utũť pro ſpecularibus, Iuba auctor eſt. Nunc ad operarios lapides tranſiſſe conueniat, primumq; cotes ferro acuẽdo. Multa earꝫ gña. Creticæ diu maximam laudem habere. Secundã laconicæ ex tayge to mõte, utræq; oleo ĩdigẽtes. Inter aq̃rias naxiæ la⁹ maxia fuit, mox armeniacæ, de quib⁹ dixim⁹. ex oleo & aq̃ ciliciæ pollent, ex aq̃ arſinoeticæ. Repte ſunt in Italia aqua trahẽtes aciem acerrimo effectu. Nec non & trãſalpes, q̃s paſcernices uocãt. Quarta ratio eſt ſaliua hominis proficiẽtium. Quæ ĩ tõſtrinaꝝ officinis inutilis eſt, fragili mollicia. Flaminitanæ ex hiſpania citeriore ĩ eo gñe ꝑcipuæ. Reliqua multitudo lapidũ in totũ ædificiis inutilis eſt moroſitate. Quædam tñ loca morem illũ habent: ſicut Carthago ĩ Africa exerceť halitu maris, fricať uẽto, & uerberať imbri. Sed cura tueť picãdo parietes, qm̃ & tectoria calx rodiť. Sciteq; dictũ eſt, ad tecta eos pice ad uinũ calce uti, qm̃ ſic muſta cõdiũt. Alia mollicia circa Romã fidenati & albano. In liguria quoq; umbria & Venetia albus lapis dentata ſerra ſecať. Hi tractabiles ĩ ope laborẽ quoq; tot erant ſubtecto duntaxat. Aſpgine & gelu pruiniſq; rumpunť in teſtas, Nec contra humores & auram maris robuſti. Tiburtini ad reliq̃ fortes, uapore diſſiliunt. Nigri ſilices optimi qbuſdã in locis & rubentes. Non nuſq̃ uero & albi, ſicut in tarquinienſi Anitianis lapidicinis circa lacũ uolſinienſem. Et ĩ ſtatonẽſi ſunt, qbus ne ignis qdem nocet. Iidẽ & in monumenta ſculpti cõtra uetuſtatem quoq; incorrupti ꝑmanẽt. Exq; iis formæ fiũt, in quibus æra funduntť. Eſt & uiridis lapis uehementer igni reſiſtens ſed nuſq; copioſus. Et ubi inueniť lapis non ſaxũ eſt. E reliqs pallid⁹ ĩ cœmẽto raro utilis. Globoſus cõtra iniurias fortis, ſed ad ſtructuram infidelis, nec multa ſuffrenatiõe deuinctus. Nec certior fluuiatilis ſemper ueluti madẽs. Remediũ eſt in lapide dubio æſtate eũ eximere, nec ante bienniũ eum inſerere tecto, domitũ tẽpeſtatibus. Quæ ex eo læſa fuerint: in ſubterranea ſtructura aptanť utilius. Quæ reſtiterint, tutũ eſt uel cœlo cõmittere. Græci e lapide duro ac ſilice æquo cõſtruũt ueluti lateritios parietes. Cũ ita fecerint, iſodomos uocant genus ſtructuræ. At cum in eq̃li craſſitu

dine ſtructa pſeudiſodomon. Tertium eſt emplecton tantũmodo frontibus politis. Reliqua fortuito collocant. Alternas coagmentationes fieri, ut cõmiſſuras antecedẽtiũ medii lapides obtineant neceſſariũ ẽ, ĩ medio quoq; pariete ſi res patiaſ. Si minus, utiq; a laterib⁹. Medios parietes ſarcire fractis cœmentis. Dictyotheton uocãt reticulatã ſtructurã, quã frequẽtiſſime Romæ ſtruunt rimis oportunam. Structurã ad normã & libellã fieri & ad perpendiculum reſpondere oportet.

De ciſternis & calce & harenæ generibus, & mixtura calcis, & harenæ, & uitiis ſtructuræ, & tectoriis columnis, Cap. xxiii.

ET ciſternas harena pura & aſpera quinq; partibus, calcis quamuehementiſſime duabus conſtrui conuenit, fragmentis ſilicis non excedentibus libras. Ita ferratis uectib⁹ calcari ſolũ parieteſq; ſimiliter. Vtilius geminos eſſe, ut in priore uitia cõſiderant aq̃ atq; p collũ in ꝑxias tranſeat, maxie pura aq̃. Calcem e uario lapide Cato Cenſori⁹ improbat. Ex albo melior q̃ ex duro & ſtructuræ utilior. Quæ ex fiſtuloſo tectoriis. Ad utrunq; dãnatur ex ſilice. Vtilior eadem ex efoſſo lapide q̃ ex ripis fluminũ collecto. Vtilior e molari, quia eſt q̃dam pinguior natura ei⁹. Mirũ aliqd poſtq̃ arſerit accendi aquis. Harenæ tria gña. Foſſitia cui quarta pars calcis addi debet. Fluuiatili aut marinæ tertia. Si & teſtę tuſæ tertia pars addaſ melior materia erit. Ab apẽnino ad Padũ nõ iueniſ foſſicia, nec maria. Ruinaꝶ urbis ea maxie cauſa, ꝙ furto calcis ſine ferrumie ſuo cœmenta cõponunſ. Intrita quoq; quo uetuſtior eo melior. Vñ & i antiquoꝶ ædiũ legib⁹ iueniſ ne recentiore trima utereſ redemptor qſq̃. Ideoq; nulla teſtoria eoꝶ rimæ fœdauere. Tectotiũq; qđ niſi ter harenato & bis marmorato iductum eſt, non ſatis ſplendoris haber. Vliginoſa & ubi ſalſugo uitiat teſtaceo ſublini utili⁹. In græcia tectoriis etiam harenatũ qđ iducturi ſunt, prius ĩ mortario ligneis uectibus ſubigunt. Experimentum marmorati eſt i ſubigendo, donec rutro non cohæreat. Cõtra i albario ope, ut macerata calx ceu glutinũ hæreat. Sed macerari nõ niſi a gleba oportet. In elide ædes eſt Mineruæ, ĩ qua frater Phidiæ pane⁹ tectorium iduxit lacte & croco ſubactum, ut ferunt, ideoq; ſi teratur ĩ ea hodieq; ſaliua pollice, odorem croci ſaporemq; reddere traditur. Colũnæ ĩ æde denſius poſitæ, craſſiores uidenſ. Quattuor eaꝶ gña. Quæ ſextam partẽ altitudinis i craſſitudine iam habẽt, doricæ uocanſ, q̃ nouã ionicæ, q̃ ſeptimã thuſcanicæ. Corinthiis eadẽ ratio quæ ionicis. Et differentia, qm̃ capitularis corinthiarum eadem eſt altitudo q̃ colligiſ craſſitudine ima, ideoq; graciliores uidenſ. Ionici. n. capituli altitudo tertia pars ẽ craſſitudĩs. Antiqua ratio erat columnarũ altitudinis tertia pars latitudinũ delubri, in Epheſi Dianę ęde, de qua prius fuit ſermo, primum columnis ſpirę ſubditæ, & capitella addita. Placuitq; altitudinis octaua pars in craſſitudine, & ut ſpiræ haberet craſſitudinis dimidiũ ✣ ſeptimæq; partis detrahentibus ſummarũ craſſitudini. Pręter has ſũt q̃ uocanſ atticæ colũnę q̃ternis anglis pari laterũ iteruallo.

✣ ſeptimã eius partis.

De medicinis calcis, & maltha & gypſo. Cap. xxiiii.

CAlcis & in medicina magnus uſus. Eligiſ em̃ recẽs, nec aſperſa aquis urit, diſcutit, extrahit incipienteſq; ſerpere ulcerum impetus coercet. Aceto & roſaceo tẽperata perducit ad cicatricem, Luxatis quoq; cũ adipe ſuillo aut liqda reſina ex melle medeſ. Eadẽ compoſitiõe & ſtrumis. Maltha e calce fit recenti, gleba uino reſtinguiſ. Mox tundiſ cũ adipe ſuillo & ficu duplici linamento. Quę res oĩm tenaciſſima, & duriciam lapidis antecedens. Quod malthaſ oleo perficiſ ante. Cognata calci res gypſum eſt. Plura ei⁹ gña. Nam e Lapide coquiſ ut i ſyria ac thuriis. Et e terra fodiſ ut in Cypro ac Perrhebie ſumma tellure, & ✶ hymeticum eſt. Qui coquiſ lapis nõ diſſimilis alabaſtrite eſſe debet, aut ✣ marmoroſo: In Syria duriſſimos ad id eligũt, coquũtq; fimo bubulo ut celeri⁹ uranſ. Oĩm aũt optimũ fieri compertum eſt e lapide ſpeculari ſquammam uitalem habente, Gypſo madido ſtatim utẽdum eſt, qm̃ celerrime coit, Ac ſiccaſ. Tamen rurſus tundi & i farinam reſolui patiſ. Vſus gypſi in albariis ſigillis ædificiorũ & coronis gratiſſimus, Exemplũq; illuſtre, C. Proculeum Auguſti Cęſaris familiarem in maximo ſtomachi dolore gypſo poto conſciuiſſe ſibi mortem.

✶ Thymphecticũ
✣ Marmori æroſo. Theo.

De pauimentis, & q̃do primum Romæ, & ſubdialibus pauimentis, & græcanicis, & quando primũ camerę. Cap. xxv.

PAuimenta originem apud græcos habent elaborata arte picturæ ratione, donec lithoſtrota expulere eã. Celeberrim⁹ fit in hoc genere ✝ Soſus, q pergami ſtrauit quem uocant Aſaroton. Oecon, qm̃ purgamenta cœnæ in pauimento q̃ conuerri ſolent, ueluti relicta fecerat, paruis e teſtulis tinctiſq; in uarios colores. Mirabilis ibi columba bibens, & aquam umbra capitis

✝ Zenodorus.

infuſcans

infuſcans abripiente alia eſcam. Ludentes uideres in cáthari labro. Apricant͛ aliç ſcabẽtes ſeſe. Pauimenta credo primũ facta, q̃ nũc uocam⁹ barbarica, atq; ſubtegulanea. In Italia e feſtucis cãnea hoc apte ex noĩe ĩpo intelligi poteſt. Romæ ſcalpturatũ ĩ Iouis capitolini æde primũ factũ ẽ poſt tertium punicũ bellũ initũ. Frequẽtata uero pauimẽta ante cimbricũ magna gratia animoꝝ ĩdi-tio eſt lucillian⁹ ille uerſus. Ante pauimẽta atq; emblemata uermiculata. Subdialia græci iuenere talibus domos contegentes facili tractu & repente. Sed fallax ubicunq; imbres gelant neceſſariũ binas p diuerſum ♣ taxatiões ſubſterni. Capita earum p̃figi ne torqueant͛. Et ruderi nouo tertiã partem teſtæ tuſæ addi. Dein rudus in quo duæ qntæ calcis miſceant͛ pedali craſſitudine feſtucari ♣Coaſſatiões Vi. Ex teſſera Idem. Tũc nucleo craſſo ſex digitos ĩduci & ex teſta grãdi nõ min⁹ alta duos digitos ſtrui. Faſtigiũ uero ſeruari in pedes denos ſeſquuncẽ. Ac diligẽter cote deſpumare uernisq; axibus cõtribulare. Quæ torquent͛ inutilia putãt immo & filice aut palea ſubſterni melius eẽ quo mĩor uis calcis pueniat. Neceſſariũ & globoſum lapidem ſubiici, Similiter fiunt ſpicata teſtacea. Nõ negligendũ etiãmnũ unum genus græcanicũ. Solo feſtucato iniicit͛ rudus aut teſtaceũ pauimentũ. Dein ſpiſſe calcatis carbonibus ĩducit͛ ſabulo calce ac fauilla mixtis, materia craſſitudĩe ſemipedali ad regulã & libellam exigit͛, & eſt forma terrẽa. Si uero cote depolitũ eſt nigri pauimẽti uſum obtĩet. Lithoſtrota cœptauere iã ſub Sylla paruulis certe cruſtis. Extatq; hodie qd̃ in Fortunç delubro preneſte fecit. Pulſa deinde ex humo pauimenta in cameras trãſiere, ut ꝓuũ uitiũ. Et certe inuentum ab Agrippa in thermis q̃s Romæ fecit. Figlinũ opus encauſto pixit. In reliq̃s albaria adornauit. Nõ dubie uitreas factur⁹ cameras, ſi pri⁹ id iuẽtũ fuiſſet, aut a parietib⁹ ſcœnæ ut dixim⁹, Scauri peruenissent in cameras. Quamobrem originem uitri dicemus.

De origine uitri & rõne faciẽdi, & de obſidião uitro. & gñib⁹ multiformib⁹ uitri. Ca. xxvi.

Pars eſt ſiriæ, quæ phenice uocat͛ finitima Iudææ intra mõtis carmeli radicis paludẽ habẽs quæ uocat͛ candebea. Ex ea credit͛ naſci belus amnis quinq; M·p. ſpacio in mare profluens iuxta ptolemaidem coloniã. Lentus hic currit, in ſalubris potu, ſed cerimõiis ſacer limoſus uado ꝓfundus. Non niſi refuſo mari harẽas fatet͛. Fluctib⁹ eñ uoluptate niteſcunt detritis ſordibus. Nunc & a mario credunt͛ aſtrĩgi morſu, nõ prius utiles. Quingentoꝝ eſt paſſuũ non amplius littoris ſpatiũ. Idq; tm̃ multa per ſæcula gignendo fuit uitro. Fama ẽ appulſa naue mercatorũ nitri cum ſparſi per littus epulas pararent, nec eſſet cortinis attollendis lapidũ occaſio, glebas nitri e naue ſubdidiſſe. Quibus accenſis pmixta harena littoris trãſlucẽtes nobilis liquoris fluxiſſe riuos, & hanc fuiſſe originem uitri, Mox ut eſt aſtuta & ingenioſa ſolertia non fuit cõtenta nitrũ miſcuiſſe, cœpt⁹ addi & magnes lapis qm̃ ĩ ſe liquorẽ uitri quoq; ut ferꝛ trahet͛ credit͛. Simili mõ & calculi ſplẽdẽtes multifariã cœpti uri, deiñ cõchiç, & foſſiles harenæ. Auctores ſũt ĩ India e cryſtallo fracta fieri, & ob id nullũ cõparari indico. Leuib⁹ ãt aridiſq; lignis coq̃t͛ addito cyprio ac nitro maxĩe ophirio. Cõtinuis fornacib⁹ ut æs liq̃t͛ maſſæq; fiũt colore pigui nigricãtes. Acies tãta ẽ q̃cũq;, ut citra ullũ ſenſũ ad oſſa cõſecet qcq̃d afflauerit corpis. Ex maſſis rurſus ſũdit͛ ĩ officinis tĩgit͛q;. Et aliud flatu figurat͛. Aliud torno terit͛. Aliud argẽti mõ celat͛. Sidone quondã iis officinis nobili, ſiq̃dẽ ẽt ſpecula excogitauerat. Hæc fuit antiq̃ rõ uitri. Iã uero & ĩ uulterno mari Italiæ harena alba naſcẽs ſex. M. p. a littore inter cumas atq; lucrinũ, quæ molliſſima eſt, pila molaq; terit͛. Dein miſcet͛ tribus partibus nitri pondere uel menſura, ac liq̃ta in alias fornaces tranſfundit͛. Ibi fit maſſa quæ uocat͛ hãmonitrum Atq; hoc recoquit͛, & fit uitrum purum ac maſſa uitri cãdidĩ. Iã uero & per Gallias Hiſpaniaſq; ſimili modo hãrenæ tempant͛. Ferunt Tiberio principe excogitatum uitri temperamentum ut flexibile eſſet, & totam officinam artificis ei⁹ abolitam, ne æris, argenti, auri, metallis pretia detraherent͛. Eaq; fama diu crebrior q̃ certior fuit. Sed qd refert. Neronis principatu reperta uitri arte q̃ modicos calices duos quos appellabãt ✝ petrotos. HS. ſex milibus uẽderet. ✝Pterotos aut apyrotos. In gñe uitri & obſidiana numerant͛ ad ſimilitudinẽ lapidis quem in æthiopia inuenit Obſidius nigerrimi coloris, aliq̃ñ & tranſlucidi, craſſiore uſu atq; in ſpeculis parietum ꝓ imagine umbras reddente. Gẽmas multi ex eo faciunt. Videmuſq; & ſolidas imagines Diui Auguſti capti materia hui⁹ craſſitudinis. Dicauitq; ipſe pro miraculo ĩ tẽplo Cõcordiæ obſidianos q̃ttuor elephantos. Remiſit & Tiberius Cæſar heliopolitarum cerimoniis repertam ibi ĩ hæreditate ei⁹ q præfuerat ægypto, obſidianam imaginem Menelai. Ex quo apparet antiqor materiç origo nũc uitri ſimilitudine interpolata. Xenocrates obſidianũ lapidẽ ĩ india & in Sãnio Italiæ & ad oceanũ in hiſpania naſci tradit. Fit & in tincturæ gñe obſidianũ ad eſcaria uaſa totum rubens uitrũ atq;

non tranſlucens,hæmatinō appellatū.Fit & albū & murrhinū aut hyacithos ſaphiroſq; imitatū, & oībus aliis coloribus.Nec eſt alia nunc materia ſeq̄cior,aut etiá picturæ accommodatior.Maximus tñ honos in candido tranſlucente q̄ ꝓxima cryſtalli ſimilitudine.Vſus uero ad potádú argéti metalla & auri pepulit.Eſt aūt caloris impatiens,ni ꝑcedat frigidus liquor,cū addita aq̄ uitreæ pilæ ſole aduerſo,in tm̄ excandeſcant,ut ueſtes exurát fragméta teporata agglutinanƭ tm̄ rurſus tota fundi nō queunt præterq̄ abrupta ſibi nec tingui ueluti cum calculi fiunt,quos quidam abaculos appellant aliquos etiam pluribus modis uerſiculores.Vitrum ſulphuri coococtum ferruminaƭ in lapidem.At pactis oībus q́ conſtant ingenio artem natura faciéte,ſuccurrit mirari nihil pene igni perfici.

Ignium miracula,& medicinę prodigia. Cap.xxyii.

IGnis accipit harenas,ex quibus alibi uitrum,alibi argétum,alibi minium,alibi plumbi genera,alibi pigmenta,alibi medicamenta fundit.Igne lapides in æs ſoluunƭ,Igne ferrum gignitƭ, ac domaƭ.Igne cremato lapide cœméta in tectis alliganƭ.Alia ſæpius uri ꝓdeſt.Eademq; materia aliud gignitƭ primis ignibus, aliod ſecundis,aliud tertiis.Quádo ipſe carbo uires habere icipit reſtinctus,atq; interiſſe creditus,maioris fit uirtutis.Immenſa & improba rerū naturæ portio. Et in qua dubium ſit plura abſumat,an pariat.Eſt & ipſis ignibus medica uis.Peſtillétię q̄ ſolis obſcuratione cōtrahiƭ,ignis ſuffito multiformiter auxiliari certū é.Empedocles & Hippocrates id monſtrauere diuerſis locis.Ad conoulſa uiſcera aut contuſa ut.M.Varro auctor eſt.Ipſis.n.uerbis eius otar.Lix cinis eſt inqt foci.Inde.n.cinis luxatis porꝰ medeƭ.Vt licet uidere gladiatores cú deluſerint hac iuuari potione.Quin & carbuncolū genꝰ morbi,quo duos cōſulares nup abſumptos indicauimus,querneus carbo tritus cū melle ſanat.Adeo i rebꝰ damnatis quoq; ac iá nullis ſút aliqua remedia,ut in carbone ecce & cinere.Non ꝑteribo & unum foci exemplú romanis litteris clarū.Targnio Priſco regnáte tradút repente i foco cōparuiſſe genitale e cinere maſculini ſexꝰ.Eáq; quæ inſederat ibi,Tanaqlis reginæ ancillá Ocriſiá captiuam conſurrexiſſe grauidam, Ita Seruiū Tulliū natum q regno ſucceſſit.Inde & in regia cubanti puero caput arſiſſe uiſum,creditumq; Laris familiaris filiū.Ob id cōpitalia & ludos Laribus primū inſtituiſſe.

CAII PLYNII SECVNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER.XXXVII, ET VLTIMVS. PROOEMIVM

Origo gémarum.

VT nihil inſtituto operi deſit,Gémæ ſupſunt,& in arctum coacta rerom naturæ maieſtas a multis nulla ſui parte mirabilior. Tm̄ tribuūt uarietati coloribus materiæ decori.Violari ét ſignis gémas neſas ducentes.Aliqoas uero extra ꝑtia ullas taxationéq; humanarū opum arbitrantes ut plæriſq; ad ſummam abſolutáq; rerū naturæ contéplationé ſatis ſit ona aliq̄ géma.Quæ fuerit origo gémarū & quibus initiis in tm̄ hæc ammiratio exarſerit diximus quodam tenus in mentione auri annulorūq;.Fabulæ primordiū a rupe Caucaſea tradunt.Promethei uinculorum interꝑratione fatali. Primūq; ſaxi fragmentū incluſum ferro ac digito circundatū hoc fuiſſe annulum & hoc gémam.

De géma Polycratis tyráni & Pyrrhi regis,& q ſculptores optimi,& nobilitates artificū,& qui primus dactylothecá Romę habuit. Caput.i.

HIs initiis cœpit auctoritas in tm̄ amorem elata ut Polycrati Seuero ſamio inſulaꝵ ac littorū tyráno fœlicitatis ſuæ quam nimiam fatebaƭ eſſe ipſe, ſatis piamenti in unius gemmæ uoluntario damno uidereƭ,ſi cum fortunæ uolubilitate paria faceret. Planeq; ab inuidia eius abonde ſe redimi potaret,ſi hoc unum doluiſſet.Aſſiduo ergo gaodio laſſus ꝓfectus nauigio in altū,annulum merſit.At illum piſcis eximia magnitudine regi natus eſcæ uice raptū ut faceret oſtentum,in colinam domini rurſus fortunæ inſidiátis manu reddidit. Sardonicem eam gémam fuiſſe conſtat,oſtendūtq; Romæ(ſi credimus)in Concordiæ delūbro cornu aureo Auguſtæ dono incluſam,& nouiſſimum ꝑpe locum tot prælatis optinentem.Poſt hunc annulum regia fama eſt gemmæ Pyrrhi illius q aduerſus Romanos bellom geſſit.Nanq; habuiſſe traditƭ achaten,in qua nouem Muſæ & Apollo citharā tenés ſpectareƭ,nō arte,ſed ſponte naturæ ita diſcurentibus maculis,ut muſis quoq; ſingulis ſua redderenƭ inſignia.Nec deinde alia quę tradaƭ magnopere gemmarum claritas

rū claritas extat apud auctores, ꝑterq̄ Iſmeniam Choraulē multis fulgētibuſq; vel ſolitū comitāte fabula vanitatē eius indicato in cypro, ſex aureis denariis ſmaragdo in qua fuerat ſculpta Amymone iuſſiſſe enumerari. Et cū duo relati eſſent, imminuto ꝓcio, male me Hercules curatum dixiſſe. Multū enim detractum erat gemmæ dignitati. Hic videtur inſtituiſſe vt oēs muſicæ artis hac quoq; oſtētatione cēſerentur, veluti Dionyſiodorus æqualis eius & ęmulus, vt ſibi quoq; par videretur. Tertius q̄ eodem tpe fuit inter muſicos Nicomachus multas gēmas habuiſſe traditur, ſed nulla peritia electas ſed forte quadā. His exemplis initio voluminis oblatis aduerſus iſtos qui ſibi hanc oſtentationē arrogant, vt palā ſit eos tibicinū gloria tumere: Hoc in polycratis gēma quæ demonſtratur illibata intactaq; ab Iſmeniæ ætate poſt multos annos apparet ſcalpi etiā ſmaragdos ſolitos. Confirmat hāc eandem opinionem edictū Alexandri Magni, quo vetuit in gēma ſe ab alio ſcalpi q̄ a Pyrgotele non dubie clariſſimo artis eius. Poſt eum Appollonides & Cronius in gloria fuere. Quiq; diui Auguſti imaginem ſimilē expſſit, qua poſtea principes ſignabāt, Dioſcorides. Sylla dictator traditione Iugurtæ ſemper ſignauit. Eſt apud auctores & inter catienſem illum cuius patrem Scipio Aemilianus ex prouocatione interfecerat, pugnæ eius effigie ſignaſſe vulgato Stillonis Præconini ſale. Quidnam fuiſſe aucturum eum ſi Scipio a patre eius interemptus eſſet? Diuus Auguſtus inter initia ſphinge ſignauit. Duas autem in matris annulis iā indiſcretę ſimilitudinis inuenerat. Altera ꝑ bella ciuilia abſente eo amici ſignauere epiſtolas & edicta. Quę ro tēpoꝝ ſi noie eius reddi poſtulabat, nō infaceto lepote accipientiū ænigmata afferre eā ſphingē. Quinetiā Mœcenatis rana ꝑ collationē pecuniarū ī magno terrore erat. Auguſtus poſtea ad deuitāda cōuitia ſphingis Alexandri Magni imagine ſignauit. Gēmas plures qđ peregrino appellant noīe dactylothecam, primus oīum habuit Romę priuignus Scyllę Scaurus. Diuq; nulla alia fuit, donec Pōpeius Magnus eam quę Mythridatis regis fuerat, inter dona in capitolio dicaret, vt. M. Varro aliiq; eiuſdem ætatis auctores confirmāt, multum prælatam Scauri. Hoc exemplo Cęſar dictator ſex dactylothecas in æde. Veneris genitricis conſecrauit Marcellus octauia genitus in palatina Apollinis æde vnā. Victoria tamen illa Pompei primum ad margaritas gemmaſq; mores inclinauit. Sicut. L. Scipionis & Cn. Manlii ad cælatum argentum & veſtes attalicas & triclinia ærata. Sicut. L. Mummi ad corinthia & tabulas pictas.

De gemmis tranſlatis in triumpho Pompeii, & natura cryſtalli & medicis, & luxuria circa eam, & quando primum inuenta myrrhina & luxuria circa ea, & natura mirrhinorum quę mentiti ſunt auctores de ſuccino. Cap. II.

ID vti planius noſcatur, verba ex ipſis Pompei triumphorū actis ſubiciā. Ergo tertio triumpho quem de piratis, Aſia, ponto, gentibuſq; & regibus in ſeptimo operis huius volumine indicatis M. Piſone. M. Meſſala coss. pridie kalendas Octobris, die natalis ſui egit, tranſtulit alueum cū teſſeris luſorium e gēmis duobus latum pedes tres, lōgum pedes quattuor. Et ne quis de ea re dubitet nulla gemmarum magnitudine hodie prope ad hanc amplitudinem accedente. In quo fuit luna aurea pondo. xxx. M. Lectos triclinares tres. Vaſa & auro & gemmis abacorum nouē. Signa aurea tria. Mineruę Martis, & Apollinis coronas ex margaritis. xxx. tres. Montem aureum quadratum cum ceruis & leonibus & pomis oīs generis circundata vite aurea. Muſeū ex margaritis in cuius faſtigio horologium erat. Imago. Cn. Pompei e margaritis, illa regio honore grata, illius ꝓbi oris venerandiq; per cūctas gētes, illa inq̄ ex margaritis, ſeueritate victa & verius e luxuria q̄ triumpho. Quod profecto inter illos viros duraſſet cognomē Magni, ſi prima victoria ſic triūphaſſet de margaritis Magne, tam prodiga re & fœminis repta, quam habere gerereq; fas nō ſit. Hinc ſic fieri tuus vultus? ſic te precioſum videri? Nōne illa ſimilior tui eſt imago, quā pyrenei iugis īpoſuiſti? Graue profecto fœdūq; probrū erat, ni verius ſit eā deorum oſtentum credi oportere. Clareq; intelligi poſſet iam tum illud caput oriētis opibus ſine reliquo corpore oſtētatū. Cętera triumphi eiuſdem q̄ veriſſime ſubiciam Reip. datū mille talētum. Legatis & quæſtoribus, q oras maris defendiſſent ſeſtertia bina milia. Cōmilitibus ſingulis qnquaginta. Tolerabiliorem tñ fecit cauſam Caii Principis qui ſup omnia muliebria ſoculos induebat e margaritis. Et Neronis principis qui ſceptra pſonis hiſtrionū & cubicula uiatoria unionibus cōſternebat. Quinimmo etiā ius videmur perdidiſſe corripiendi gēmata potoria & uarie ſuppellectilis gña annulos trāſeuntes. Quæ enim nō luxuria innocentior exiſtimari poſſit? Eadē uictoria primum in urbem murrhina inuexit. Primuſq; Pōpeius ſex pocula ex eo triumpho capitolino Ioui dicauit. Quæ protinus ad hoīum uſum trāſiere, abacis etiam eſcariiſq; uaſis inde expetitis. Excreſcitq; ī dies eius rei luxus. Murrino. lxxx. ſeſtertiis ēpto capaci plane ad ſextarios tres. Calice, po

hi poſſit. Nã ꝙ Eſchylus in hyberia hoc eſt in hiſpania. Eridanũ eſſe dixit, eũdemq; appellari rhodanũ Euripides rurſus & Apollonius in hadriatico littore cõfluere rhodanũ & padũ, faciliorẽ ueniam facit ignorati ſuccini, in tanta orbis ignorantia. Modeſtiores ſed ꝗ̃ falſum ꝓdidere ĩ extremis hadriatici ſinus rupibus inuiis arbores ſtare, q̃ canis ortu hoc effunderẽt gũmi. Theophraſtꝰ in Liguria effodi dixit. Phaetontem in æthiopia Hammonis obiſſe. Ob id delubrũ ibi eẽ atq; oraculum. Electrũq; gigni. Philemon foſſile eſſe, & in Scythia erui duobus locis. Candidũ atq; cærei coloris qđ uocaret electrum. In alio loco fuluũ qđ appellaret ſualternicum. Demõſtratꝰ lyncurion id uocat, & fieri ex urina lyncũ beſtiarum. E maribus fuluũ & igneum, e fœminis languidiꝰ atq; candidũ. Alii dixere languriũ, & eſſe in Italia beſtias lãgurias. Zenothemis lõgas uocat eaſdẽ & circa Padum iis uitam affirmat Sudines arborẽ q̃ gignat in Liguria. In eadem ſententia & Metrodorus fuit. Sotacus credidit ĩ Britannia arboribꝰ effluere, q̃s electridas uocauit. Pytheas gutonibus Germaniæ gẽti accolis æſtuariũ mentonomon noĩe ab oceano ſpatio ſtadioꝝ ſex milium; Ab hoc diei nauigatiõe inſulam abeſſe abalũ. Illo uere fluctibꝰ aduehi, & eſſe cõcreti maris purgamentũ. Incolas ꝓ ligno ad ignem uti eo, ꝓximiſq; teutonis uendere. Huic & Timæꝰ credidit, ſed inſulam baſiliam uocauit. Philemon negauit flãmam ab electro reddi. Nicias ſolis radioꝝ ſuccũ ĩtelligi uoluit. Hos circa occaſum credit uehemẽtiores in terrã actos pinguem ſudorẽ ĩ ea pte oceani relinquere, deiñ æſtatibus ĩ germanorũ littora eiici. Et ægypto naſci ſimili mõ, & uocari, ſacal. Item in india, gratiuſq; thure eſſe ĩdis. In Syria quoq; fœminas uerticillos ĩde facere, & uocaĩ harpaga, q̃ folia & paleas, ueſtiũq; fĩbrias rapiat. Theophraſtꝰ oceano id exæſtuãte ad pyrenęi ꝓmõtoriũ eiici. Quod & Xenocrates credidit, q̃ d iis nuperrie ſcripſit Viuit adhuc Aſa rubas, q̃ tradidit iuxta Atlanticũ mare eſſe lacum cæphiſida, quem Mauri nocãt electrum. Hunc ſole excalfactum e limo dare electrũ fluitans. Mneſias africæ locũ Scyionẽ appellarũ, & Cratin amnem ĩ Oceanum effluẽte lacu, ĩ quo aues quas meleagridas, & penelopas uocat uiuere. Ibi naſci rõne eadẽ q̃ ſupra dictum eſt de electride lacu. Theomenes dicit, iuxta ſyrtin magnã hortũ heſperidũ eſſe, ex quo in ſtagnũ cadat, Colligi uero a uirginibꝰ heſperidũ. Cteſias Indis flumẽ eẽ hypobarum, quo uocabulo ſignificeĩ oĩa uaſa ferre bona. fluere a ſeptẽtrione exortũ oceanũ iuxta mõtem ſylueſtrẽ Arboribus electrũ ferentibꝰ. Arbores eas aphytacoras uocari, qua appellatiõe ſignificeĩ prædulcis ſuauitas. Mithridates in Germaniæ littoribꝰ eſſe inſulã, uocariq; eam ✣ cædron, cædri gũa ſyluoſam inde defluere in petras. Xenocrates nõ ſuccinum tantũ ĩ Italia, uerũ etiam thieũ uocari, a ſcythis uero ſacrium, q̃m & ibi naſcaĩ. Alios putare ĩ Numidia gigni. Super oẽs eſt Sophocles tragicꝰ poeta, quodequidem miror tanta grauitate cothurni, & ꝓterea uitæ fama alias principe, loco genitos Athẽis rebꝰ geſtis exercitu ducto. Hic ultra Indiã fieri dixit e lachrymis meleagridũ auiũ meleagrum defluentiũ. Quod & crediḋiſſe eũ, uel ſperaſſe aliis pſuaderi poſſe quis nõ mireĩ; quãue pueritiam tã imperitam poſſe reperiri q̃ auiũ ploratus annuos credat, lachrymaſue tã grandeſq; aueſq; e græcia ubi Meleager periit ploratum iſſe in Indos? Quid ergo? nõ multa æque fabuloſa produnt poetæ? Sed hoc ea in re quæ quottidie inuehaĩ, atq; abundet & hoc mendaciũ coarguat ſerio quenq̃ dixiſſe, ſumma hoĩum contemptio eſt & intolleranda mendaciorum impunitas.

✣ Obſericã ue. le.

De ortu & medicinis & generibus & luxuria ſuccinoꝝ, & lyncurio & medicinæ. Cap. iii.

CErtum eſt gigni in inſulis ſeptẽtrionalis oceani, & a Germanis appellari gleſſum, itaq; & a noſtris unã inſulaꝝ ob id gleſſariã appellatam, Germanico Cæſare ibi claſſibus regerente auſtra uiã a barbaris dictã. Naſciĩ aũt defluente medulla pinei gñis arboribus, ut gũmi in ceraſina pineis, erumpit humoris abundantia denſatur rigore uel tepore aut mari autumnali. Cũ intumeſcens æſtus rapuit ex inſulis, certe ĩ littora expelliĩ, ita uolubile, ut pẽdere uideaĩ atq; conſidere in uado. Quod arboris ſuccũ etiam priſci noſtri, credidere ob id ſuccinũ appellãtes. Pineæ aũt arboris eſſe indicio eſt pineus in attritu odor, & ꝙ accenſum tædæ mõ ac nitore flagret. Affert a Germanis ĩ Pannoniã, ✶ mox ꝑ ꝓuinciam. Inde Veneti primũ quos gręci enetos uocant rei famã fecere. Proximi Pãnoniæ id accipiẽtes circa mare hadriaticũ. Pado uero adnexa fabulæ deĩ cauſa hodieq; tranſpadanoꝝ agreſtius fœminis, moniliũ uice ſuccina geſtantibꝰ maxime decoris gratia. Sed & medicinæ q̃ñ tonſillis crediĩ reſiſtere, & fauciũ uitiis uario gñe aquarum iuxta illos infeſtãte guttura ac uicinas carnes. Centũ fere. M. paſſuũ abeſt a Carnunto littus Pãnonię, quo id a Germanię inuehiĩ ꝑ cognitũ nuper. Vidit eni eques romanus miſſus ad id cõparandum a Iuliano curãte gladiatorium munus Neronis principis. Qui hæc commertia & littora peragra

✶Maxie ꝓuinciã uet. lect.

uit tanta copia inuecta,aut retia arcēdis feris podiū protegētia ſuccinis nudarenť.Arma uero & libitina totuſq; unius diei apparatus eſſet e ſuccino.Maximū pondus iis glebę attulit.xiii.librarū. Naſci & India certū eſt.Archelaus qui regnauit in Cappadocia illinc cortice inhęrēte tradit adue hi rude,poliriq; adipe ſuis lactētis incoctū.Liqdū primo deſtillare argumēto ſunt,qđ ái it⁹ tranſlucētia,ut formicæ aut culices,lacertæq; q̄s adhæſiſſe muſteo,nō eſt dubiū,& incluſas īdureſcēti. Gña eius plura.Cādida odoris pſtātiſſimi.Sed nec his nec ✠ tertius pciū.Fuluis maior auctoritas Ex iis etiamnum amplior trans lucentibus,pter q̄ ſi nimio ardore flagrent,imaginemq; igneā in eſſe,non ignem placet.Sūma laus falernis a uini colore dictis molli fulgore pſpicuis.Sunt & i qb⁹ decocti mellis lēitas placeat.Verū hoc quoq; notū fieri oportet quocūq; mō tingui libeat.hędo rum ſæuo & anchuſæ radice.Quippe etiam conchylio inficiunť.Cæterum attritu digitorū accepta ui caloris attrahūt i ſe paleas & folia arida,ut magnes lapis ferrū.Ramēta quoq; ſuccini oleo addito flagrāt dilucidius diutiuſq; q̄ lini medulla.Taxatio i delitiis tāta ut hoīs quamuis pua effigies uiuorū hominum uigentiumq; præcia ſuperet,prorſus ut caſtigatio una nō ſit ſatis.In Corinthiis æs placet auro argētoq; mixtū,i cælatis ars & ingenia. Murrhinorū & cryſtallinorū dixim⁹ gratiā.Vniones q̄ capite circunferunť,gēmæ digitis.In oībus deniq; aliis uitiis oſtētatio aut uſus placet.In ſuccinis delitiarū tm̄ cōſciētia.Domiti⁹ Nero i cęteris uitę ſuę portentis capillos quoq; coniugis ſuæ Poppeæ i hoc nomē adoptauerat quodā etiā carmine ſuccinos appellando. Et qm̄ nullis uitiis deſunt pcioſa nomina ex eo tertius hic quidē colos cœpit expeti a matrōis.Vſus tm̄ ſuccinorum inuenitur aliquis in medicina,ſed nō ob hoc fœminis placet.Infantib⁹ alligari Amuleri ratione prodeſt.Calliſtratus,& cuicunq; ætati contra lymphationes prodeſſe tradit.Et urinę difficultatibus potum,alligatumq;.Hic & differentiā nouā attulit appellando chryſolectrū quaſi coloris aurei.& matutino grauiſſima aſpect⁹.Rapaciſſimum ignium,& ſi iuxta fuerint celerrime ardeſcens.Hoc collo alligatum,mederi febribus & morbis.Tritū cū melle ac roſaceo aurium uitiis Et ſi cū melle attico conteraſ,oculorum quoq; obſcuritatibus. Stomachi ēt uitiis uel p ſe farina ei⁹,ſumpta,uel cum maſtice ex aqua pota.Succina etiā gēmis q̄ ſunt trālucidæ,adulterādi magnū habent locum,maxime amethyſtis,cum omni ut dixim⁹ colore tinganť.De lyncurio pxime dici cogit auctorū ptinatia,Quippe etiā ſi non electrum id eſſet lyncurium tñ gemmam eſſe contendunt.Fieri autem ex urina quidem lyncis.Sed egeſtam terra protinus beſtia operiente eam,qm̄ inuideat hominum uſui. Eſſe autē qualem i igneis ſuccinis colorē ſcalpiq;.Nec folia tm̄ aut ſtramenta ad ſe rapere,ſed æris etiā ac ferri laminas,qđ Diocles quidem & Theophraſtus credidit. Ego falſum id totum arbitror.Nec uiſam i æuo noſtro gēmam ullā ea appellatione.Et qđ de medicina ſimul pdiť calculos ueſicæ eo poto elidi,& morbo regio occurri,ſi ex uino bibať,aut ſi porteť. Et tñ nūc gēmarum confeſſa dicemus a laudatiſſimis orſi.Nec uero id ſolum agemus,ſed ad maiorem utilitatem uitæ obiter coarguctur magorum infanda uanitas,quādo illi uel plurima p didere de gemmis medicinę,ex his ſpecies blando prodigio tranſgreſſi.

✠ nec ce reis ant. lec.

De Adamantis generibus & medicinis,& margaritis. Cap.iiii.

MAximum in rebus humanis non ſolū inter gemmas pcium habet adamas,diu non niſi regibus & iis admodū paucis cognitus,unus modo i metallis reptus,perq; raro comes auri nec niſi in auro naſci uidebanť.Veteres eum in æthiopū tantum metallis inueniri exiſtiauere,inter delubrum Mercurii atq; inſulā Meroen,dixeruntq; nō ampliorē cucumeris ſemie aut colore diſſimilē inueniri.Nunc gña eius ſex noſcunť.Indici nō i auro naſcētis,ſed quadā cryſtalli cognatione.Siquidem & colore tranſlucido non differt.Et laterū ſexāgulo leuore turbinat⁹i mucronem,aut duabus contrariis ptibus quo magis miremur,ut ſi duo turbines latiſſimis ſuis ptib⁹ iunganť,magnitudie uero etiam auellaoi nuclei.Similis eſt huic qdem arabicus,minor tantū . Similiter & naſcens cæteris pallor gentis & in auro non niſi excellentiſſimo natalis.Incudib⁹hi dep hendunť,ita reſpuentes ictum,ut ferrū utrinq; diſſultet,icudeſq; etiam ipſæ diſſiliant.Quippe duritia inenarrabilis eſt,ſimulq; ignium uictrix natura, & nunq̄ icaleſcēs. Vñ & nomen idomita uis græca interpratiōe accepit.Vnū ex iis uocant cēchron,qđ eſt mali magnitudie.Alterū macedonicum in Philippico auro reptum,& hic eſt cucumi ſemie par.Poſt hos cyprius uocať in Cypro reptus,uergēs in æreū colorē.Sed in medicina ut dicemus efficaciſſimus.Poſt hūc eſt ſiderites ferrei ſplēdoris,pōdere ante cęteros,ſed natura diſſilis.Nā & ictib⁹frangiť,& alio adamāte pforari poteſt Quod & cyprio euenit.Breuiterq; ut degeneres nominis tantum auctoritatē habent . Idq; quod.

totis uoluminibus his docere & mādatꝫ conati ſumꝰ de diſcordia reꝝ cōcurdiaqꝫ,quā antipathiā ac ſympathiam appellauere græci nō aliter clariꝰ intelligi poteſt.Siqdem illa iuicta uis duaꝝuiolētiſſimæ naturæ rerū ferri ignīſqꝫ contēptrix hircino rūpitꝫ ſanguie,ac ne aliter q̄ recēti calidoqꝫ macerata,& ſic quoqꝫ multis ictibus,tunc etiam præterq̄ eximias incudes malleoſqꝫ ferreos frangens.Cuius hoc ingenio inuentū.Quoue caſu reprum.Aut q̄·fuit cōiectura experiendi rem imēſi ſecreti,& in fœdiſſimo animalium oīum?Profecto muneris talis inuētio hominis eſt.Nec q̄renda i ulla parte naturæ ratio,ſed uoluntas,ut cum fœliciter rūpere contingit,i tā paruas frangātꝫ cruſtas,ut cerni uix poſſint.Expetuntꝫ a ſcalptoribꝰ,ferroqꝫ icluduntꝫ,nullam nō duriciā ex facili cauantes.Adamas diſſidet cū magnete lapide in tm̄,ut iuxta poſitus ferrum non patiatꝫ abſtrahi,aut ſi admotꝰ magnes apprehēderit,rapiat,atqꝫ auferat.Adamas & uenena irrita facit,& lymphatiōes abigit,metuſqꝫ ✣ natos expellit a mēte;ub id qdam eū ✝ anchiten uocauere.Merrodorꝰ Scepſius,in eadē Germania in * baltia inſula naſci in qua & ſuccinū qd' eqdem legerim,ſolus dicit,& præfert arabicis.Quod falſum eſſe qs dubitet?Proximum apud nos indicis arabiciſqꝫ margaritis pretium eſt,de quibus in nono diximus uolumine inter res marinas.

✣ Noctis.
✝ Anachiten Anaci-
* Baſilia.

De ſmaragdi generibus,& gemmis uiridibus & tranſlucidis. Cap.v.

TErria auctoritas ſmaragdis phibetꝫ pluribus de cauſis,nullius coloris aſpectus iucūdior eſt.Nā herbas quoqꝫ uirētes frondeſqꝫ haud deſpectamus.Smaragdos uero tāro libentius,qm̄ nihil omnino uiridiꝰ comparatū illis uitet.Præterea ſoli gemmarū cōtuitu oculos implēt,nec ſatianr.Quin & ab intentione alia obſcurata aſpectu ſmaragdi recreatꝫ acies.Scalpentibuſqꝫ gemmas non alia gratior oculorum refectio eſt,ita uiridi lenitate laſſitudinem mulcēt.Præterea longinquo amplificantꝫ uiſu,inficientes circa ſe repcuſſum aera nō ſole murati,non umbra,nō lucernis,ſemperqꝫ ſenſim radiantes,& uiſum admittentes,ad craſſitudinem ſui facilitate trāſlucida.Quod etiam in aqs non fit.Iidem plærūqꝫ & cōcaui ut uiſum colligāt.Quapropter decreto hominum iis parcitꝫ ſcalpi uetitis.Quanq̄ Scythicoꝝ ęgyptiorūqꝫ tāra durities ē,ut neq̄ant,uulnerari.Quorū uero corpus extēſum eſt,eadē q̄ ſpecula rōnē ſupini imagines retū reddunt.Nero prīceps gladiatorū pugnas ſpectabat ſmaragdo.Gn̄a eoꝝ duodecim nobiliſſimi ſcythici ab ea gēre i qua reperiuntꝫ appellati.Nullis maior auſteritas,nec minꝰ uitii.Et quantū ſmaragdi a gemmis diſtāt,tm̄ ſcythici a cæteris ſmaragdis.Proximā laudē habēt ſicut & ſedē Bactriani,quos i cōmiſſuris ſaxoꝝ colligere dicuntꝫ eteſiis flantibus.Tūc em̄ tellure internitent,quia iis uentis maxime harenę mouentꝫ.Sꝫ hos minores multo ſcythicis eē tradunt.Tertiū locū ægyptii habēt geruūtꝫ circa copton oppidū thebaidis i collibꝰ & cautibꝰ.Reliqua gn̄a in metallis ærariis īueniuntꝫ.Quapropter principatum ex iis ægyptii obtinent,doſqꝫ eorum & ut in colore liq̄do nec diluto,uerū ex humido pinguiqꝫ quaqꝫ reſpiciatꝫ imitāre tranſlucidū mare,pariterqꝫ tranſlucet & nitet,hoc eſt colorē expellit,& aciē recipit.Ferūt & in ea īſula tumulo reguli Hermiæ iuxta cætarias marmoreo leoni fuiſſe īditos oculos ex ſmaragdis ita radiātibꝰ etiā i gurgitē,ut territi iſtrum̄ta refugerēt thinni,diu mirantibꝰ nuuitatē piſcatoribꝰ,donec mutauere oculis gēmas.Sed & uitia demōſtrari oportet reperta.Sūt qdem oīum eadē.Quædam tn̄ nationum peculiaria,ſicut in homine.Ergo cyprii uarie glauci,magiſqꝫ ac minus in eodem ſmaragdo aliis partibꝰ tenorē illū ſcythicæ auſteritatis non ſemper cuſtodiunt.Ad hæc qbuſdam intercurrit umbra ſurduſqꝫ fit colos q improbatꝫ,etiam dilutior.Hicqꝫ gn̄a diſtinguūtꝫ.Et ſūt aliq obſcuri,quos uocāt cęcos,alii dēſi nec e liquido trāſlucidi.Quidam uaria nubecula improbati.Aliud eſt hoc q̄ umbra de qua diximus.Nubecula eni albicantis eſt uitium cū uiridis non pertrāſit aſpectus,ſed aut interꝰ occurrit,aut excipit i fine uiſum eandor.Hęc coloris uitia,iſta corporis capillamērū ſal plūbago.Ab iis æthiopici laudātꝫ a copto dierum trium itinere,ut auctor eſt Iuba,acriter uirides.ſed non facile puri aut cōcolores.Democritus,in hoc gn̄e poſuit hermīeos & perſicos.illos extumeſcētes pinguiter,pſicos uero nō trāſlucidos ſed iucundi tenoris.Viſum implere quē nō admittant.Felium pantherarūqꝫ oculis ſimiles.Nanqꝫ & illos radiare nec pſpici.Eoſdem in ſole hebetari.umbris refulgere,& longius q̄ cæteros nitere.Oīum hoꝝ etiamnū uitium q̄ felis colorem aut aeris habent.In ſole dilucidi qdē ac liq̄di,ſed nō uirides.Hæc uitia & atticis maxīe ſentiuntꝫ i argētariis metallis reptis,in loco q̄ thoricos uocatꝫ,ſemp minus pingues & e longinquo ſpecioſiores.Frequēs & iis plumbago,hoc eſt ut i ſole plumbei uideantꝫ.Illudqꝫ peculiare,q̄ quidā ex iis ſeneſcunt,paulatim uiriditate euanida,& ſole læduntur.Poſt hos medici plurimum uiriditatis habent interdū & e ſaphyro.Ii ſunt fluctuoſi,&

rerũ imagines cõplexi ut uerbi gratia papauerum aut auiũ pinnarũq; uel catulorũ aut ſimilium. Qui non omnino uirides naſcunt̃,uino & oleo meliores fiũt.Neq; ẽ aliorũ magnitudo amplior Carchedonii neſcio an in totum exoleuerint,poſtq̃ metalla ęris ibi defecerũt.& ſemp tñ uiliſſimi fuere minimiq;.Iidem fragiles ſed colore incerti,& uirentium in caudis pauonum columbarũq; collo plumis ſimiles,ad inclinationẽ magis ut min⁹ lucidi. Venoſi quidem,ſquãmoſiq;.Peculiare erat ĩ his uitium ſarcion appellarũ.Hoc eſt quædam gẽmæ caro.Mox iuxta Carchedonem in qua legebat̃,ſmaragdites uocat⁹ eſt.Iuba eſt auctor ſmaragdũ,quẽ cholan uocãt,ĩ Arabia ædificiorũ ornamẽtis ĩcludi.Et lapidẽ quẽ alabaſtritẽ ægyptii uocãt. Cõplures uero e ꝓxio laconicos ĩ taygeto mõte erui medicis ſimiles,& alios in Sicilia.Inſerit̃ ſmaragdis & q̃ uocat̃ tanos,e Perſis ueniens gemma ingrate uiridis,atq; int⁹ ſordida. Itẽ chalcoſmaragdos e Cypro turbida ęreis uenis. Theophraſtus tradit,ægyptiorũ cõmentariis repiri,regi eorũ a rege babylonio miſſum ſmaragdũ munere.iiii cubitorũ lõgitudie & triũ latitudie.Et fuiſſe apud eos ĩ Iouis delubro obeliſcũ e.iiii.ſmaragdis.xl.cubitorũ longitudine.Latitudie uero in una parte q̃ttuor, & ĩ altera parte duorũ.Se aũt ſcribente eſſe ĩ Tyro Herculis tẽplo ſtantẽ Pilã e ſmaragdo,niſi potius pſeudo ſmaragdus ſit. Nã & hoc genus reperiri,& in Cypro inuentũ ex dimidia parte ſmaragdũ,ex dimidia iaſpidẽ,nondũ humore in totũ transfigurato.Appion cognominatus Pliſtonices,paulo ante ſcriptũ reliq̃t,eſſe etiam nũc in labyrintho ægypti coloſſeũ.Serapin e ſmaragdo nouem cubitorũ.Eandẽ multis naturã aut certe ſimilẽ habere berylli uident̃,in India originẽ habẽtes,raro alibi reptos.Poliũt oẽs ſexangula figura artificũ ĩgeniis q̃m hebeſcũt,ni color ſurdus repcuſſu angulorũ excitet̃.Aliter eñ politi nõ habent fulgorẽ eũdẽ. Probatiſſimi ſunt ex iis q uiriditatẽ puri maris imitant̃.Proximi qui uocant̃ chryſoberilli,& ſunt paolo pallidiores,ſed in aureũ colorem exeũte fulgore. Vicinum genus huic eſt pallidius,& a q̃buſdam proprii generis exiſtimat̃,uocat̃q; chryſopraſ⁹.Quarto loco,numerant̃ hyacinthizontes.Quinto quos heroides uocãt.Poſt eos aũt cerini.Ac deinde oleageni,hoc eſt colore olei.Poſtremi cryſtallis fere ſimiles.Hi capillamenta habent ſordeſq; alioquin euanidi.quæ ſunt oĩum uitia.Indi mire gaudent longitudine eorũ ſoloſq; gẽmarũ eſſe prædicãt,q carere auro malint,& ob id pforatos elephãtorũ ſetis religant.& alios conuenit nõ oporrere pforari,quorum ſit abſoluta bonitas umbilicis ſtatim ex auro capita cõprehendẽtib⁹.Ideoq; cylindros ex iis facere malũt q̃ gẽmas,q̃m eſt ſumma commendatio ĩ longitudine.Quidam & angulosos putãt ſtatim naſci,& pforatos gratiores fieri medulla cãdoris exempla,additoq; auro repercuſſa aut omnino caſtigata cauſa perſpicuitatis ad craſſitudinẽ. Vitia pter iam dicta eadẽ,fere quæ in ſmaragdis & pterygia.In noſtro orbe aliq̃ñ circa pontum ĩueniri putantur.Indi & alias quidem gemmas * cryſtallo inuento adulterare repererunt,ſed præcipue beryllos.

* Cryſtallum tingẽdo adulterare ue. l.

De opali generibus,& uitiis,& experimentis,& uariis gemmis. CaP.vi.

Minimum,iidẽq; plurimũ ab iis differunt opali ſmaragdis tm̃ cedentes.India ſolũ & horũ eſt mater. Atq; ideo eis precioſiſſimam gloriam compoſitores gemmarum & maxime inenarrabilem difficultatẽ dederũt.Eſt eñ in iis carbunculi tenuior ignis.Eſt amethyſti fulgens purpura.Eſt ſmaragdi uirens mare,& cuncta pariter incredibili mixtura lucẽtia.Alii ſũmo fulgoris + augumento colores pigmentorũ æquauere.Alii ſulphuris ardentẽ flammã,aut ẽt ignis oleo accenſi.Magnitudo nucẽ auellanã æquat,inſigni apud nos hiſtoria.Siquidem extat hodieq; huius generis gemma,ꝓpter quã ab Antonio ꝓſcriptus Nonius ſenator eſt filius Strumæ Nonii eius,quem Catullus poeta in ſella Curuli uiſum indigne tulit.Auuſq; Seruilii Noniani quẽ cõſulem uidimus.Illeq; ꝓſcriptus fugiens hunc e fortunis ſuis oĩbus annulũ abſtulit ſecum.Quẽ certum eſt ſeſtertiis.xx.milibus æſtimatũ.Sed mira Antonii feritas atq; luxuria propter gemmã proſcribentis.Nec minor Nonii contumaria proſcriptionẽ ſuam amantis cum etiã feræ abroſas ptes corporis relinquant beſtiæ ꝓpter q̃s ſe periclitari ſciãt.[Vitia opali,ſi color in flore herbæ quę uocat̃ heliotropium exeat aut cryſtallum,aut grandinẽ.Si ſal ĩteruenit aut ſcabricia aut cũcta oculis occurſantia,nulloſq; magis India ſimilitudie diſcreta uitro adulterat.Experimentũ ĩ ſole rm̃. Falſis eñ cõtra radios libratis digito a police,unus atq; idem tranſlucet colos in ſe cõſumpt⁹. Veri fulgor ſubinde uariat,& plus huc illucq; ſpargir,& fulgor lucis in digitos fundit̃.Hanc gẽmam propter eximiam gratiã plęriq; appellauere pęderota.Sunt & q priuatũ eius genus faciunt,ſangenõq; ab Indis uocari dicũr. Tradunt̃ naſci & in ęgypto & in Arabia,& uiliſſimi in põto.Itẽ ĩ Galacia ac Thaſo & Cypro q̃ppe Opali gratiã habet.Sed molli⁹ nitet,raro nõ ſcaber. Sũma coloris

+ Argumento.

